




VE RI
TAS
CHRISTO
ET
ECCLESIAE

IUSTINI
HISTORIAE PHILIPPICAE

EX RECENSIONE

ABRAHAMI GRONOVII

ET

CUM DIVERSITATE LECTIONIS GRAEVIANAE

ACCURATE EDIDIT

DOCTORUM HOMINUM COMMENTARIOS
VARIAS LECTIONES LIBROR. NONDUM ADHIBITORUM
SUASQUE ADNOTATIONES ATQUE INDICES


ADIECIT

CAROLUS HENRICUS FROTSCHER

PRAEMITTITUR NOTITIA LITTERARIA ET A. H. L. HEERENII COMMENTATIO DE TROGI POMPEII FONTIBUS ET AUCTORITATE.

VOL. III.

LIPSIAE 1830.
SUMPTUS FECIT ET VENUMDAT KUEHNIANA LIBRARIA


JUL 29 18

DOCTORUM HOMINUM

IAC. BONGARSII. FRANC. MODII. MATTH. BERNECCERI. M. ZUERII BOXHORNII. IS. VOSSII. IO. FRID. GRONOVII. IO. GEORG. GRAEVII. TANAQ. FABRI. IO. VORSTII. IO. SCHEFFERI. ABR. GRONOVII ALIORUMQUE

COMMENTARII

IN

IUSTINI HISTORIAS PHILIPPICAS

POST

ABR. GRONOVIUM

DENUO DISPOSUIT

ET

CUM CASP. SAGITTARII EXERCITATIONIBUS. SIGISM. FRID. DRESIGII. THOMAE WOPKENSII. IO. MICH. HEUSINGERI. CAR. FERD. NAGELII. IO. IAC. HOTTINGERI ALIORUMQUE ANIMADVERSIONIBUS

ACCURATE EDIDIT

CAROLUS HENRICUS FROTSCHER

PARS II.

IN LIBB. XXXII POSTERIORES

ATQUE

IN PROLOGOS COMMENTAR.

LIPSIAE 1830.

SUMPTUS FECIT ET VENUMDAT KUEHNIANA LIBRARIA

DOCTORUM HOMINUM COMMENTARII

IN

IUSTINI

HISTORIAS PHILIPPICAS

PARS II,

COMMENTAR. IN LIB. XIII.

CAP. I.

1. Tota Babylone silentium fuit. Med. sec. quint. Leid. Periz. Coll. N. ed. Ald. Iunt. *Babylonia.* Bechar. Ven. Flor. Med. *totamque Babyloniam.* Vincentius: *in tota Babylonia.* Abr. Gronov.

2. Sed nec devictae gentes fidem nuntio habuerunt, quod, ut invictum regem, ita immortalem esse crediderant. Hic Noster (et iam antea dictum a me fuit) habet stylum saepe rhetoricum, et ubi se materia offert, ostendit satis quid illo genere possit. Lego itaque, nam hoc dicere voluit: *ut invictum regem* senserant, vel, experti fuerant, *ita immortalem esse crediderant.* Cur ita existimem, haec ratio est, quod nunquam Alexandrum invictum, id est, ut hodie loquimur, invincibilem, crediderant: si enim talem esse illum credidissent, nunquam profecto contra illum arma sumpsissent. Hoc ad iudicii exercitationem facere poterit. Faber.

Quod ut invictum regem, ita immortalem esse crediderant. Nihil poterat dici rotundius, nil venustius. Illae devictae gentes, cum Alexandrum ex omnibus procliis et periculis victorem, ac sospitem evasisse audirent, crediderant utique invictum esse regem, et nulla humani vi posse superari: et quia illum invictum esse persuasum habebant, putabant quoque immortalem esse, et ne a morte quidem subigi posse. Non hoc credebant gentes, cum illis bellum inferret Alexander, alioquin manus cum eo non conseruissent, sed postquam ab illo devictae audierant eum ubique invictum esse, nusquam offendisse. Nihil in hoc acumine quod reprehendant, vel *κριτικώτατοι* Rhetores reperient. Graev.

3. Praesenti morte ereptus esset. Antiquiores typis expressi, *praesenti morti.* et dicitur sane utrumque. Altera constructio sit vi praepositionis; quemadmodum supra, *illacrymare mortem.* Vorst. — Pr. Leid. Thuan. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *morti.* Valerius Flaccus lib. IV. Argon. vs. 79.

Tunc ait: eripias dirae Titana volucri.

et lib. V. vs. 10.

Eripe me populis, et habenti nubila terrae.

Abr. Gronov. — Praestat cum Dorv. 3. priscisque editis legi *morti ereptus esset: eripi* enim *morte* potius dicitur, quem eripit mora, quam qui illi eripitur vel illam effugit, ut hic fecisse dicitur Alexander. Atque ita lib. XXXVII. 1. *Unum parvulum* sceleri *matris*

cognatorum custodia eripuit. et lib. XXIX. 3. *Quas sexus ipse* . . saevitiae *victorum* eximat. Wopkens.

4. Ut vero mortis eius fides adfuit. Nic. Heinsius ad Paterc. II. 21. *morti* legebat. Atque ita lib. XVII. 1. *Nec ostentis fides defuit.* i. e. nec ostenta non vera comperta sunt. Sulp. Severus H. S. I. 48. *Ionae apud Deum conquerenti, quod fides* dictis *non adfuisset* etc. et lib. II. 1. *Pollicetur maioris sibi decoris vultus ex leguminibus* . . *fore. Fidesque* dictis *adfuit.* Si tamen constans librorum placeat scriptura, confer Ovid. ex Ponto III. 4. 99.

Crede, brevique fides aderit, *geminabit honorem*
Filius, et iunctis ut prius ibit, equis.

Lucanus IX. 1037.

Utque fidem *vidit* sceleris, *tutumque* etc.

i. e. ut vidit scelus eventu comprobatum. Wopkens.

5. Mater quoque Darii. Sysigambis mater Darii inedia mortua quinto, postquam mori statuerat, die. Q. Curtius X. 5. 39. Bernec.

Quam amisso filio . . . redactam . . . vitae non poenituerat. Cum quatuor nostris, ut et alio MSto rescribo, *quae* . . *redacta* . . *vitae non poenituerat.* ut lib. XI. 3. *Sed Athenienses sicuti primi defecerant, ita primi* poenitere *coeperunt.* lib. XXXI. 6. Poenitere *neglecti consilii coepit, revocatoque in amicitiam Annibale, omnia ex sententia eius agere.* Livius XXII. 12. *Adsuefaciebant* . . *militem minus tandem aut virtutis aut fortunae* poenitere *suae.* et lib. XXXVI. 22. *Aetolos quoque* . . *si* poenitere *possint, posse et incolumes esse.* Ita Suetonius aliique. Wopkens. — Med. Magl. pr. quart. quint. Leid. Coll. N. Thuan. ed. Rom. *quae* . . . *redacta:* ut supra XII. 6. 5. ex ed. Rom. *causam occidendi considerans pigere facti coepit.* Vulg. *pigere eum f. c.* Aldhelmus de Laude Virg. vs. 1863.

Ad Dominum tota conversus mente fidelis
Poenituit tandem magus.

Adde notam Cl. Wopkensii. Abr. Gronov.

Sibi ipsa conscivit. Vulgus diceret *sibi ipsi.* Sed ut Trogus, ita et optimi quique locuti fuerunt; Cic. in Bruto 12. *Cum se ipse defenderet.* et de Opt. Gen. Orat. 3. *Quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit.* Caesar VII. de Bell. Gall. 70. *Se ipsi multitudine impediunt.* et Liv. VI. 2. *Ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent.* Id. XXX. 15. *Sibi ipsa consuleret.* Gronov.

7. Contra Macedones versa vice. Vides haec duo, *contra* et *versa vice;* alterutrum glossema esse dico; alterum enim alterius explicatio est. Ipse quidem hoc loco *contra* amplecterer, at *versa vice* reiicerem, et hinc amolirer. Faber. — Nescio an non illud *contra* glossatoris sit habendum. Idem enim *contra* et *versa vice.* Scheff. — Testatur hic Notator Anglicanus, Fabrum *versa vice*

tanquam otiosa delere. Mallem illud *contra* glossatoris credere. Sed vide infra XXXVII. 1. 9. GRAEV.

SEVERITATEM NIMIAM ET ADSIDUA BELLI PERICULA EXSECRANTES. MSS. *et severitatem.* idemque in MSS. reperit Bongarsius. ABR. GRONOV.

8. VELUT INOPINATAM PRAEDAM SPECTABANT. Non inepte Iuntae: *sperabant.* GRAEV. — Tentabam, velut *opimam praedam.* ut lib. XXV. 1. *Eorum animos, ut ad* opimam praedam *sollicitabat.* lib. XXIV. 6. *Indignantes, parta victoria,* opimam praedam *et orientis spoliis inustam, tam facile relictam esse.* Sic Cicero, Livius et Curtius loqui solent. *Inopinata* tamen haud ita incommode explices, *spe omni maiora.* ut lib. XXXV. 2. *Quem* insperatae *spes* (tantae quantas nunquam speraverat) . . *velut captum . . tenebant.* WOPKENS. — Cl. Graevius ad h. l. notat: „Non inepte Iuntae *sperabant.*“ Verum fallitur Vir eruditissimus: nam Aldina et Iuntina h. l. dant *spectabant.* Paullo post §. 10. Iuntina, cui adstipulatur MS. Coll. N. dat *frustra regnum sperabant,* quod a Vorstio quoque fuit animadversum: verum Ald. aliaeque edd. *expectabant.* ABR. GRONOV.

9. ET IN ANNUO VECTIGALI TRIBUTO CCC MILLIA. Legendum XXX *millia* pro CCC *millia,* auctore Budaeo lib. IV. de Asse. ubi non convenit, inquit, ut CCC millia annua essent, et C millia in conditis pecuniis. GLAREAN.

QUINQUAGINTA MILLIA TALENTUM. Nostra voce et ratione numerandi fuerint milliones triginta. Illa vero *tricena,* seu ut Budaeus lib. IV. de Asse pag. 165. m. legit, *triginta millia vectigalis anni,* constituunt milliones octodecim. Vide Agricolam de Pond. et Mens. pag. 116. f. et pag. 318. BERNEC. — Iuntae, ut placebat Budaeo, *triginta millia.* GRAEV. — Budaeus, ut aiunt, legit, *triginta,* sed nil necesse; nam *tricena,* et *triginta,* idem efficiunt; at *trecena,* ter centum; quae summa omnem fidem longe exsuperare videtur. FABER. — Budaeus in lib. de Asse citat, *triginta millia:* quomodo et editionem Iuntinam habere testatur Graevius. Sed perinde rursus est, quod quidem ad sensum attinet. Nam *triceni* dicunt pro *triginta.* Plinius, *tricenos pedes, tricenis diebus.* Aliud autem est *treceni.* Porro *tributo* supervacuum videtur et ex margine, ubi explicationis causa scriptum fuerit, irrepsisse in textum. Sane *vectigal* et *tributum* unum et idem sunt. et XVIII. 5. 14. dicit modo, *statuto annuo vectigali,* non *statuto annuo vectigali tributo.* VORST. — Etiam hic metus, ne glossa irrepserit. Quis enim *vectigal tributum* iunxit ex scriptoribus probatis? SCHEFF. — Metuunt viri docti, ne de glossa sit vox *tributo.* Posset itidem tentari *in annuo vectigali ac tributo,* ex discrimine harum vocum Popmae aliisque observato. Cicero pro Flacco cap. 19. *Praetor . . a quaestore numeravit, quaestor a mensa publica, mensa aut ex* vectigali *aut ex* tributo. Sed *vectigale tributum* dixisse Noster videtur, ut Cicero Tacitusque *vectigalem pecuniam.* WOPKENS. —

Hunc loquendi modum illustrat Perizonius lib. II. Animadv. cap. 30. Ald. Iunt. *triginta m.* quomodo ex coniectura legit Budaeus. Abr. Gronov.

10. Sed amici. Vulgo legitur, *sed nec amici. Nec*, quod in uno tantum MS. reperi, inducendum curavi. Frustra exspectabant regnum, cum omnes pares essent, et aequalitas discordiam augeret, ut paulo post XIII. 2. 3. et XVI. 3. 1. dicet. Aequales enim aequalibus imperare contra naturam est: et qui in alios regnum exercere vult, *ὡς θεὸς ἐν ἀνθρώποις* esse debet, ut Aristoteles loquitur. Bongars.

Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant. Nec, *quod in uno tantum MS. reperi*, inquit Vir doctus et de hoc ipso auctore optime meritus, *inducendum curavi. Frustra exspectabant regnum, cum omnes pares essent* etc. Haec ille: a quo plane dissentio. Quid enim? annon et I. 10. 2. de Magorum interfectoribus legimus, *Erant enim virtute et nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem aequalitas faceret?* et tamen ex septem ita aequalibus unus sublatus in regnum fuit; unus caeteris rebus omnibus sibi paribus imperavit. Retineo igitur omnino *τὸ nec*, in quinque MSS. a me constanter inventum, hac sententia: Non frustra aut improbe spectasse et sperasse illos regnum; in quibus artes regiae, et omnia rege digna inessent; formae pulchritudo, proceritas corporis, et virium ac sapientiae magnitudo, quaeque alia Iustinus commemorat. Mod. — In altero Voss. MS. etiam *τὸ nec* apparebat. Gronov. — Vulgo *exspectabant*. Supra lib. II. 12. 22. *rex velut spectator pugnae*. Vett. plerique *exspectatae pugnae*. Cicero Epist. ad Cassium ea, quae est 16. lib. XV. *Longiores enim exspectabo, vel potius exigam*. Nonius in *Exigere* citat hoc modo: *Longiores enim spectabo, vel potius exigam, quando hercle ego temere exigam.* Locum eo adscripsi, quia postrema verba in Ciceronis editionibus nulla sunt: quae Nonius tamen, ut Ciceronis, adfert. Bongars. — Acidalius ad Velleium II. 14. 5. *exspectabunt* hic legendum suspicatus: ut et supra II. 12. 22. *expectatae pugnae*. Bernec. — Becharii et aliae antiquiores editiones, *expectabant:* quod Acidalius et rectum putat. Scribit et Gifanius in Obs. L. L. *expectare* apud veteres multis in locis in usu fuisse, vulgo fere depravatis. Vetus denique editio Iuntina, teste Graevio, pro *spectabant* habet *sperabant:* id quod omnium commodissimum hic videtur. Vorst.

11. Quippe ea formae pulchritudo . . ac sapientiae magnitudo in omnibus fuit. Coll. N. *quippe f. p. . . ac sap. magnitudo singularis omnibus fuit*. Abr. Gronov.

Eos ignoraret. Verbum *ignorare* hic respicit qualitates animi et virtutes. Terent. Eun. V. 8. 59. *Isti te ignorabant*. et Cic. IV. Acad. Quaest. 2. *Maiore enim studio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philosophiae deditus fuit, quam qui illum ignorabant*. et Liv. XXVI. 12. *Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat*. Hinc et Illustris noster Grotius in

Proleg. ad Lib. de Iure B. et P. eandem loquendi formulam respiciens ait: *In carcerem coniectus sum ab iis, qui me ignorabant.* Gronov. — Sensus manifesto est, ut qui hos viros et singulares eorum corporis animique cerneret, et simul qui aut unde esset ignoraret, non ex una etc. Adeoque *ignorare* hic non, ut putabat Gronovius, ad animi qualitates virtutesque horum hominum respicit, sed ad illorum nomen, genus ac patriam. Ceterum in Bodl. codice est *ante electos.* in Dorv. 3. *praeelectos*, quo decomposito praeter Sidonium VII. Epist. 4., etiam sic utitur Gregorius Turonensis Hist. Franc. VI. 39. *Post haec Sulpitius ad sacerdotium praeeligitur.* At in Iustino nihil novandum. Wopkens.

12. Clarorum virorum proventu. Ita Seneca de Tranquill. Animi cap. 7. *Si inter Platonas et Xenophontas, et illum Socratici coetus proventum bonos quaereres.* Ἀνδρῶν σοφῶν φορὰν vocat Herodian. I. 1. *Proventus filiorum* II. 10. 4. XLIV. 4. 3. Bernec. — Plinius I. Epist. 13. *Magnum proventum poëtarum annus hic attulit.* et Quintil. XII. Instit. Orat. 10. *Tum deinde efflorescat non multum inter se distantium temporum ingens oratorum proventus.* Gronov.

13. Quos primo Philippus, mox Alexander tanta cura legerat. Sec. quint. Leid. Coll. N. ed. Ven. Flor. Ald. Iunt. *legerunt.* eaedemque edd. cum MS. Coll. N. *primum.* Abr. Gronov.

15. Qui numquam sibi reperissent pares. Periz. *qui n. sibi pares vires invenissent.* Abr. Gronov.

Si non inter se concurrissent. *Concurrere* pro pugnare, praelium committere, ut sup. III. 5. 14. Vide et quae Freinshemius de hoc verbo in Ind. scripsit. Vorst. — Saxo lib. IV. pag. 60. 15. *accidit, ipsos agminum duces inter se ferro concurrere.* Abr. Gronov.

CAP. II.

2. Nec minus milites quam invicem se timebant. Antiquiores typis expressi pro *quam invicem se* habent *inter se.* Et puto ego hanc veram lectionem esse; modo *quam* adiiciatur, legaturque, *quam inter se timebant. Inter se timere* dicitur, ut *inter se amare, inter se complecti, inter se obtrectare.* Suntque talia elegantiora quam *invicem se amare.* Vide Ind. in Nepotem a nobis locuplet. v. *Inter.* Vorst. — Miror qui potuerit tam insulsa lectio tam diu ferri. Quid enim est, duces non erant securi, nec minus milites, *quam invicem se timebant?* Illud *quam* quid ad rem facit? Merito itaque et cum Iuntina, veteribusque editionibus aliis, nec non MS. quem vidit Bongarsius, illud *quam* expunxi. Digitum autem non verterim cum antiquioribus editis legas *inter se*, an cum MSS. *invicem se timebant.* Graev. — Lege omnino, quamvis reclamante Graevio, cum typis antiquis tribusque Dorv. *nec minus milites, quam invicem se, timebant, quorum* etc. Amici Alexandri etiam mi-

litibus diffidebant, quippe quorum et libertas solutior et favor incertus esset. WOPKENS. — Coll. N. *mil. inter se:* nec aliter edd. veteres, praeterquam Romana, quae cum pr. tert. quarto Leid. Thuan. Periz. dat, *milites quam invicem se:* quomodo etiam edidit Bongarsius. ABR. GRONOV.

3. AEQUALITAS DISCORDIAM AUGEBAT. Infra XVI. §. 1. *Assiduum inter pares discordiae malum.* Contrariam vocem Soloni tribuit in eius vita Plutarchus cap. 18. *τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. aequalia non faciunt bella.* Plin. Panegyr. cap. 45. *In alio sua quemque natura delectat.* Sed nimirum, nisi sibi mutuo obstent. Nam cum idem competunt, illud Senecae valet de Ira III. 34. *Quod vinculum amoris esse debebat, seditionis atque odii causa est,* IDEM VELLE. BERNEC.

UT EI ALIQUIS SE SUMMITTERET. MSS. mei, *ut ei se alius summitteret.* quod mihi nescio quomodo concinnius videtur. MOD. — Antiquiores typis expressi pro *se submitteret* habent *submitteretur:* quod rursus genuinum puto. Solemne est Latinis pro verbo activo et pronomine reciproco uti verbo passivo. Sic dicunt *lavari* pro lavare se, *exerceri* pro exercere se, *provolvi* pro provolvere se, et infinita id genus alia, quae dedita opera in lib. de Latinit. vulgo fere neglecta congessimus. Iam si in Codd. quibusdam protrita sese offerant, in aliis vero abstrusiora observentur: priora fere suspecta nobis sunt, ac primo explicationis causa in margine posita fuisse, deinde vero in textum irrepsisse videntur. Graeci quoque *ὑποτάσσεσθαι* forma passiva dicunt pro *ὑποτάσσειν ἑαυτόν.* dicitque Grotius ad Eph. V. 21. sono passivum, sed sensu reciprocum illud esse. VORST. — MSS. Modii, *ut ei se alius summitteret*, quod concinnius Berneccero videtur. Ego nescio, an non utraque lectio debeat coniungi, hoc modo, *ut ei aliquis se alius submitteret.* Saltem omnia sic planiora evaderent. SCHEFF.

4. AD FORMANDUM RERUM PRAESENTIUM STATUM. Ammianus XX. exeunte: *cum* praesentium rerum *verti necesse sit* status. WOPKENS.

5. PERDICCA CENSET. *Censere* non tantum ad iudicium, sed et ad voluntatem pertinet; aliter enim dicendum fuisset, *censet Roxanis expectandum esse partum;* estque etiam idem quod suadere, decernere, praecipere. Salustius Bell. Iug. *Velle et censere* (Senatum populumque Rom.) *eos ab armis discedere.* Cicero VII. 13. ad Fam. *Treviros vites censeo.* Sed de hoc plura in Lib. de Lat. vulgo fere negl. VORST.

ROXANES. Ea erat Oxyartis Bactriani filia. Arrian. lib. VII. vide Curtium lib. IX. BONGARS.

QUAE EXACTO MENSE OCTAVO. Valde suspectus mihi hic locus. *Maturam* certe sic absolute poni, pro *vicinam partui*, haud reperio. Quare puto pro *quae*, *cui* scribendum. Vitium videtur ortum ex ignorantia scripturae veteris; olim namque *quoi* pro *cui* scribebant, quod deinde mutatum est in *quae*. SCHEFF. — Schefferus scriben-

dum putat, *cui*, *exacto mense octavo*, *matura* etc. quia ita *maturam* pro partui matura vel vicina dici, ipsi incompertum erat. Sed ita loqui Latinos, recte docuit Burmannus ad ista Ovidii Metam. X. 282.

Tunc cum matura *vocabis*
Praepositam timidis parientibus Ilithyiam. WOPKENS.

6. NEC EXSPECTANDUM, DUM REGES NASCERENTUR. Dorv. 3. *Nec exspectandum*, *ut reges nascerentur.* Sic etiam lib. XVIII. 3. *Exspectantibus aliis*, ut *ipsum solem adspicerent.* Livius XXXV. 8. *Itaque exspectasse se*, ut *consul . . deduceret eum secum Romam.* lib. XLII. 40. *Exspectari nos*, *inquit Marcius*, *arbitror*, ut *respondeamus literis tuis* etc. et cap. 48. *Ibi stetit classis*, *simul opperiens*, ut *terrestres copiae traiicerentur*, *simul* ut *onerariae* . . *consequerentur.* et cap. 66. *Iis caesis*, *ingens ibi vexatio partis utriusque fuit*, *nullo exspectante utcunque* (lege *ut utcunque*) *explicaretur agmen*, *sed armatis* etc. Incertus Panegyr. Maximiano et Constantino cap. 5. *ut . . exspectare malueris*, ut *idem te*, *qui illum*, *declararet Augustum.* Dictys Cretensis II. 22. *Utile est*, *Graecos . . amice atque uti par est domum mitti*, *neque opperiri*, ut *duo regna inter se amicissima manus conserant.* WOPKENS.

7. PERGAMI . . . MALLENT. Med. sec. quint. Leid. *Pergamo.* Coll. N. *malint.* ABR. GRONOV.

10. ALEXANDRUM VOLUISSE DICIT. Verbum *dicit* elegantius abesset: sine libris tamen illud non moverim, quia sic rursus lib. XII. 12. *Sua in illos beneficia commemorat; . . se in illorum . . gentis . . morem transisse; adfinitatibus connubiorum victos victoribus miscuisse. Nunc quoque*, ait, *custodiam corporis sui . . se . . illis crediturum.* lib. XXXI. 4. *Mittitur . . qui in bellum cupidos hortetur*, *Annibalemque cum copiis adfuturum nuntiet; nihil* dicat *partibus nisi animos Carthaginiensium deesse.* lib. XXIV. 4. *Dardanorum quoque legationem . . sprevit*, *addita insuper contumelia*, *actum de Macedonia* dicens, *si cum* etc. WOPKENS. — Periz. *dicitur.* Τὸ *dicit* suspectum videbatur Cl. Dukero ad Livium lib. X. cap. 32. ABR. GRONOV.

11. PTOLEMAEUS RECUSABAT. Med. Magl. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *recusat:* ut paullo ante, *Perdicca censet*, et *Meleager negat.* ABR. GRONOV.

MATERNAS MODO SORDES. Vide Plutarchum extremo Vitae Alexandri. BONGARS.

LARISSAEO SCORTO. Ex Philinna Larissaea, quam Ptolemaeus apud Athenaeum saltatricem fuisse refert. BERNEC.

NASCERETUR. *Nasceretur* pro *natus esset.* Imperf. pro plusquamp. Aur. Victor in Octav. *Cunctis vulgo iactantibus*, *utinam aut non nasceretur*, *aut non moreretur.* Valerius Max. VII. 3. Ext. 6. *Nullam partem defensionis odio obseratae aures reciperent.* pro recepissent. Vide nostras ad eum locum Notas. VORST.

PROPTER VALETUDINEM MAIOREM. Sic Cicero in malam partem ea voce usus est in lib. de Offic. *Aesculapius potest praescribere per somnum curationem valetudinis.* et in Epist. *Scripsit ad me te moleste ferre, quod me propter valetudinem tuam non vidisses.* alii tamen malunt hic legere, *propter invaletudinem maiorem*, quam lectionem stabiliunt testimonio et exemplo ex eodem Cicerone petito, quem scribere aiunt in Laelio sive de Amicitia: *quod autem his nonis in collegio nostro non affuisses, invaletudinem respondeo causam, non moestitiam fuisse.* quo tamen ipso loco plures et meliores MSS. habere etiam *valetudinem* pro *invaletudinem*, et alii monuerunt, et ego hisce oculis vidi. MOD. — *Valetudinem maiorem.* Hoc est, morbum comitialem, quem et Herculeum, et sacrum appellant. Festo est *morbus maior*, in voce *Prohibere*, quem locum indicio Freinshemii nostri debeo. Plutarchus Alexandr. cap. 16. et 130. *mentis impotem* Aridaeum fuisse tradit, non natura, sed pharmaco ab Olympiade propinato. Porro *valetudinem* pro *morbo* dixit auctor etiam XIV. 5. 2. et XXI. 2. 1. Ita Cicero de Divin. II, 59. *curatio valetudinis.* Quintilian. II. 16. *cibi attulerunt saepe valetudinis causas.* Sueton. Caes. cap. 49. *valetudine mentis liberius dicax.* et cap. 72. *subita valetudine correptus.* vide Henr. Steph. Thes. Graec. tom. I. col. 1644. b. c. BERNEC. — Antiquiores typis expressi, *invaletudinem.* Dicitur utrumque: estque *valetudo* quoque idem quod *invaletudo:* idque apud ipsum Nostrum XIV. 5. 2. et XXI. 2. 1. Deinde *maior* dicunt pro *magna:* quomodo de cetero quoque gradus comparativus saepe pro positivo usurpatur. Festus item in *prohibere*, *morbus maior* dicit pro *morbus magnus:* designatque eundem illum quem Noster, id est, quem comitialem, Herculeum et sacrum appellant. VORST.

12. MELIUS ESSE EX HIS LEGI etc. Coll. N. *sed melius esse.* Med. sec. quint. Leid. Periz. ed. Rom. Bechar. *et melius esse.* Flor. Paris. Ald. Iunt. *et melius etiam ex his legi.* Pr. Leid. *qui sub persona regis.* Hinc forte legendum, *quam qui sub p. r.* ABR. GRON.

INDIGNORUM SUBIICIANTUR IMPERIO. Pro subiiciant se, submittant se. Nimirum *subiici* est hic pro subiicere se, ut paulo ante *submitti* pro submittere se. VORST.

14. SI PUER NATUS FUISSET. Pro si puer nasceretur. Ut paulo ante, imperf. pro plusquamperfecto, ita nunc rursus plusquamp. pro imperfecto ponitur. Valerius Max. VIII. 7. Ext. 4. *Quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus.* pro operaretur. VORST. — Ergo constitutio tutorum fuit non in praesens sed eventum, si natus esset puer. Quomodo igitur in tutores incertos, et futuros iuramento se obligant? Suspicor, scripsisse Nostrum: *Placuit itaque Roxanis exspectari partum. Tamen ut si puer natus fuisset.* Vocem *Tamen* facile absumere potuit syllaba *tum* in fine vocis praecedentis: *et* vero pro *ut* est frequens in libris antiquis. SCHEFF. — Constituebant, qui si puer natus fuisset, illius forent tutores, hisque se tum obsequia sua exhibituros, iuramento adserunt. Quid aliud

quam nodum in scirpo quaerit Schefferus, dum haec parum constare putat, nisi rescribamus . . *partum. Tamen ut si puer* etc. Workens.

Tutores. Idem factum infra XVII. 3. 10. et 21. item XXXIV. 3. 6. Bernec.

Leonatum. Suidas: *Λεονατος στρατηγὸς Μακεδονίας, κατὰ γένος προσήκων Φιλίππου μητρὶ, συντραφεὶς δὲ Ἀλεξάνδρῳ, κατὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπιτήδειον καὶ τοῦ γένους, καὶ κατὰ μέγεθος μέν τοι καὶ κάλλος τοῦ σώματος τιμῆς μετεῖχεν κ. τ λ.* Ald. *Leonnatus.* Abr. Gronov.

Perdiccam, Crateron. Med. sec. quart. Leid. Periz. Bodl. *et Perdiccam, et Cr.* Ald. Iunt. *et P. et Craterum.* Abr. Gronov.

CAP. III.

1. Pedites indignati. Tacit. Annal. I. 47. *Postpositi, contumelia accenduntur.* Plutarchus in Nicia cap. 5. *Hic habetur a maioribus honos plebi maximus quum non contemnitur.* Bernec.

Aridaeum, Alexandri fratrem, regem. Legendus Diodorus initio libri XVIII. et Curtius X. 7. Seneca de Benef. IV. 31. *Quid sibi voluit providentia, quae Aridaeum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri eius datum est, et fratri.* Bongars.

Ex tribu sua. Quae est tandem ista *tribus*, ex qua hic satelles lectus? omnino legendum, ut est in tribus meis MSS. melioribus, *ex turba sua*, quod inventum in uno MS. etiam iure Bongarsius probat. Mod.

Ex turba sua. Hoc inventum in uno MS. iure Bongarsius in variantibus probat: atque ita etiam esse in tribus suis MSS. melioribus, affirmat Modius; quo magis religio fuit, auctori suum non restituere. Hactenus edebatur, *ex tribu sua.* Bernec. — Antiquiores typis expressi, *ex tribu sua:* quod et Bongarsius retinuit. Ait autem unum eorum Codd. quos ipse complures vidit, habere *turba;* idque se probare. Berneccerus deinde plane in textum recepit. Sed minime id probat Gronovius: quia ut ab aliis, ita et a Iustino, res exterorum vocabulis quae rebus Romanis dicata erant, propter *τὸ ἀνάλογον* saepe vocitentur; cuius rei mox et alia exempla subiungit. Vide lib. IV. Observ. cap. 10. Vorst. — Salva aliorum sententia, mihi non minus placet *ex turba sua*, quod etiam approbabant Bongarsius aliique; utque hoc in quatuor MSS. exstat, ita his etiam accedit Dorv. 1. et 3. a manu prima. Et tumultuariae huic satellitum electioni apprime hoc congruit. Wopkens. — Sec. quint. Leid. Periz. *ex turba sua.* Abr. Gronov.

Nomine Philippi patris vocari iubent. Inde auctores, cum Aridaeum designant, subinde *Philippum* dicunt. Vide Diodorum XVIII. 16. et XIX. 4. Curtium X. 9. 18. Sulpicius Severus lib. II. Hist. S. cap. 17. utrumque nomen coniungit, et *Arridaeum Philippum* vocat. Vorst.

2. Ad mitigandum eorum animos. Sic Iuntae cum aliis editis. Male mutarunt qui hanc syntaxin, de qua vide Sanctium in Minerva et Vossium in Aristarcho, ignorarunt. lib. XXIII. cap. 8. *ad persequendum belli reliquias.* Graev.

Ad mitigandos. Antiquiores editiones, *ad mitigandum*, aeque bene. Sic inf. XXIII. 8. *ad persequendum belli reliquias.* Vorst.

Omissa legatione, militibus consentiunt. Non possum non legere, *peditibus;* cum initio cap. dixerit, *Equites* etc. *Pedites indignati.* et mox, *equites trepidi ab urbe discedunt*, *castrisque positis et ipsi pedites terrere coeperunt.* Nec quidquam attinet discrimen statui posse inter equites et pedites, a nobilitate aut alia quavis praestantia; nam utrique militant, et illos suo nomine appellat Iustinus, equites, pedites. Quin paulo quoque inferius in hoc ipso capite, ita a Nostro scriptum fuit: *Perdicca ultro ad pedites veniret.* Faber. — Cave hic auscultes viro politissimo, qui pro *militibus* substituendum contendit *peditibus.* *Miles* saepius accipitur pro pedite, et opponitur equiti. Caesar: *Tripartito milites equitesque in expeditionem misit.* vide Gronov. ad Liv. XXVIII. 1. et Hermannum Rhabodum Schelium ad Hyginum de Castrametatione Romanorum pag. 88. qui annotavit pulchre *militem* poni pro *pedite*, quia in pedite praecipuum robur fuerit exercituum Romanorum, sicut contra posterioribus seculis sub Constantino et illis Imperatoribus cum omnis vis exercitus in equitatu, *equites* milites appellatos fuisse. Graev.

3. Statim et seditio crevit, ubi caput et consilium habere coepit. Saxo lib. XI. pag. 220. init. *Statimque impetus crevit, ubi caput et consilium habere coepit.* Abr. Gronov.

4. Ad delendum equitatum. Hoc vero propositum peditibus fuisse vix crediderim, neque ulla docet historia. Imo sequitur, *et ipsi pedites terrere coeperunt*, per vicem scilicet, et quasi pedites ante terrorem incusserint equitibus. In MSS. est, *ad deligandum*, vel *atalicandum.* unde coniicias, Iustinum scripsisse fortassis, *ad territandum.* Nisi putes ipsum illud *deligandum* accipiendum pro *ligandum*, *vinciendum*, captum scilicet. Ac fuit longe maior copia peditum ibi, quam equitum. Vide Curtium X. 7. 16. Scheff. — Hoc ipsis consilium fuisse, in sequentibus etiam satis aperte significat auctor; adeoque nihil erat, cur Schefferus *territandum* aut *deligendum* reponere gestiret. Wopkens.

5. Terrere. Ita MSS. hoc est, mutuum metum incutere. Bong. *terreri*, sed illud haud dubie rectius est. Bernec. — Sic Tacitus I. Annal. de militibus, *nisi paveant*, *terrere.* Boxhorn.

7. Attalus ad interficiendum. Meleagro id tribuit Curtius X. 8. 1. Bongars.

8. Ultro vocantem. Iuntae, *provocantem.* Graev. — Antiquiores Edd. *provocantem.* Vorst. — Cum Iuntis et antiquioribus editionibus etiam plures MSS. nostrique itidem tres Dorv. referunt *et ultro provocantem*, idque verbum haud dubie hic adhibuit Iusti-

nus. Omissa tamen vocula *ultro*, quae statim recurrit in his *ut ultro ad pedes veniret*, scripsisse videtur *et provocantem:* nec tamen id liquidum satis. Wopkens. — Ita Curtius lib. VI. cap. 1. *ultro vocans hostem, si quis iacenti spolia demere auderet.* Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. Reg. Coll. N. Periz. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *et ultro provocantem.* Abr. Gronov.

Et in concionem vocatos doceret. Med. Magl. Thuan. Leidenses, Periz. Coll. N. *edoceret*, ut supra I. 10. 16. *Attonitum, et quaerentem Darium causas auctoremque tam foedae lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edocet.* Magl. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *evocatos edoceret.* Abr. Gronov.

10. Egregium hostibus suis. Eandem hanc movendi rationem ab hostium affectu et voto, decenter usurpat Homerus Iliad. I. 255. et ex eo Virgilius II. Aeneid. 104.

Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridae.

Vide sis Ovid. Epist. IX. 7. et Taciti Germaniam cap. 33. Adde Ioseph. XIII. 24. Bernec. — Male duo Dorv. *sui*, pro *suis*. Confer Sulp. Severum H. S. II. 11. *Tum illi . . ruinam civitatis deflere, quae . . solo strata . .* spectaculum inimicis *praeberet.* Wopkens.

Parentaturosque sanguine suo manibus hostium. Vide quae supra ad XII. 5. 6. notavimus. Vorst. — Saxo lib. XIV. pag. 280. 5. *sanguine Ulvonis ducis sui manibus parentandum putantes.* et pag. 294. 11. *Fratres mei paternis manibus nostro sanguine parentabunt.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

3. Servata est. Magl. *servata tamen est.* Abr. Gronov.

5. Castrorum, exercitus, et rerum cura. *Rerum cura* est praefectura militiae, seu imperium in bello. *Res* enim κατ᾽ ἐξοχὴν notat bellum, unde *Dictator rei gerendae. Cura* quoque vocabulum imperii est. Suet. Tib. 16. *Sed nuntiata Illyrici defectione, transiit ad curam novi belli.* Idem Vit. 2. *Curam quoque imperii sustinuit, absente eo, expeditione Britannica.* Hinc *curare* pro imperare, praeesse in bello apud Sallust. *Marius ibi curabat.* Gronov. — Existimo (neque necesse est proloqui, quae me ratio impellat ut ita sentiam) scriptum a Iustino fuisse, *Castrensium rerum et exercitus cura* etc. Quid enim hoc, *Meleager curabat castra, exercitum, et res?* Dices, per *curam rerum* intelligi summam rerum administrationem et potestatem: posset, alibi, fateor; hic, non puto. Verum hoc abierit. Faber. — Mallet et hic vir doctus ille: *Castrensium rerum et exercitus cura.* invitis sane Musis. *Res* apud Nostrum aliosque Nostro meliores non infrequenter est *bellum.* Superius XII. 2. *Non minorem rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia et in Persis habitu-*

rus. Sic *res gerere.* Horat. *Res gerere et victos ostendere civibus hostes.* Noster XIX. 2. *Per hos res Carthaginiensium ea tempestate gerebantur.* hoc est, bella. hinc mox Imperatores vocantur. Hoc igitur vult Iustinus, castrorum, exercitus, et rerum hoc est bellorum, earumque rerum, quae ad bellum gerendum desiderantur, curam Meleagro et Perdiccae fuisse assignatam. GRAEV. — Sec. quart. quint. Leid. Magl. ed. Rom. Bongars. *castrorum et exerc.* ABR. GRONOV.

6. IUBETURQUE . . . DEDUCERE. Dorv. 3. *iubetque . . deduci.* quod haud postferendum videtur. WOPKENS.

CORPUS ALEXANDRI. Quod ad id tempus insepultum fuerat. Aelianus extremo libro XII. Alexandriam autem deportatum a Ptolemaeo, idem auctor est, et Strabo XVII. et Diodorus XVIII. 28. BONGARS.

7. LUSTRATIONEM CASTRORUM. Lustrabantur milites cane discissa et ab utraque parte proiecta. Curtius X. 9. 18. et Livius XL. 6. 1. BERNEC. — Facta sine dubio lustratio sic fuit ut discissae canis viscera ultimo in campo, in quem exercitus deductus fuit, ab utraque parte abiicerentur: inter id spatium armati omnes starent, hinc equites, illinc phalanx. Sic enim reges Macedonum lustrare milites solitos fuisse prodidit Curtius X. 9. 12. Nec multum discrepat Livius XL. 6. et 13. Lustrationem Curtius generali vocabulo *sacrum*, Livius *solemne* appellat. At ex Hesychio constare potest, peculiari nomine dictam fuisse *ξανθικά*, quod fere mense Xanthico fieri soleret. VORST.

IN POSTERUM EDICIT. Tert. Leid. *in diem posterum.* ABR. GRONOV.

8. CONSENTIENTIBUS UNIVERSIS. Freinshem. non consentit, mavultque, *non sentientibus universis,* quod evincit etiam subiunctum *occulte.* Vide tamen Curtium X. 9. BERNEC. — Acute Freinshemius, *non sentientibus universis.* Sed potest forte illud *consentientibus universis* accipi de constitutione exercitus in illo campo, non evocatione singulari seditiosorum. Quanquam et consensisse in evocationem necemque seditiosorum Curtius doceat, ut nil mutari debeat. SCHEFF. — Sec. Leid. *consentientibus ibi univ. evocatis.* Med. quint. Leid. Bodl. *ibi* (Bodl. *ubi*) *univ. evocatis*, omisso participio *consentientibus.* Magl. ed. Ienson. Rom. Bechar. Med. Paris. Ald. Iunt. *evocatos duntaxat de singulis:* in qua scripturae varietate latere videntur melioris lectionis vestigia, *consistentibus ibi universis*, *evocatos dumtaxat de s.* Verbum *consistere* eodem modo occurrit infra XX. 3. 3. *cum Crotoniensium centum viginti millia armatorum constitissent.* ABR. GRONOV.

TRANSIT. Ut in lustratione fieri solet. Nam ad exercitum hoc referendum, non ducem. BERNEC.

DUM TRANSIT. Exercitus armatus puta. VORST.

SUPPLICIO TRADI. Elephantis obiici. Trecenti fere sic obtriti. Curt. X. 9. 28. BERNEC.

Reversus inde, inter principes provincias dividit. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *reversus deinde.* Eaedem praeterquam Bechar. Med. *divisit.* Rom. *rev. deinde provincias per principes tanquam praefectos divisit.* Magl. *reversus deinde provincias per principes divisit.* Abr. Gronov.

Inter principes provincias dividit. Dissentit lib. I. Machabaeor. cap. 1. 6. etc. ubi refertur, Alexandrum ante mortem regna distribuisse inter suos nobiles, omnesque sibi diademata post mortem illius imposuisse. Quem locum historicae veritati conciliaturus Rabanus commentator *distribuisse* interpretatur *diripiendas reliquisse.* Acumen hominis mihi vide. De hac provinciarum distributione legatur Appian. Bell. Syr. pag. 120. f. et seq. Bernec. — Nec male Franeq. alioque MS. *in principes.* Tacitus Annal. II. 67. *Thracia in Rhoemetalcen filium . . inque liberos Cotyis dividitur.* Hist. I. 58. *Ministeria . .* in *equites Rom. disposuit.* lib. III. 58. *Curam delectus* in *consules partitur.* Frontin. Strat. III. 5. 1. *Aliquem iussit occidi, et membratim . .* in *contubernia distribui.* Quinctilian. I. 2. *Liberalius tempora sua impensurus uni videtur, quam si eadem* in *plures partiatur.* Dictys Cretensis II. 19. *Ita divisis in singulos quae superfuerant* etc. Ambrosius Offic. I. 13. *Mundum in tres esse divisum.* Iustinus tamen *inter* maluisse videtur: certe ita lib. III. 3. 3. et lib. XII. 3. 10. Wopkens.

Ut et removeret etc. Seu verbis Livii XXXV. 15. 5. *Ut procul ab se per honorem eos ablegaret.* Bernec.

Munus imperii, beneficii sui faceret. Ita XXIV. 2. 4. *Beneficium* proprie est ad altiora promotio. Tacit. Annal. XV. 52. 5. *dilecto imperatore, sui muneris remp. facere.* Sueton. Tib. 12. 4. *per quosdam beneficii sui centuriones.* Adde eundem in Caes. 23. 3. Livium I. 35. 10. Ammian. XXV. 27. fin. Lipsii notam 78. ad Tacit. Hist. IV. Gruteri Suspicion. I. 13. Bernec.

10. Primo Ptolemaeo Aegyptus: Gronovius ex MSS: *Prima Ptolemaeo Aegyptus.* Graev. — *Prima Ptolemaeo Aegyptus.* Ita editum ex MSS. approbante Gronovio. In aliis Edd. *primo.* Faber. — Med. *Aegyptos.* Abr. Gronov.

Arabiaeque pars. MS. unum et Orosium III. 23. expressi. MSS. enim ceteri, *Asiae Libyaeque pars.* Bongars.

Sorte venit. Lego, *sorte evenit*, sicut etiam mox seq. n. 16. et XIII. 5. 8. Bernec. — Paulo post, *Leonato minor Phrygia evenit.* et XIII. 5. 8. *Cui Graecia sorte evenerat.* Legendum igitur fortasse et hic est, *sorte evenit.* Vorst. — Vorstius mallet, *evenit*, quia sic alibi Noster. placet. Scheff. — Bernecceros, Vorstius, Schefferus nobis volunt persuadere, libris omnibus adversantibus, scribendum esse *sorte evenit*, quia alibi sic Iustinus loquatur. Sed nihil inde efficies. Nam et aliter potuit loqui secutus praestantissimorum scriptorum auctoritatem, quibus *venire* eleganter dicuntur bona, quae aut heredes cernimus, aut sorte accipimus. Cic. pro Cluent. *Res mihi venit hereditate.* Idem III. Verrin. *Hereditas mihi*

venit a patre. Mart. *Hereditas tibi trecenta venit.* Flor. II. 20. *Relictae regiis hereditatibus opes, et tota insimul regna veniebant.* GRAEV. — Orosius lib. III. cap. 23. *provenit.* Freculphus I. 4. 25. *evenit:* quomodo edidit Faber, secutus coniecturam Bernecceri. Livius lib. XXV. cap. 41. *Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia evenit.* Infra h. l. cap. 5. 8. *cui Graecia sorte evenerat.* Freculphus et MSS. Orosii, *venerat:* verum editiones eiusdem et tertius Leid. *obvenerat.* Quomodo loquitur Livius VII. 16. *Ea provincia Cn. Manlio obvenit.* ABR. GRONOV.

11. CUI AD TRADENDAM PROVINCIAM. In his verbis non est sensus idoneus. Habuit quidem in Africa et Aegypto potestatem Cleomenes, sed vectigalium, non imperii. Alexandriam autem non aedificavit ipse, verum Dinocrates. Unde suspicor, deesse aliqua in his verbis. SCHEFF.

CLEOMENES. *Dinocrates* dicitur Valerio Maximo I. 5. et Solino cap. 40. Cleomenes autem Africae et Aegypti vectigalibus fuerat praepositus. Curtius IV. 8. 9. BONGARS.

12. LAUMEDON. Infra XV. 4. 3. *Laudice* pro *Laodice.* Veteres Latinos *Laumento* pro *Laomedonte* dixisse, docuit nos Iosephus Scaliger in Festum, quem vide. In Annal. Taciti XIV. 31. quae *Boodicea,* eadem statim *Boudicea* dicitur, in vita Agricolae *Voadica,* vitiose fortassis: et apud Petronium *Laucoon* pro *Laocoon.* BONGARS. — MS. Coll. N. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *Laomedon,* nec aliter Orosius atque Freculphus; apud quos vitiose editum, *Mitylinaeus,* et *Mitilenus.* Curtius lib. X. cap. 10. *Laomedonti Syria cum Phoenice.* ABR. GRONOV.

CILICIAM PHILOTAS, PHILO ILLYRIOS ACCIPIUNT. Legendum, *Ciliciam Philotas cum filio Illyrio accipiunt.* Fuit enim Philotae filius, cuius mentio est ad huius libri finem. GLAREAN. — Corrupta haec sunt. Lego ex mente Glareani, *Philotas cum filio Illyrio.* Vide Var. Lect. Bongarsii. Ibidem pro *Atropatos* e Graecis lege *Acropatus,* ut visum aliis: pro *Scyno* Scaliger legebat *Coeno.* FABER. — Magl. ed. Rom. *Cil. Philotas cum filio Illyrios accipiunt:* quae scriptura iuvat emendationem Glareani, *Philotas cum filio Illyrio acc.* Coll. N. *Craeciam Philotas cum filio et Illyrios acc.* Ald. Iunt. *Ciliciam Philotas cum Philoxeno et Illyrio acc.* idemque in editione reperit Bongarsius. Bechar. *Cil. Philotas cum filio et Illyrios accipiunt.* ABR. GRONOV.

13. MEDIAE MAIORI ACROPATOS, MINORI ALCETA, PERDICCAE FRATER PRAEPONITUR. Mihi haec prorsus suspecta, pro *Mediae* ego legerem *Armeniae.* Ducis huius nomen non memini me legere. Ceterum hoc loco regiones in occasum numerat, paullo post, quae in ortu sunt. Quare pro *Medis* his *Armenios* dixi legendum: in sequentibus vero *Medos* pro *Armeniis,* sub Phrataferne. *Syni* ducis nulla mentio in hac historia, quantum memini. GLAREAN. — Legendum ex Arriani VII. *Atropates* lib. VI. Ἀτροβάτης. Is Diodoro Ἀτράπης mendose, pro Ἀτροπάτης. Diligenter hic locus compa-

randus est cum principio lib. XVIII. Diodori Siculi. Videndus et Curtius X. 10. et Appianus Συριακῇ. Bongars. — Iuntae: *Atropaus*, quod propius accedit ad veram scriptionem. Legendum enim *Atropates* ex Arriano, ut bene monuit Bongarsius. Graev. — Vulgo editur *Acropatos*. Sed quia Arrianus Ἀτροβάτην, et Diodorus Ατράπην, vel ut Bongarsius emendandum putat, Ἀτροπάτην vocat; et in quibusdam item Codd. MSS. uti Bongarsius testatur, est *Adtropatos*; itemque in typis expresso Iuntarum, ut Graevius testatur, *Atropatus*; omnino *Atropatos*, vel *Atropatus*, legendum censeo. Vorst. — Ed. Ienson. Ven. Flor. Paris. MS. Med. Magl. sec. Leid. Bodl. Thuan. *Atropatos*. Reliqui, in quibus nomen istud vitiose scriptum est, Graecam quoque dant terminationem. Huius ducis mentionem faciunt Stephanus Byzantinus in Ἀτροπατηνή· Ἀτροπατία, καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερὶς (ἡ γὰρ προτέρα, καθ' ἣν ἦν τὰ Ἐκβάτανα, ἡ μητρόπολις καὶ τὸ βασίλειον τῆς Μηδίας) ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος τοῦ Ἀτροπάτου. et Strabo lib. XI. pag. 523. Ἡ δ' ἑτέρα μερίς ἐστιν ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία· τοὔνομα δ' ἔσχεν ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος, ὃς ἐκώλυσεν ὑπὸ τοῖς Μακεδόσι γενέσθαι καὶ ταύτην, μέρος οὖσαν τῆς μεγάλης Μηδίας. Abr. Gronov.

Minori socer Perdiccae praeponitur. Freinshemius in Notis ad Curtii X. 10. 1. existimat τὸ *minori* plane expungendum esse; quia Atropatos ille, de quo praedictum, ipse Perdiccae socer fuerit, ut ex Arriani lib. VII. constare possit. Verum quia in antiquioribus typis expressis pro *socer* est *Alceta frater*, τὸ *minori* non expungendum, sed τὸ *socer* potius transponendum, totusque locus legendus sic videtur: *Mediae maiori Atropatos socer, minori Alceta frater Perdiccae praeponitur.* Vorst. — Magl. Thuan. a sec. m. *minori Alcetas socer P. p.* ed. Florent. *in m. Alceta Perdiccae pr.* Pr. Leid. ed. Bechar. Med. Ald. Iunt. *minori Alceta frater P. praep.* Infra cap. 6. 15. et 8. 10. *frater Perdiccae Alcetas.* Adde Diodorum lib. XVIII. cap. 28. Freinshemius in Divisione imperii inter duces Alexandri, demta voce *minori*, legit: *Mediae maiori Atropatus socer Perdiccae praeponitur.* Abr. Gronov.

14. Scyno. Auctore magno Scaligero Animadvers. Euseb. ad annum M. DC. XCIII. scribendum, *Coeno.* Fuit autem iste *Coenus* Polemocratis filius, unus ex ducibus Alexandri, Diodoro XVII. 57. Arriano V. Curtio IX. 3. Est purum nomen Macedonicum. Ita enim vocabatur et secundus a Carano, auctore stirpis regiae Macedonum. Apparet vetustissimum mendum fuisse in Iustino, quum in eius descriptore Orosio III. 23. idem extet. Haec ille. Videtur tamen aliud potius nomen reponendum, cum *Coenus* ille prior Alexandro diem obierit. Curtius IX. 3. 32. Bernec. — Iuntae: *Cyno.* Quod propius abest ab emendatione Scaligeri, qui restituendum censet *Coeno.* Sed *Cyno* tuetur Cl. Perizonius Animadvers. Historicis cap. 10. ubi ostendit scriptoribus posterioribus *oe* saepe mutari in *y*, sic pro *Moesia* scribi *Mysia*, pro *Roemetalces* inveniri *Rymetalces*,

pro *Poeticus* quod est Sulpitiae gentis cognomen, *Pyticus*. GRAEV. — Coniecturam illustris Scaligeri legentis *Coeno* comprobat Avus lib. IV. Observ. cap. 15. pag. 243. Ald. Iunt. *Cino*. ABR. GRONOV.

PHRYGIA MAIOR. Omnino emendandum, *Phrygia maior Ant. Phil. filio assignatur, cum Lycia et Pamphylia: Cariam* etc. ex Diodoro, Appiano, Curtio. *Tò cum* mutarunt in *Nearco*, cum uni tot regiones assignari aegre ferrent. Inverso inde ordine legerunt, *Lyciam et Pamphyliam Nearco*. Et mihi quidem ita videtur. BONGARS. — Med. ed. Ald. Iunt. *Nearcus*. tert. Leid. *Argus*. quart. *Arcus*. Bechar. *Learchus*. Bongarsius Diodorum, Appianum et Curtium secutus, optime restituit, *adsignatur cum L. et Pamphylia, Cariam*. Maiorem Phrygiam Perdiccae, et minorem cum Lycia et Pamphylia Antigono cessisse, refert Syncellus Chron. pag. 264. ABR. GRONOV.

15. CARIAM CASSANDER. *Asander* legit Freinshemius in Indice Curtii v. *Asander*, quia paullo post sequitur: *Stipatoribus regis satellitibusque Cassander filius Antipatri praeficitur*. Iuxta Dexippum etiam atque Arrianum Cariam obtinuit Asander. Sec. MS. Leid. Freculphi, *Casander*. Diodorus lib. XVIII. cap. 3. *Κασάνδρῳ μὲν Καρίαν*. ABR. GRONOV.

LYDIAM MENANDER. Fabricius ad Orosium *Meleager* legit ex Diodoro: vulgatum tuentur Arrianus, Dexippus, et Curtius X. 10. 2. qui cap. 9. f. de Meleagro ait: *confugit in templum, ac ne loci quidem religione defensus, occiditur*; nempe ante imperii divisionem inter duces Alexandri factam. Verum Diodorus lib. XVIII. cap. 5. post eamdem demum et seditiosos milites iussu Perdiccae supplicio traditos et Meleagrum interfectum fuisse refert. ABR. GRON.

16. LEONATO MINOR PHRYGIA EVENIT. Diodorus: *Λεοννάτῳ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν*. ABR. GRONOV.

CAPPADOCIA CUM PAPHLAGONIA EUMENI DATA. Cornelius Nepos in vita eiusdem cap. 2. *Hoc tempore Eumeni data est Cappadocia, sive potius dicta*. ABR. GRONOV.

EUMENI. Vide mox infra XIII. 6. 14. BERNEC.

18. STIPATORIBUS REGIS . . . PRAEFICITUR. Med. sec. quint. Leid. ed. Ald. Iunt. *regiis*. Magl. *praeponitur*. Dexippus apud Syncellum pag. 265. *Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου σὺν τῷ πατρὶ τὴν Ἀριδαίου καὶ Ἀλεξάνδρου διοικεῖ βασιλείαν ἐν Μακεδονίᾳ, καὶ Ἑλλάδος κρατεῖ*. ABR. GRONOV.

20. TERRAS INTER. *Seras* edidit in Orosio Fabricius, quomodo habet e MSS. nostris unus: ceteri *terras*, quod malo. Nam et urbs Taxila, cui imperabat Taxiles, sive Taxilus, ut eum Strabo vocat, inter Hydaspem et Indum sita est; Arrian. V. Strab. XV. et Taxili regnum suum relictum Diodorus XVII. 86. refert. BONGARS. — Iuntae quoque cum MS. *Seres*. alii: *sed res:* forte scripserit Iustinus *sedes*. ut superius: *ad novas sedes quaerendas*. et sic frequenter in aliis locis. GRAEV. — Med. sec. quart. quint. Leid. Periz. Bodl. *Seras inter*. idemque in suo Iustini codice reperit Franc.

Fabricius. Orosius et Freculphus: *Seras* (*Seres* Frec.) *inter duos amnes Hydaspem et Indum constitutos Taxiles habuit.* Ed. Ienson. Rom. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *Seres* (*Seras* Rom.) *inter amnes duos.* Bechar. Flor. Ald. Iunt. *Taxilles*, male. Abr. Gronov.

21. Pithon. Mediam ei datam, Diodorus XVIII. 39. et Curtius X. 10. 7. auctores sunt. Bongars.

Parapomenos fines Caucasi montis Axiarthes accepit. Vide num legendum, *Paropamisadas fines Caucasi montis Oxyartes accepit, Daas et Arios Satagenos.* Sic enim lib. XLI. hic auctor hunc ducem nominat. *Scythaeus* dux ignotus. Mox cum inquit *Arthous Pelasgos*, utrumque nomen corruptum puto: ut autem emendandum, hercle nescio, destitutus exemplaribus illibenter gravo lectorem. Glarean.

Parapammenos fines. Omnino legendum, *Parapamisios, et fines Caucasi montis, Oxyarches accepit.* Ex Dexippo et Arriano. Statim post in MSS. legitur, *Cedrosique.* Recte: nam et Graeci non Γεδρώσσους tantum, sed et Κεδρώσσους vocant. Stephanus: Κέδρωσσοι ἔθνος Πέρσικον etc. Voss. — Iuntae: *Parapamisadas et fines.* unde Vossius: *Paropamisios.* Gronovius probat quod in MS. reperit Bongarsius, *et finem*, hoc est, qui in ultimo Caucasi fine degebant. Graev. — Optime Vossius, *Paropamisios*, *et fines Caucasi montis.* Pro *Extarches* vidit Bongarsius legendum *Oxyartes*, ex Diodoro, unde haec petenda et conferenda. Mox, *Aracossi.* al. *Arachosii*, ut Graeci. pro *Archos*, *Archon*; sed istos *Pelasgos* ubi terrarum ponemus? In quibusdam MSS. est *Pellagas.* Opus est Oedipo. Faber.

Parepammenos fines Caucasi montis Extarches accepit. *Parapammenos* sane et supra XII. 5. 9. legitur. Sed putat tamen Vossius legendum esse, *Paropamisios.* Et in editione Iuntina, uti Graevius testatur, est *Parapamisadas*, quomodo Diodorus, Arrianus et Curtius eos vocant. Sed et ipsum montis nomen *Parapamisus* in auctoribus istis apparet. Fuitque mons idem qui et Caucasus appellatur, ut ex lib. V. Arriani apparet. Et optime proinde congruit quod apud Nostrum sequitur, *fines Caucasi montis;* vel addita copulativa, ut editio Iuntina habet, *et fines Caucasi montis.* Pro *Extarches* Is. Vossius legendum censet *Oxyarches;* credo quod a Diodoro Sic. vocatur *Oxyartes.* Et affine ei est quod in antiquioribus typis expr. est *Axiarches.* Vorst.

Extarches. Ὀξυάρτης Roxanis pater, habet Diodorus XVIII. 3. Bongars. — Vossius, *Oxyarches.* Diodoro convenientius foret *Oxiarthes.* Scheff.

Paropamisios et fines Caucasi montis Extarches accepit. Ald. Iunt. *Paropamisadas.* Coniunctionem *et* ignorant undecim MSS. atque ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Bongars. *finem* quart. Leid. Coll. N. *fine* Thuan. Orosius: *Parapamenos fine Caucasi montis.* Ita optimus codex Florentinus, cui consentit Freculphus. Vide notam ad XXX. 4. 6. Ed. Rom. *Oxiarches.* Ienson. Ven. Flor.

Paris. Ald. Iunt. *Axiarches.* Freculphus, *Oxyarches.* Orosius, *Oxyartes*, quod praestat. Diodorus lib. XVIII. cap. 3. *τὴν παρὰ τὸν Καύκασον κειμένην, ὀνομαζομένην δὲ Παροπαμισαδῶν προσώρισεν Ὀξυάρτῃ τῷ Βακτριανῷ βασιλεῖ.* ABR. GRONOV.

22. ARACOSSI. Deerant haec in impressis, quae MSS. agnoscunt et Diodor. Plutarchus in Eumene extremo habet *Ἰβυρτίῳ* mendose pro *Σιβυρτίῳ.* Sed qui hic *Statanor*, Diodoro XVIII. 3. et Arriano lib. VI. est *Στασάνωρ.* Quae sequuntur, variant ab iis, quae Diodorus scribit. Sed de istis plura ad Curtium. BONGARS. — Abr. Ortelius in Thes. Geograph. pro *Aracossi* hic legendum censet *Arachosii*, suffragante Diodoro XVIII. 3. Polyaenus Strategem. lib. IV. in Antigono n. 15. *Sigyrtium* habet pro *Sibyrtio.* BERNEC. — Iuntae, *Arachosii*, uti legendum olim Ortelius statuit ex Diodoro. Quod firmatur et a Polyaeno. GRAEV. — Legendum sine dubio *Arachosii*, ut Codex MS. quem Franc. Fabricius in Notis in Orosium se vidisse testatur, et vetus editio Iuntina teste Graevio habent. Sane et Curtius *Arachosios* appellat non semel. At Arrianus *Ἀραχωτούς.* VORST. — Legendum *Arachosii*, firmante Iuntina, et MS. Fabriciano, ut est apud Diodorum et Polyaenum. Vide Graevium, et Vorstium, qui et de ceteris consulendum suadet Freinshemium in Notis ad Curt. X. 10. 1. SCHEFF. — Magl. *Arathosi.* ed. Rom. *Arathossi.* MS. Franc. Fabricii, ed. Ald. Iunt. Orosius, *Arachosii.* Freculphus, *Arachossi*, et ex pr. codice Leid. *Arachosi: Arachosios* eosdem vocant Curtius VII. 2. 26. IX. 10. 8. et Plinius lib. VI. cap. 23. *Gedrosi* etiam *Γεδρωσοὶ* dicuntur Dionysio Perieg. v. 1086. et *Gedrosi* Plinio lib. VI. cap. 5. Ald. Iunt. Orosius *Gedrosique*, ut apud Curtium IX. 10. 5. *Gedrosiorum regio.* Freculphus: *Chedrosiique*, et ex pr. MS. Leid. *Chedrosique.* Apud eundem *Sybriti* male editum. Diodorus Siculus: *καὶ Σιβυρτίῳ μὲν ἔδωκεν Ἀραχωσίαν καὶ Κεδρωσίαν.* Ceterum integra haec periodus desideratur in ed. Ienson. Bechar. Ven. Florent. Mediol. Paris. ABR. GRONOV.

DRANCAE ET AREI STASANORI. Ed. Ienson. Bechar. Flor. Med. *Draicas* (*Dracas* Fl.) *et Argaeos Statanor.* Ald. Iunt. *Drangas et Arios Stasanor.* ABR. GRONOV.

STASANORI. Editur vulgo *Statanori.* Et mirum non mutasse Bongarsium, aut Berneccerum, cum scirent non modo ceteros tam Latinos quam Graecos qui hac de re scripsere, *Stasanorem* vocare, sed et veteres quosdam typis expressos codices sic habere, et codicem item MS. optimae notae, quem habuit Franc. Fabricius. VORST. — Sane *Stasanor* prae se fert Iuntina. GRAEV.

23. BACTRIANOS AMYNTAS SORTITUR. Adscribam, quomodo locum hunc legendum censeat Freinshemius in Notis ad Curtii X. 10. 1. *Bactrianos Amyntas sortitur; Sogdianos Philippus; Stagnor Parthos; Hyrcanos Phratafernes; Armenios Tlepolemus; Persas Peucestes; Babylonios Archon Pellaeus; Arcesilaus Mesopotamiam.* Causae vero huius lectionis ex ipsius eius Notis cognoscantur. VORST.

Sogdianos Scythaeus etc. MS. Voss. 1. *Sordianus sulceos stagnos parcos.* Alter, *Socdianos sulceos staganos parthos.* Lege, *Sogdianos Solius Stasanor, Parthos* etc. Hanc lectionem confirmat Diodor. Sic. XVIII. pag. 648. *Τὴν Βακτριανὴν καὶ Σογδιανὴν Στασάνορι τῷ Σολίῳ* etc. et Photius Biblioth. LXXXII. ex Dexippo: *Στατάνωρ ὁ Σόλιος.* Ceterum paulo post Palmerius in Exercit. pag. 139. ex Arriano et Diodoro legit, *Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Carmanos, Persas Peucestes, Babylonios Archon Pellaeus.* Gronov.

TlepTolemus Persas. Iuntae, *Neoptolemus Persas.* cap. 6. huius libri: *Adiutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccae Alcetas, et Neoptolemus.* Graev. — Antiquiores typis expressi, inque his Iuntinus, uti Graevius testatur, *Neoptolemum* vocant. Neque aliter in cod. aliquo MS. est, quem Bongarsius vidit. Vorst. — Med. Coll. N. Orosius, *Tlepolemus:* at Freculpho *Thlepotemus*, et Auctori *συναγ. ἱστορ. Τριπόλεμος* dicitur. Tert. Leid. *Cleptolemus.* Magl. ed. Rom. Bechar. Med. Ald. Iunt. *Neoptolemus.* Ven. *Neoptolemeus.* Flor. *Neptolemus.* Paris. *Neoptelemus.* Confer Freinshemium in Divis. imp. V. *Neoptolemus*, et *Tlepolemus.* Abr. Gronov.

Archos. Diodorus XVIII. 3. *Ἄρχων.* Et pro *Arcesilaus*, quod et Diodorus, et veteres uno excepto omnes agnoscunt, Fabricius in Orosio legit *Arcelaus.* Bongars. — MS. *Archous.* Iuntae, *Arthous.* et pro *Arcesilaus* iidem *Arcelaus*, ut Fabricius ad Orosium. Graev. — Pro *Archos* non dubito legendum esse *Archon*, ut est apud Diodorum. Sed et pro *Pelasgos* legendum esse *Pellaeus*, uti vult Freinshemius, perquam verisimile idem reddidit in Notis ad praedictum locum Curtii. Vorst. — Orosius, *Archon P.* Freculphus, *Archoas Pelassus*, et ex utroque MS. Leidensi, *Pelassos.* Ed. Rom. et duo MSS. Florent. Orosii *Archous.* Ald. *Arthous.* Abr. Gronov.

Arcesilaus Mesopotamiam. Magl. ed. Rom. Orosius et Freculphus, *Archelaus M.* Dexippus: *τῆς δὲ Μεσοποταμίας Ἀρχέλαος ἦρχε.* Vide Freinshemium in Div. imp. V. *Arcesilaus.* Abr. Gron.

24. Cum haec divisio. Forte legendum, *cum hac divisione.* Gronov. — Deleverim coniunctionem *cum*, secutus Franeq. et Dorv. 3. *Veluti* traiectum est, ut si legeremus, *Veluti haec divisio f. m. s. contigisset, ita* etc. Sic lib. XXXIV. 2. *Sed Achaei velut* (id est, sed velut Achaei) *nihil negotii Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia et soluta fuere.* lib. XII. 15. *Hac voce veluti* (i. e. veluti hac voce) *bellicum inter amicos cecinisset, . . ita omnes in aemulationem consurgunt.* Wopkens.

Incrementorum materia. Miror vett. omnes pro *materia* habere *memoria. Praefecturas* vocat Satrapias. *Σατράπης* Persis, Latinis *praefectus* dicitur. Bongars.

CAP. V.

1. Athenienses et Aetoli. Lamiacum bellum, de quo Diodorus XVII. 87. et XVIII. 8. et Strabo lib. IX. Meminit et Plu-

tarchus in Pyrrho cap. 1. et 10. et Demosthene cap. 38. et Pausanias Atticis. Ita appellatum, quod ad Lamiam, in quam se receperat Antipater, gestum sit. Iustinus aut memoria lapsus aut alios sequutus auctores, *Heracleam* pro Lamia vocat. BONGARS.

2. EPISTOLAS. Quarum exemplum est in Diodoro XVIII. 8. BERNEC.

PRAETER CAEDIS DAMNATI. Ita Sallust. in bello Catilinario *praeter* pro *nisi*. FABER. — Antiquiores typis expressi, *damnatos*. Sed mutavit Bongarsius; credo, quod in MSS. aliter reperiret. Ita vero *praeter* non pro praepositione, sed pro adverbio habendum, et pro *praeterquam* positum fuerit. VORST. — MSS. habent *damnatis*, quae lectio forte videri potest vera, hicque reponenda. Locus certe Sallustii, qui affertur a Freinshemio pro lectione vulgata, eam nihil iuvat, quoniam et ipse in nonnullis corruptus. Optimae editiones ita habent: *caeterae multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere, praeter rerum capitalium condemnatis.* Quia tamen in his verbis Sallustii τὸ *condemnatis* regitur a verbo *liceret*, non a *praeter*, quod cum sit adverbium, casum regit nullum; apud Nostrum vero verbum est *restituebantur:* itaque aut in respectu illius servanda lectio vulgata, quoniam primum casum postulat, aut facta praepositione ex adverbio legendum non *damnatis*, sed *damnatos*, quod et veteres impressi quidam habent. SCHEFF. — Nullum plane discrimen inter Sallustii et Iustini locutionem. Nam *condemnatis* ibi neque pendet a *praeter*, ut hic *damnati*. Si licet dicere, *nulli licet hoc facere praeter condemnato:* licet utique et dicere, *omnes restituuntur praeter damnati.* Eadem est ratio. Nimirum *praeter* ponitur nonnunquam pro praeterquam, ut cap. seq. *ut nihil hostis victor suarum rerum, praeter incendii spectaculo frueretur.* GRAEV.

CAEDIS DAMNATI. Et ἱερόσυλοι. Diodor. BONGARS.

3. IN MERCATU OLYMPICO. Is. Vossius ad Vellei. Paterc. I. 8. 1. cum quibusdam MSS. reponit *mercato*, quia sic multa apud antiquos nomina duplicis declinationis sint, eodemque iure idem etiam alicubi Livio restituendum putat. Sed donec hac de voce *mercatus* certius constet, a vulgata Iustini Liviique scriptura recedendum non est. WOPKENS. — Med. Magl. quatuor Leid. ed. Bechar. Flor. Mediol. Ald. *in mercato;* quod vulgato praefert Ger. Vossius ad Velleium lib. I. cap. 8. ABR. GRONOV.

QUOD PLURIMI. MSS. *quia plurimi* etc. ABR. GRONOV.

8. DETRECTANTEM. Ed. Ven. Flor. Med. *detractantem.* ABR. GRONOV.

HERACLEAE URBIS. Cum multae sint Heracleae, ne uno quidem verbo huius urbis locum indicat. Ego quidem credo eum loqui de ea Heraclea, quae ad Oetae montis radices est, non ita longe a Thermopylis, quam oppido eleganter describit Livius lib. VI. dec. IV. et nisi fallor eam Ptolemaeus Phthiotidis Heracleam facit. Eandem

M. Attilius Glabrio e manibus Aetolorum ceperat olim, post 136 annos, aut circiter. GLAREAN.

HERACLEAE. Imo *Lamiae*, quae Thessaliae urbs est. BERNEC.

9. HARPALO. MSS. *Harpago*. Librarios in errorem induxit Astyagis Harpagus, de quo l. 4. 6. De hoc lege supra notatos: et emenda Eusebii Chronicum, in quo legitur, *Harpalus fugit in Asiam*. scribe *ex Asia*. De Demosthenis exsilio videndus Plutarchus in vita cap. 36. et Pausanias in Corinthiacis. BONGARS.

QUOD CIVITATEM IN EIUSDEM ALEXANDRI BELLUM IMPELLERET. Legendum *quo*, hoc est, *ut*. Causam enim largitionis auctor exposuit. FREINSH. — Vix dubitandum, quin cum Freinshemio legendum sit *quo*, ut notetur finis propter quem aurum receperit ab Harpalo. VORST. — Mallet Freinshemius legere *quo*. Sed fortasse nil mutandum. Terent. in Phorm. V. Sc. 8.

Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant?

Hic *facere quod* est *facere id*, *ob quod*. quomodo et apud Nostrum auri *quod* est *auri eius*, *ob quod*. Adde Scioppii et Mariangeli Auct. ad Sanct. p. m. 5. SCHEFF. — Vorstius cum Freinshemio legendum credebat, *quo civitatem . . impelleret*, i. e. ut c. . . i. et hoc magis probo, quam quod Schefferus *quod* exponi posse putat, ob quod aurum. Sed usus tamen iste *quo* apud Iustinum insolens est, ideoque libentius ex Dorv. 2. reponerem, *ut civitatem* etc. aut *quod* hic explicarem *quia*, ut pro eo, quod Athenienses in bellum cum Alexandro impelleret, accepisse ab Harpalo aurum dicatur Demosthenes. Ordo verborum, quodammodo turbatus, sic concipiendus est, ut si audiremus, *ob crimen accepti ab Harpalo, qui crudelitatem Alexandri fugerat, auri, ut civitatem* etc. vide quae ad lib. VI. 4. 9. WOPKENS. — Freinshemius malebat, *qui civitatem*. Coll. N. *ut civit*. Magl. *impulerat*. ABR. GRONOV.

10. CETERASQUE CIVITATES. Pr. Leid. *civitatumque ceteras*. Vost. *civitatesque celeras*. ABR. GRONOV.

12. LEOSTHENES . . . . TELO E MURIS IN TRANSEUNTEM IACTO OCCIDITUR. *Telum* pro lapide hoc loco usurpat auctor more ICtorum. Vide L. 23. §. 2. D. de Verb. Signif. et Institut. lib. IV. tit. 18. §. 2. Suidas: *Λεωσθένης στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων. Οὗτος ἐν τῷ πρὸς Μακεδόνας πολέμῳ προθυμίᾳ χρησάμενος τοῦ καιροῦ προθυμοτέρᾳ, καὶ τῇ παραπεσούσῃ εὐπραξίᾳ* (MS. Leid. *εὐπραγίᾳ*) *κατὰ τῶν πολεμίων ἐπεξιὼν, τήν τε ἐμβολὴν ἀφειδῆ ποιεῖται, καὶ λίθῳ πληγεὶς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀφυλάκτως ἐπὶ τῆς παρατάξεως πίπτει.* Didorus lib. XVIII. cap. 13. *ὁ μὲν Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη· τῇ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων*

τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι. ABR. GRONOV.

14. EQUESTRI PRAELIO. Ducibus Antiphilo et Menone Thessalo. Plutarch. in Phocione cap. 33. Diodorus XVIII. 15. BONGARS.

CAP. VI.

1. ARIARATHI. Regnabat is in Cappadocia: Diodorus XVIII. 16. Plutarchus in Eumene cap. 7. Erat enim Cappadocia Eumeni dicta, non data. Probus. Quae hic de Cappadocibus narrantur, ea Diodorus XVIII. 22. de Isauriis refert: a quo et eorum, quae sequuntur, plenior narratio petenda est. BONGARS. — Angl. una voce auctius, *bello innoxio Ariarathi.* SCHEFF. — Iustinus confundit hic bellum Cappadocium cum Isaurico. Hoc enim Isauricum fuit, ut constat ex Diod. Sic. XVIII. 22. *Innoxio* Iuntino quoque legitur. GRAEV. — *Bello innoxio Ariarathi* cum MS. Anglico et Iunt. ed. etiam Dorv. 1. et 2. habent, tertius autem *bello noxio.* At tale quid cum aliis libris omisit quoque Orosius III. 23. WOPKENS. — Med. sec. quint. Leid. ed. Rom. *bello innoxiori Ar.* Bodl. Coll. N. et vetustae editiones, *bello innoxio Ar.* tert. Leid. *praelio victor.* *Τὸ victo*, quod dant posteriores editiones Cl. Graevii, ortum est ex vitio typographico: in priore enim *victor* recte idem Vir Cl. edidit. Lucianus in Macrobiis tom. II. pag. 470. *Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι· ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη.* ABR. GRONOV.

2. QUIPPE HOSTES etc. Non absimilia desperatae rabiei huius et inhumanae necessitatis exempla referunt Xenophon lib. IV. Expedit. Cyri, de Taochoris: Polybius XVI. 16. de Abydenis: Liv. XLI. 11. 4. de Istris: Plutarchus in Bruto cap. 46. de Xanthiis in Lycia: Appianus in Illyric. de Metulliis: Livius XXI. 14. de Saguntinis: et XXVIII. 22. de Astapensibus: Florus II. 15. 28. de Carthaginiensibus: et II. 18. 26. de Numantinis. Iudaeos quoque templum Hierosol. et flagrantem urbem laetis vultibus adspexisse, quod ita nihil essent hostibus relicturi, scribit Iosephus VI. Bell. Iud. 38. BERNEC.

COPIIS. Hoc est, annona seu commeatu. Tacitus XV. Annal. 16. *Parthi inopes copiarum.* et Germ. cap. 30. *Catti militem supra arma ferramentis quoque et copiis onerant.* Caesar II. Bell. Gal. 10. *Domesticis copiis rei frumentariae uti.* BERNEC.

3. EODEM CONGESTIS ETIAM SERVITIIS ET SEMET IPSOS PRAECIPITANT. Elegantius et rotundius Iuntae: *Eodem congestis etiam servitiis semet ipsi praecipitant.* Sic malunt veteres loqui, quam quod vulgo nunc placet, *semet ipsos.* Bene quoque Iuntae XVI. 4. *Proinde consulant sibi ipsi.* ubi vulgati libri, *sibi ipsis.* GRAEV.

EODEM CONGESTIS ETIAM SERVITIIS. Hoc non intelligo. Quid enim hic *congerere servitia?* num servos et mancipia eo modo, ut

aliam supellectilem, gestare, ac in ignem conlicere potuerunt. At quomodo fieri hoc potuit? In quibusdam impressis pro *servitiis* legitur *opibus*. Num scribendum: *Eodem congestis etiam opibus, servitia et semet ipsos praecipitant?* Nam *copiae*, de quibus praecedit, annonam significant. SCHEFF. — In dictionem *congerere servitia* litem movere non debuit Schefferus, quasi hoc non aeque ac congerere *supellectilem*, *copias*, dici posset. Plin. Panegyr. cap. 34. *Agnoscebamus et fruebamur, quum . . ad lenta supplicia gravioresque poenas ducerentur.* Congesti *sunt in navigia raptim conquisita, ac tempestatibus dediti.* Adde quae ex Seneca et Statio notavit Erud. Wesselingius Probabil. cap. 7. Quod si ideo, quia in quibusdam impressis, ut et Dorv. 2. et 3. *opibus* legitur pro *servitiis*, hic quidpiam tentandum foret; non displiceret mihi, superius *cum omnibus opibus* pro *cum omnibus copiis* rescribi. Sed *copiae* etiam opes, facultates denotant, ut notavit Heumannus ad Cicer. post Red. in Senatu cap. 8. WOPKENS.

EODEM CONGESTIS ETIAM SERVITIIS ET SEMET IPSOS PRAECIPITANT. Particula *et* desideratur in Med. sec. quint. Leid. ed. Rom. Bechar. Ven. Med. Ald. Iunt. *opibus* pro *servitiis* dant Ienson. Ven. Flor. Med. Paris. Dein decem MSS. ed. Rom. Bechar. Ven. Med. *ipsi.* Vide notam Graevii ad h. l. et Parentis ad Tacitum lib. IV. Hist. cap. 11. ac Rivii ad Ciceronem lib. VII. ad Famil. Epist. 3. Ita infra XIV. 4. 16. ex MS. Med. *triumphum de se ipse ad victoris sui castra ducit.* Imp. Iustinianus lib. I. Instit. tit. 2. §. 1. *quod quisque populus ipse sibi ius constituit.* Ita MSS. ed. Pictav. Vulg. *ipsi sibi.* ABR. GRONOV.

SPECTACULO FRUERETUR. Plerique MSS. mei, ut etiam in uno extare profitetur Bongarsius, *spectaculum frueretur*, ut IX. 7. 12. de Olympiade dixit, si MSS. credimus, *ultionem potita.* vide notas Bongarsii ad I. 2. 10. MODIUS. — Modius plerosque MSS. suos dicit habere, *spectaculum frueretur:* ut etiam in uno profitetur extare Bongarsius: et congruit praecedenti *nihil.* BERNEC. — Quia codices quidam MSS. ut Bongarsius et Modius testantur, habent *spectaculum;* et alia quarti casus vox antecedit: puto *spectaculum* et legendum esse. Neque vero ista verbi *frui* cum casu quarto constructio sine exemplo est. Plautus Asin. *Fruitur hanc alternas noctes.* et verbum similis constructionis *vesci* ipse Noster XLIV. 4. 11. cum casu quarto construit. Sed et propter τὸ *praeter*, nisi pro adverbio habendum hoc sit, sic ut dixi legi possit. VORST. — Ed. Rom. *spectacula.* Ald. Iunt. *praeterquam;* male. Cap. praec. init. *omnium civitatium exsules, praeter caedis damnati, restituebantur.* Confer Arum ad Gellium lib. I. cap. 23. ABR. GRONOV.

4. AUCTORITATEM REGIAM. Vide supra notam ad I. 10. 14. BERNEC.

7. UXORES QUAERIT. Iunt. *petit.* ABR. GRONOV.

10. ALIENATIS REBUS. Id est, mutato priori rerum statu, inquiunt. Verum ego vellem exemplum similis locutionis videre apud

alium aliquem probatum scriptorem. Suspicor scripsisse potius Iustinum, *alienatis reliquis*, scriptioni vulgatae autem praebuisse occasionem compendium, quo vocabulum *reliquis* fuit notatum. SCHEFF. — *Alienatis rebus* est remotis omnibus aliis curis et negotiis, pro quo Terentius dixit *relictis rebus*, Andr. *Herus operam rebus relictis dari iussit.* Sic Iustinus XVIII. 3. *Cum velut occisos alienasset.* h. e. removisset e medio. GRAEV. — *Alienatis rebus* in Indice explicatur, recedente fortuna et mutato priore statu. et sane tale quid hic significare voluisse plus quam verisimile est. Multae nempe provinciae insulaeque, ob auxilia negata vel praestita, dilaceratae erant, ut scribit etiam Orosius III. 12. Sed quoniam sensum istiusmodi ex verbis *alienatis rebus* elici posse non puto, levi brachio equidem reposuerim, *Perdicca inclinatis rebus* etc. Sic lib. IV. 4. *Belli iam* inclinato *statu.* Sulp. Severus H. S. I. 46. Inclinatisque rebus *suis*, *auro templi pacem redemit.* Livius III. 16. *At id prope unum*, *maxime* inclinatis rebus, *incubuit.* sc. malum. Petronius cap. 38. *ubi semel* inclinata *res est.* Frontinus Strat. II. 7. 1. *Remque* inclinatam *consilio restituit.* ad quae duo loca vide commentatores. Aliter visum fuit Graevio cum Gronovio ad Livium XXVIII. 7. qui *alienatis rebus* durius interpretantur, omnibus aliis curis negotiisque remotis, omissis. Schefferus autem coniicit *alienatis reliquis.* WOPKENS. — Sec. Leid. *alienatus.* Coll. N. *alienatis regibus.* Vulgatum tuentur Avus ad Livium lib. XXVII. cap. 7. et Wasseus ad Sallustium Catil. cap. 36. ABR. GRONOV.

11. UBI OLYMPIAS ESSET. MSS. et meliores editiones, *ubi et Ol. esset.* ABR. GRONOV.

14. PAPHLAGONIA, ET CARIA, ET LYCIA, ET PHRYGIA. Ex his nominibus duo in accusandi casu legenda sunt, reliqua tria nominandi casu, expuncta coniunctione *et* ante *Caria.* ut totus contextus ita legatur: *Eumeni praeter provincias*, *quas acceperat*, *Paphlagoniam ac Cappadociam*, *Caria*, *Lycia*, *et Phrygia adiiciuntur.* Nam superius ipse Iustinus dixit, *Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur.* Pro *Phrygia* tamen *Pamphylia* malim. GLAREAN. — Magius ad Cornelium Nepotem Eum. cap. 2. pro *Paphlagonia* malebat *Lycaonia.* At Bosius vocem *Paphlagonia* ex glossa ortam fuisse, vel pro ea *Pamphylia* reponendum suspicabatur. ABR. GRONOV.

15. CRATERUM. Magl. quatuor Leid. *Crateron:* ut supra h. I. cap. 2. 14. et Curtius IV. 3. 2. ex MS. Ita *Coenon* idem V. 4. 20. VIII. 1. 1. et 14. 15. ABR. GRONOV.

FRATER PERDICCAE ALCETAS. Suidas: Ἀλκέτας ὑποστρατηγὸς Ἀλεξάνδρου. ABR. GRONOV.

17. DISCURRENTIBUS DUCIBUS. Etiam hoc suspectum mihi est, mallemque *distrahentibus.* Ita Tacit. IV. Ann. 40. *Si matrimonium Liviae*, *velut in partes, domum Caesarum distraxisset.* et lib. I. Ann. 4. *Qui rempublicam interim premant*, *quandoque distrahant.* SCHEFF. — Schefferus mallet, *in duas partes distrahentibus ducibus.* Atque ita fere lib. III. 2. *Interea Graecia omnis*, ducibus

Lacedaemoniis et Atheniensibus, in duas divisa partes, ab externis bellis velut in viscera sua arma convertit. Sed renitentibus libris, ut et Orosio III. 23. vulgatam lectionem sollicitandam non puto, in qua *discurrere*, sensu satis hic apto, sumitur pro se a se invicem separare. ut Livius XXX. 33. *Ut ad impetum elephantum . . in dextram laevamque discursu applicantes se antesignanis, viam . . belluis darent.* Frontinus Strat. II. 3. 10. *Confestim in latera discurrerent, et a cornibus rursus erumperent.* WOPKENS.

18. SOLERTI INDUSTRIA. *Solertem industriam* dixit ut *diligentem industriam* Phaedrus libri II. prologo; vide quae ad lib. XXXVIII. 6. WOPKENS.

19. AEGYPTIOS INSIGNI. *Τοῖς μὲν ἐγχωρίοις φιλανθρώπως προσεφέρετο* etc. *συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιείκειαν.* Diodor. XVIII. 14. apud quem lege, qua ratione Cyrenem acquisierit Ptolemaeus. BONGARS.

20. NON TAM TIMERET etc. Livius II. 12. 8. *Metuendus magis quam metuens.* BERNEC.

CAP. VII.

1. CYRENE AUTEM CONDITA. Vide Herodotum IV. 150. Pausaniam Laconicis et Phocicis, Strabonem lib. I. et XVII. et Excerpta ex Heraclide *περὶ πολιτειῶν*, et Ammianum XXII. 40. et Callimachi Hymnos, et Eusebium, et Solinum cap. 30. Sallustium Iugurth. 19. 4. et Pindarum Od. IV. Pyth. BONGARS. — Adde Stephanum de Urbib. Eustathium in Dionysium pag. 82. b. et maxime Diodorum Siculum IV. 83. BERNEC.

ARISTAEO. Hic a Callimacho Hymno in Apollinem *Aristoteles* dicitur, et ab Heraclide, et in MSS. Eusebii libris. BONGARS. — Etiam a Scholiaste Apollonii ad IV. 1750. BERNEC. — Legendum *Aristotele*, monentibus Bongarsio, Bocharto, Graevio et aliis. SCHEFF.

BATTOS. MSS. *Bactos*, ut supra XIII. 6. 1. *Ariaractes*, et XV. 4. 13. *Sandrococtus*, duplex *t* in *ct* frequens in vernacula Italorum lingua mutatio. BONGARS. — Non est tamen credibile, Italismum in hoc quidem nomine committi. Nam et Graecis auctoribus Cyrenarum iste conditor *Βάττος* dicitur. Ovidius in Ibin, *Blaesum* interpretatur, disticho 270.

Conditor ut tarde Blaesus cognomine Cyrrhae.

Sic enim Paulus Leopardus Emend. III. 11. versum correxit, pro quo vulgares editiones

Cognitor ut tarde laesus cognomine Myrrhae.

BERNEC. — Non video cur Graecam terminationem retineat, cum paullo post recte *Battus* scribatur. Vera est lectio Iuntinae, in qua habetur: *cui nomen Batto fuit.* Vide quae notavi inferius ad XXIX. 1. GRAEV.

CUI NOMEN BATTO . . . FUIT. Sic edi placuit viris doctis ex sola Iuntina ed., dum reliqui libri exhibent *Battos*, ut solet aliquando

apud Livium aliosque terminatio Graeca servari. Et quamvis deinceps *Battus* scribat Iustinus, hic tamen ubi de nominis huius impositione ac significatione meminit, aliter scribere potuit. Ita facile quoque adnuerim isti duorum Dorv. aliorumque lectioni lib. XXXIX. 1. *Alter cui propter nasi magnitudinem cognomen* Grypos *fuit*. Neque esse, cur dativum in his nominativo anteferamus, liquet ex his quae ad lib. XXIX. 1. adnotamus. Wopkens. — Meliores MSS. *Bactos*, *Baetos*, *Bacthos*. ed. Rom. Bechar. Flor. Bongars. *Battos*. Adde notam ad XXXIX. 1. 9. De Cyrene canit Dionysius Perieg. vs. 214.

Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν.

Eustathius: *Ἀποικία δέ ἐστιν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηβαίων* (leg. *Θηραίων*) *τῶν ἐκ Λακεδαίμονος ἀνέκαθεν μετοικησάντων. ὁ Θήρας γὰρ ἐκεῖνος ὁ στείλας* (leg. *ἡ Θήρα γὰρ ἐκείνη ἡ στείλασα*) *εἰς αὐτὴν ἀποικίαν, Λάκων* (leg. *Λακωνικὴ*) *ἄνωθεν ἦν, ὡς καὶ Πίνδαρος.* Respicit Eustathius ad Pythia Od. V. vs. 99.

Τὸ δ' ἐ-
μὸν, γαρύεν τ' ἀπὸ Σπάρ-
τας ἐπήρατον κλέος·
Ὅθεν γεγενναμένοι
Ἵκοντο Θήρανδε φῶ-
τες Αἰγεΐδαι.

Strabo lib. X. pag. 484. *Θήρα ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων.* et lib. XVII. pag. 837. *Ἔστι δὲ* (*ἡ Κυρήνη*) *Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου.* Abr. Gronov.

2. Cirnus. Herodoto IV. 150. transpositis litteris *Γρῖνος*. Facit autem non regis, sed *Polymnesti* filium Battum IV. 155. Bongars. — Ut et Pindarus Od. IV. Pyth. Bernec. — Legendum puto *Crinus*, propterea quod Herodotus lib. IV. *Γρῖνον* appellat. Vorst.

Theramenis. Nomen huius insulae ceteris omnibus est *Thera*, Spartanorum colonia. quo omnium auctorum consensu moveor, ut pro *Theramenis* legam *Therae*. unde negligentes librarii primum fecerunt *Therae*, inde *Therame*, tandem *Theramenis*. Bongars. — Et Ortelius Thes. Geogr. in *Thera*. Meminit auctor iterum XXX. 4. 1. Bernec. — Vidit Bongarsius et Ortelius legendum, *Therae insulae*. Quod ipsum extat in editione Iuntarum, ut nullus in posterum scrupulus sit ulli relictus. Pro *Cirnus* vero legendum esse *Grinus*, qui tamen non eius pater, sed cognatus fuit, et pro *Aristaeo*, *Aristotele*, ostenderunt viri doctissimi Bongarsius in notis ad hunc locum, Bochartus in Geographia Sacra, et Ionsius de Scriptoribus Historiae Philosophicae. Graev. — *Therae insulae*, lectio ab omnibus probata et recepta. Mox *Cirnus* pro *Grinus* positum. Dein *Speo* pro *Hypseo* Vossius, et ita edd. quaedam veteres. Sed vide omnino Scholiasten Callimachi. Faber. — Pro *Therae* editur vulgo *Theramenis*. Verum quia *Theramenis*, ut nomen insulae (nam ut viri nomen satis notum est) per se ineptum est; *Therae*

vero, ut Bongarsius fatetur, veteres quidam typis expressi, interque hos teste Graevio Iuntinus habet, et ceteri item omnes *Theram* eam insulam vocant: cum Bongarsio atque Gronovio ita et legendum censeo. VORST. — *Therae* edidit Vorstius, volentibus Ortelio, Bongarsio, Graevio, et aliis. SCHEFF.

THERAE INSULAE. Ita etiam Ald. ABR. GRONOV.

CYRENEN. Glossa est. nomen enim urbis non ab oraculo, sed a monte Cyra, aut fabula illa originem habuit. Haec Sebisius. BERNEC. — Istud *Cyrenen* glossa est, ut acute vidit Sebisius; non enim ab oraculo nomen urbi impositum est; sed a monte Cyra, aut a fabula Cyrenes puellae. Iussus itaque est Battus urbem condere in Africa, hoc tantum; de nomine nihil respondet oraculum. FABER.

3. PROPTER SIMILITUDINEM THERAMENIS INSULAE. Nihil dicam de varia huius sive fabulae, sive historiae traditione, ut videre est apud Herodotum lib. IV. et Strabonem lib. ult. Certe hunc locum corruptum puto, nec, quo pacto emendetur, facile dixerim. Boccatius Florentinus lib. V. Geneal. Deorum cap. 13. legit, *propter solitudinem Coramis insulae*, non minus in obscuro manente sensu. *Theramenis insulae* rursus apud hunc auctorem mentio est libro XXX. ubi de terrae motu in mari facto. At eo in loco ex Strabone et Plinio *Thera* legendum, non *Theramene*. Nos lectorem duntaxat admonitum volumus, si vel apud Graecos vel Latinos aliquid invenerit, quod hunc locum iuvare queat, diligenter consideret. GLAREAN.

3. EX QUA COLONI . . . VASTAE REGIONIS. Coll. N. *a qua*, et cum ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *longinquae regionis*. ABR. GRONOV.

4. VELUT CONTUMACES. Similia Livius II. 36. BERNEC.

QUORUM TAM INSIGNIS PAUCITAS FUIT. Saxo lib. XVI. pag. 376. 27. *quarum* (navium) *insignis paucitas* etc. ABR. GRONOV.

5. CYRAN. Non ignoro nonnullos casus accusandi huius inflexionis sic formari, ut ostendi ad Suetonium. Sed hic sequor iure Iustinam, quae *Cyram* scribit, ut et statim, *fontium ubertatem*. GRAEV.

FONTIUM UBERTATEM. Angl. similiter. Observat tamen Notator in MS. uno legi, *uberem copiam*. An scribendum, *fontium uberem copiam?* SCHEFF. — Plerique MSS. ed. Ienson. Rom. Bechar. Ven. Florent. Med. Paris. Ald. Bongars. Oxon. *fontis*. Vide Leopardum lib. III. Emend. cap. 11. Coll. N. *et fontis uberem copiam*. Illustris Marshamus in Can. Chronol. pag. 553. legit, *montem Azirin*. ABR. GRONOV.

7. AB APOLLINE RAPTAM. Vide Callimachum, et eius Scholiasten. BONGARS.

QUATUOR PUEROS PEPERISSE, NOMIUM, ARISTAEUM, AUTHOCUM, ARGAEUM. Aliter Pindarus Od. IX. Pyth. et Diodorus IV. 83. qui Cyrenes filium unum referunt *Aristaeum: Nomium* vero et *Agrium* (ita enim legendum, non *Argaeum*, ut hic) Aristaei cognomina faciunt, ideo sic dicti, quod venationi et pascendo pecori esset addi-

etus. Nam *ἀγρεὺς* est *venator*, et *νόμιος* a *νέμειν*, *pascere*, dicitur. BERNEC. — MSS. *Euthocum*, *Eutocum*, *Authonum* vel *Auctonum*. Ald. Iunt. *Autuchum:* quam scripturam firmat Scholiastes Apollonii Rhodii lib. II. vs. 500. qui Aristaei fratrem *Αὐτοῦχον* nominatum fuisse refert: atque ita hoc nomen etiam scribendum esse monuit Cl. Staverenus tom. X. Observ. Miscell. pag. 388. ABR. GRONOV. — Recte observavit Erud. Berneccerus, *Agreum* pro *Argaeum* debere legi, et *Nomium* et *Agreum* non duorum hominum nomina esse, sed unius *Aristaei* cognomina. Sed quod insuper notabat, a Pindaro ac Diodoro solum Aristaeum filium Cyrenes fuisse tradi, etiam *Autochum* (sic enim pro *Athocum* scribendum) Cyrenes filium agnovit Scholiastes Apoll. Rhodii, ut doct. Staverenus animadvertit, Miscell. Observ. Volum. X. pag. 388. WOPKENS. — Thuan. Coll. N. *Agraeum*. Periz. *Egreum*. quart. quint. Leid. Ald. Iunt. *Agreum*. Auctor Etymologici M. *Ἀγρεὺς ὁ ἥρως εἴρεται παρὰ τὸ ἐν ἀγρῷ γεγενῆσθαι· ἀπὸ γὰρ Κυρήνης καὶ Ἀπόλλωνος ἦν.* Nonnus lib. XVI. Dionys. pag. 444. ed. Hanov.

Καὶ κύνας ἀγρευτῆρας Ἀρισταίοιο καλέσσω,
Καὶ λίνα σὺν σταλίκεσσι καὶ ἄρμενα δῶρα κομίσσω,
Ἐνδρομίδας Νομίοιο καὶ Ἀγρέος. ABR. GRONOV.

ARISTAEUM. Cuius Sallustium mentionem fecisse, indicat Servius in Virgil. I. Georg. Quare apud Probum Catholicis Sallustii fragmentum ita leg. arbitror: *Apollinis F.* (id est filius, vulgo *filia*) *et Cyrenes;* ut Aristaeum intelligat. BONGARS.

8. A PATRE SPEO. E Diodoro Siculo lib. IV. et Apollonii Schol. patebit, legendum esse *Hypseo*, non *Speo*. Apum quoque, et mellis usum invenisse, testatur idem Scholiastes. Videsis etiam Heraclidem Ponticum in Ceorum Republica. VOSS. — Iuntae: *Hypseo*. Et sic legendum esse ex Diodoro Siculo et Apollonii Scholiaste pridem observavit Isaacus Vossius. GRAEV. — Mirum quod Bongarsius maluit *Speo*, cum sciret antiquiores typis expressos Iuntarum, Becharii, aliosque habere *Hypseo*, ut a Diodoro Sic. et Scholiaste Apollonii is vocatur. Si maxime in codd. MSS. repererit *Speo*, non video tamen cur istos codices hic debuerit sequi. Siquidem veteres illi typis expressi qui aliter habent, codices MSS. utique referunt. Notum quoque, quam codd. MSS. in manifestis mendis non raro congruant. Quae etiam causa fuit, quod non paucis locis ipse Bongarsius, non codicum MSS. sed typis expressorum auctoritatem secutus est. VORST. — *Hypseo* etiam ed. Bechar. Med. Ald. ABR. GRONOV.

9. RECEPISSE. Ita MSS. referente in Var. Lect. et probante Bongarsio. Sed editi, *cepisse*. BERNEC.

10. ARISTAEUM IN ARCADIA. Virgilius Georg. IV. 283.

Arcadici memoranda inventa magistri.

Hic ob tot merita generi humano praestita, in numerum Deorum receptus est: quem proinde Virgilius, inter ceteros invocat Georg. I. 14. Ceterum auctorem colligendi mellis alium, Gargorum Curetum

regem, ipse Iustinus XLIV. 4. 2. refert. De inventis Aristaei Pausanias X. 4. 59. m. adde Plin. XIV. 4. 10. BERNEC.

LACTIS AD COAGULA. Val. Acidalius ad Velleium II. 130. 8. rescribit, *lactis adeo coagula.* quod verius, dubitare nemo potest, qui et sensum et litteras intentius aspicit. BERNEC. — MS. *ac coaguli,* male; eum enim docuisse lactis usum non dicit Iustinus, quippe esset falsum et contra omnem antiquitatem: sed ostendisse hominibus, qua arte coagulum ex lacte confici conformarique posset. Addere et hoc visum est ad superiora. Non docuit usum lactis, non docuit usum mellis; nam Iupiter pater ille hominumque Deumque melle nutritus est ac lacte; sic enim Theologi, id est Poëtae Graecorum, canunt; ergo aliud docuit Aristaeus, scilicet coagulum fieri ex mixtura, seu, ut Graeci vocant, cramate mellis et lactis. Hunc locum a nemine hactenus intellectum arbitror. FABER. — Emendant, *et lactis adeo coagula.* Sed particulae *adeo* hic locus vix conveniens videtur, sive per *etiam*, sive alio modo explices. In MSS. est *ac coaguli*, in editis quibusdam *et coaguli*, quare arbitror, Iustinum scripsisse, *ut lactis et coaguli.* Subaudiendum autem, *usum tradidisse.* SCHEFF. — Olei quoque usum reperisse Aristaeum auctor est Aristoteles apud Scholiasten Theocriti ad Idyllium V. 53. ubi narrat nymphas nutriisse Aristaeum et docuisse olei et mellis colligendi usum, Aristotele teste. Ceterum pro *lactis ad coagula* scribitur in Iuntina *lactis coagulandi*, quod longius recedit a vestigiis ceterorum librorum, quos sequuntur merito editores. *Lactis usus ad coagula*, est ratio lactis coagulandi, et ex coagulo caseos premendi. Nam butyrum veteribus Graecis et Romanis fuit ignotum, ut constat ex scriptoribus rei rusticae, qui illius conficiendi nullam faciunt mentionem, et vetustissimis Graecorum scriptoribus, qui Scythas lac hac ratione coagulare tradunt, et quod eius nomen ignorabant, *butyrum* vocant *ἔλαιον γάλακτος, oleum lactis*, de quo alibi plura. GRAEV. — Med. Magl. sec. quint. Leid. Periz. ed. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *apum.* Med. sec. quint. Leid. *et lactis ac coaguli.* ed. Ienson. Ven. Flor. Med. Paris. *et l. et coaguli.* Bechar. *et lactis coaguli.* Ald. Iunt. *et lactis coagulandi.* Magl. *et lactis ad coagulandum.* ABR. GRONOV.

SOLSTITIALESQUE ORTUS SIDERIS etc. Atqui nusquam mihi lectum est, solstitia invenisse Aristaeum. Quod si esset, ne sic quidem ita recte exprimeretur. Solstitia enim invenisse ac primum observasse diceretur. Aristaeum reperio primum observasse ortus sirii sive caniculae, et Ceos docuisse ad eius ortum attendentes, ei sacrificare. De hoc inter omnes convenit. Ut idem narretur a Iustino, puto in eo corrigendum: *et solstitialis ortus sideris.* Per *solstitiale sidus* putem intelligi *sirium*, quia non longe post solstitium oritur: et *solstitium* veteres non pro puncto ipso quo committitur, interdum acceperunt: sed et totum mensem ei tempori dederunt. Poterat etiam legi: *Solstitiales ortus sirii.* SALMAS.

SIDERIS. Hoc est, Solis, *ἐξαιρέτως.* quo significatu Plinius

Panegyr. cap. 29. *Quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit.* et cap. 80. *velocissimi sideris more, omnia invisere* etc. Adde Lips. lib. II. Physiol. Stoic. Dissert. 12. BERNEC. — Salmasius olim Grotio dixit existimare se scriptum a Iustino fuisse, *Solstitialisque ortus sideris*, et per *sidus Solstitiale* intelligi *Sirium*, qui non longe post solstitium oritur; itaque et posse legi etiam *Sirii* pro *sideris*. FABER. — *Solstitialisque*, quod Salmasio praeplacuit, cum ed. vetere etiam Dorv. 1. et 3. et Franeq. MS. habent. *Sideris* autem non opus esse in *sirii* mutari, post Berneccerum etiam iudicavit Burmannus ad Valer. Flacci III. 401. quem ibi adeas. WORKENS. — Eruditissimo Salmasio legenti *solstitialisque* suffragantur MSS. ed. Bongars. aliaeque. ABR. GRONOV.

11. QUIBUS AUDITIS, BATTUS, VIRGINIS NOMINE EX RESPONSIS AGNITO, URBEM CYRENEN CONDIDIT. Hunc vero locum esse corruptum nemo usque adhuc suspicatus fuit, et sic est tamen. Primum illud falsum, Battum puellae nomen ex responsis cognovisse; idque satis ostendunt haec verba, *quibus auditis.* Ergo haec vetus fama in ore Afrorum erat. Dein apertissime dixit Iustinus superius, *Cum venissent in Africam* etc. *opinionem veteris fabulae accipiunt;* (quaenam illa fabula erat?) *Cyrenen eximiae pulcritudinis virginem* etc. Itaque error hoc in loco sit necesse est, at non ille quidem Iustini, sed eorum qui, cum sensum scriptoris minus intelligerent, et mancam ac mutilam esse sententiam existimarent, hanc vocem (*agnito*) necessariam esse putarunt, illamque bellissime addiderunt; quae tamen hinc prorsus deturbanda est, et locus sic legendus, sic explicandus: *Battus virginis nomine ex responsis urbem Cyrenen condidit.* Condidit urbem ex responsis, id est, ut oraculum iusserat, urbem exstruxit, (neque hoc melius et magis Latine possis dicere, *ex responsis*, ut *ex senatus consulto*, *ex sententia senum*, et alia id genus apud bonos scriptores.) Urbem autem illam condidit, sed quo, aut cuius nomine? Virginis nomine. Illud itaque *agnito* funditus delendum est. FABER. — Faber delet vocem *agnito*. Suspicor in illo esse mendum, et pro eo scribendum aliud quid, quod nunc non occurrit. SCHEFF.

BATTUS. Cuius posteri per ducentos annos ibi regnum tenuerunt, quod semper a patre descendit ad filium, sic tamen ut Batti et Arcesilai alternis dicerentur. Vide Valesium ad Excerpta Peiresciana Diodori Siculi pag. 40. GRONOV.

CAP. VIII.

2. ODIUM ARROGANTIAE. Cicero Divinat. in Caecil. cap. 13. *Omnis arrogantia odiosa est*, in tantum quidem, ut ea unica *contubernalis* sit *solitudinis*, (ἡ αὐθάδεια ἐρημίας ξύνοικος) ut cum Platone censet Imp. Manuel Praecepto educat. reg. 52. Pulchre Latinus Pacatus Panegyr. cap. 20. m. Apud Thucydidem I. 22. 13. nostro simillimum est exemplum Pausaniae, cuius arrogantia socii

Spartanorum offensi, plerique ad Athenienses transierunt. De Prisco item Euagrius lib. VI. Eccles. Hist. cap. 4. BERNEC. — In MSS. legitur, *odium et arrogantia*, unde adducor, ut lectionem veram apud Iustinum putem esse, *odium ex arrogantia.* SCHEFF. — Schefferus legebat *odium ex arrogantia*, quia in nonnullis codicibus, uti et Dorv. 2. erat *odium et arrogantia.* Sed genitivus istiusmodi Iustino fuit peramatus, ut ostendimus ad lib. XXXVII. 2. 3. In Franeq. alioque erat *nocebat*, ut quidem requirit analogia grammatica; sed obviae sunt istiusmodi Syllepses. Ita lib. XIX. 4. *Tanto pulchrior haec* (victoria) *Antigono, quam Alexandro tot victoriae* fuerunt. lib. XVIII. 7. *Nullus aptior locus, quam sordes patris* fuerunt. Livius XXVIII. 37. *Nec quisquam alterius gentis unus tantum ea arte, quantum inter alios, omnes Baleares* excellunt. Cicero secunda Catilinaria cap. 3. *non tam exercitum illum esse nobis, quam hos* . . pertimescendos. Boëtius Consol. III. 10. *Cum igitur omnia boni gratia petantur, non illa potius, quam bonum ipsum* desideratur. Augustinus de C. Dei XIV. 15. *Neque enim sic ille nostro, ut nos servitio corporis* indigemus. Sallust. Catil. cap. 18. *Sed ei cariora semper omnia, quam decus atque pudicitia* fuit. et Iugurtha cap. 50. *Sin opportunior fugae collis, quam campi* fuerunt. Utrobique alia suppeditabunt interpretes, quibus adde quae nos ad Min. Felic. cap. 34. et infra ad lib. XXVII. 2. WOPKENS.

GREGATIM PROFUGIEBANT. Lege, *certatim*, non *gregatim.* Sic XI. 6. 14. *Certatim ad Seleucum deficiunt.* XXII. 8. *Certatim ei se tradunt.* Sic optimi quique loquuntur. FABER. — Faber legi iubet *certatim profugiebant.* Sed iniussu codicum vix obediverim, quia sic *gregatim* pro turmatim, catervatim rursum dixit Iustinus in Praefatione: *Et quae historici Graecorum . . inter sese gregatim occupaverunt* etc. WOPKENS.

3. PRODERE PARTIUM EXERCITUM VOLUIT. Nob. Peyraredus legebat, *partem exercitus*, idque a sequentibus confirmari aiebat. Iudicet lector. VOSS.

5. VICTUS NEOPTOLEMUS. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *victusque N.* ABR. GRONOV.

POLYPERCHONTA. Imo *Crateron.* Vide mox notam ad num. 7. BERNEC.

MANSIONIBUS. G. Maior in edit. Colon. *transitionibus* mallet. non bene. *Mansiones* Plinio XII. 14. Suetonio Tit. 10. 3. Lampridio in Alex. Sev. cap. 48. etc. sunt habitationes, ad quas viatores interventu noctis se recipiunt. Σταθμοὺς τῆς ὁδοιποϱίας appellat Herodianus in fine libri II. *Ausspann*, *Nachtlager.* Hinc *mansionarius* apud Hincmarum, qui Graecobarbare δηϱιγευομονός, quasi τὰς μονάς, hoc est, *mansiones dirigens*, nobis *ein Forirer*, metator. Sunt qui has aetate posteriori *mutationes* (ἀλλαγάς) dictas putent. Sed differunt, quod isthic quiescitur et pernoctatur, hic equi aut iumenta mutantur, ut ostendit V. C. Casp. Barthius Advers. XLV. 5. pr. Eadem est haec phrasis auctoris eum istis: Liv. XXVIII.

19. 5. *Quintis castris ad Illiturgim pervenit.* Curt. IV. 9. 24. *Undecimis castris pervenit ad Euphratem.* Lucan. V. 374. *Decimis castris.* BERNEC. — De his etiam consuli dignus est Cuperus ad Lactant. M. Persec. cap. 45. Mox *Ut . . laeto ex victoria et securo fuga sua Eumeni superveniant. Fuga sua*, i. e. fuga (vel ob fugam) Neoptolemi cum suis. Dorv. 1. *securo ex fuga sua.* Eleganter autem alii (ut observat Burmannus ad Valer. Flacc. VIII. 14.) *securo fugae suae*, i. e. nihil de illa doli malive metuenti. Frontinus Strat. III. 2. 2. Securis *Carthaginiensibus usque in id tempus innoxiae* consuetudinis etc. Dict. Cret. III. 15. *Atque hostem* securum sui *praevertit.* Adde quae Heinsius ad Ovid. Metam. VII. 435. WOPKENS.

SECURA FUGA SUA EUMENI. Med. sec. quint. Leid. *fugae suae.* Persius Sat. VI. vs. 12. *Heic ego securus vulgi.* Tacitus lib. III. Annal. cap. 28. *potentiae securus.* Macrobius lib. I. Sat. cap. 7. *mendacii procax, ac securus offensarum.* Ammianus lib. XXXII. cap. 8. pag. 345. *securus belluarum.* et XXIX. 1. *securus hostium.* Confer Avum ad Senecam Hippol. vs. 974. et Cl. Burmannum ad Valer. Flacc. VIII. 14. ABR. GRONOV.

6. SED RES EUMENEN NON LATUIT. Nescio, an praeferri debeat, quod in MS. reperitur, *Eumeni.* Vide Voss. de Constr. cap. 35. SCHEFF. — Sane si ceteri libri consentirent, aut hic ceteris esset vetustior, *Eumeni* praeferendum esset *Eumenem.* Sicut enim Latine dicitur *haec res patet mihi*, sic et *haec res latet mihi;* et sic Tullius et optimi quique sunt locuti. Cum vero legitur *haec res latet me*, est Graecismus, τοῦτο λανθάνει με. GRAEV. — Ita Cicero lib. II. de Orat. cap. 79. *Populum Romanum non latuit.* Lactantius de Opif. Dei cap. 12. init. *Quae quamquam in operto latent, sensum tamen et intelligentiam latere non possunt.* Marcianus Capella lib. VI. pag. 197. *nobisque septemtrio conspicabilis illos lateat sine fine.* Magl. Coll. N. et C. C. *Eumeni:* ut Cicero Orat. I. in Catil. cap. 6. *Nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.* Lucanus lib. I. vs. 119.

at mihi semper
Tu, quaecumque moves tam crebros causa meatus,
Ut superi voluere, late.

Seneca Oedipo vs. 295.

Visu carenti magna pars veri latet. ABR. GRONOV.

SECURIS IN ITINERE, ET PERVIGILIO NOCTIS FATIGATIS OCCURSUM EST. Hic quoque maculam eluendam habeo. Lege, *securis iis et itinere et pervigilio noctis fatigatis occursum est.* FABER. — Ratio orationis postulat quid tale. Mallem, *iis securis in itinere.* SCHEFF. — Praepositio *in* non agnoscitur Dorv. 1. et 3. ante *itinere.* Sed elegantius hic adest, ut et *in itinere obvium haberi* dixit Noster lib. XXXVIII. 10. Nec Fabro hic accesserim legenti *securis iis et itinere et* etc. quemadmodum et Schefferus *iis* excidisse ante *securis* putabat: quum tamen passim sic omitti consueverit illud pronomen, ut ad Cicer. N. Deor. II. 48. et alibi monui.

nus. lib. XI. 7. *Ille plaustrum, quo* vehenti (ipsi) *regnum delatum fuerit, in templo* etc. lib. XIII. 1. *Ut vero mortis eius fides adfuit, omnes . . non ut* hostem, *sed ut parentem luxerunt.* lib. XVIII. 5. *Dona ut* consanguineis *attulerunt, hortatique sunt,* ut etc. et ibid. cap. 2. *Ad coenam* invitatis *aureae coronae missae sunt.* Ita et hic *securum* pro illum securum. WOPKENS. — Praepositio *in* abest Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Dein Bodl. *pervigiliam.* ed. Ald. *pervigili.* Periz. cum quinque prioribus edd. *pervigilia.* Infra XXIV. 8. 14. *maximum pervigiliae malum.* ubi Coll. N. ed. Rom. Ald. Iunt. *pervigilii* dant. ABR. GRONOV.

ET PERVIGILIO NOCTIS. Est ex impressis, qui habent *et pervigilia.* Unde cogitandum, num legendum fuerit, *et per vigilia.* Nam veteres *vigilium.* Unde *pervigilium,* quod occurrit saepe. SCHEFF.

7. IN EO PRAELIO POLYPERCHON OCCIDITUR. Hoc loco Polyperchon occiditur; sequente vero libro Macedoniam redire scribitur. Nisi igitur sit hysteron proteron, quo pacto locus excusari queat, nescio. Ad finem autem huius libri Eumenes hostis declaratur cum tribus hisce, Phytone, Illyrio et Alceta fratre Perdiccae, idem postquam Perdicca ab exercitu caesus est; Argyraspides enim occiderant eum, ut Eumenes sequente libro ipsis exprobrat. Distinguendum igitur est post *exercitum,* et totus locus ita legendus est: *Ad postremum tamen, Perdicca occiso ab exercitu, hostis cum Phytone, Illyrio, ac Alceta fratre Perdiccae appellatur* (sc. Eumenes) *bellumque adversus eos Antigono decernitur.* GLAREAN.

POLYPERCHON. *Crateros* legendum esse, praeterquam ex Diodoro XVIII. 30. Plutarcho in Eumene cap. 9. et Probo in Eumene, etiam ex lib. XIV. 5. 1. constat: *ut Polyperchonta a Graecia redire in Macedoniam cognovit.* non igitur hoc praelio ceciderat, quamvis eandem illam lectionem sequutus sit Orosius III. 23. BONGARS. — *Craterum* etiam huius libri Prologus habet: quo minus est de hac emendatione dubitandum. BERNEC. — Ipsum Trogum non de *Polyperchonte,* sed de *Cratero* tunc occiso scripsisse, ex vetere Prologo huius libri scire licet. Habet enim sic: *Bellum quo Eumenes Neoptolemum et Craterum occidit.* Vix tamen adducor ut credam in ipso Iustino mendum esse, et pro *Polyperchon* legendum esse *Craterus.* Video enim *Polyperchontis* nomen et antecedere, atque ita in capite hoc bis apparere; et Orosium quoque, qui, ut notum, Iustinum exscripsit, non aliter habere. Fuerit igitur lapsus memoriae, et quidem crassior. Proxime enim sequentis libri cap. 5. de Polyperchonte tanquam adhuc vivo scribit; eum videlicet a Graecia rediisse in Macedoniam. VORST.

10. AD POSTREMUM TAMEN PERDICCA OCCISO AB EXERCITU HOSTIS CUM PITHONE ET ILLYRIO. Argyraspides enim Perdiccam occiderant, ut Eumenes sequente libro ipsis exprobrat. Distinguendum igitur est post *exercitum,* et totus locus ita legendus est: *Ad postre-*

mum tamen Perdicca occiso ab exercitu, hostis cum Phytone, Illyrio, ac altero fratre Perdiccae appellatur (Eumenes) bellumque adversus eos Antigono decernitur. GLAREAN. — Quamvis Eumenes sequente libro ab exercitu occisum Perdiccam significet, non tamen ideo necesse est cum Glareano distingui . . *occiso ab exercitu, hostis* etc. WOPKENS.

CUM PITHONE. Ald. Iunt. *cum Phyloxeno.* ABR. GRONOV.

'PERDICCA OCCISO. De huius morte, dissentientes opiniones Diodori XVIII. 36. et Probi in Eumene, vide apud ipsos auctores. Vide et Pausaniam Atticis, et Orosium III. 23. BONGARS.

PHITONE ET ILLYRIO. Horum non meminit Diodorus. Plutarchus vero et Appianus in Syriaca Historia Eumenem solum commemorat. *Phiton* is est, qui supra XIII. 4. 21. *Pithon*, Diodoro XIX. 95. *Πίθων*. BONGARS.

PITHONE. Ita scribendum; non *Phitone*, aut *Phytone*, ut vulgo editur. Legitur ita et supra XIII. 4. 21. nec non et apud Curtium X. 10. 7. et Diodoro item XIX. 95. est *Πίθων*. VORST. — Iuntina: *Cum Phyloxeno et Illyrio.* GRAEV.

COMMENTAR. IN LIB. XIV.

CAP. I.

1. EUMENES. Legenda eius vita apud Plutarchum et Probum. Historiae autem series petenda est e Diodoro. BONGARS.

2. ULTRO EA MILITIBUS SUIS INDICAVIT. Ita Galba, quasdam defecisse legiones, ultro suis asseverat, *ne dissimulata seditio in maius crederetur.* Tacit. I. Hist. 18. qui et III. Histor. 54. Vitellium arguit, quod fractis apud Cremonam rebus, stulte cladem dissimulando, et laeta omnia fingendo, *remedia potius malorum, quam mala distulerit: cum confitenti consultantique superfuturae adhuc fuerint spes viresque.* Adde exemplum Niciae apud Thucyd. VII. 2. 17. Caesaris apud Sueton. 66. 1. Senecae Oedipus Act. III. vs. 7.

Iners malorum remedium, ignorantia est.

et in eiusdem Agamemnone III. 28. Clytaemnestra:

clades scire qui refugit suas,
Gravat timorem. dubia plus torquent mala.

quomodo Martialis III. Epigram. 42.

Quod tegitur, maius creditur esse malum.

BERNEC. — Tert. Leid. *intimavit.* ABR. GRONOV.

FAMA AUT REM IN MAIUS EXTOLLERET. Tacitus Ann. III. 44. *Cuncta, ut mos famae, in maius credita.* et Hist. IV. 50. *Vera et falsa, more famae, in maius innotuere.* BERNEC.

3. Simul ut circa se animati essent. Angl. *simul ut quomodo circa se animati essent cognosceret.* Rectissime. nec potest aliter per rationem sermonis. Nisi putamus scripsisse Iustinum, *simul ut*, *ut circa*, alterumque *ut*, tanquam superfluum esse omissum, et illud *quomodo* esse glossam. Solet sane illo *ut* alibi sic uti. Sic lib. V. *Scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum iusserit* etc. vide simile quid infra XXXVIII. 6. 8. Scheff. — *Simul ut, quomodo.* Ita MS. Coll. N. *simul ut, ac contra se* Coll. C. C. ed. Rom. Bechar. cum sex reliquis. *simul ac circa se* tert. quart. Leid. *simul ut circa se* sec. quintus, et Bodl. atque ed. Bongars. Abr. Gronov.

4. Habere eum discedendi potestatem. Sic infra XXII. 4. 5. Bernec.

5. Ut ultro bellum omnes hortarentur. Assentior Gronovio, qui ad Epistolam Senecae 12. hanc MSS. lectionem probat, quem vide. Ovidius:

Cupio non persuadere quod hortor. Graev.

Ut ultro omnes illum hortarentur. Gronovius pro *illum* legendum censet *bellum*, ut in codd. quibusdam MSS. esse testatur Bongarsius. et adsciscit sane τὸ *hortari* non accusativum personae tantum, sed et rei. Cicero I. in Catil. *Quod te iamdiu hortor.* et pro C. Corn. *Legem dedit, an tulit, an rogavit, an hortatus est?* Vorst. — Etiam Dorv. 1. *bellum*, non *illum*, habet. Wopkens. — Sec. quint. Leid. *in studia.* tertius, Thuan. ed. Rom. *ut ultro bellum omnes hortarentur.* Quem loquendi modum illustrant Avus in Diatr. Stat. cap. 35. et in notis ad Tacitum lib. XI. Annal. cap. 3. et Parens ad Gellium XIII. cap. 23. Abr. Gronov.

6. Tunc exercitu in Aetoliam promoto. Impudens mendum. Legendum *in Aeoliam*, non *in Aetoliam*. Haec enim omnia acta sunt in Asia, ubi Aeolia est, cum Aetolia sit in Europa, ac mox Sardes proficiscitur ad Cleopatram. Quae sequuntur per aliquot versus multam accipiunt cavillationem, sed nos alia agimus. Glarean. — Inepte. In Cappadocia enim haec gesta esse, patet cum ex Diodoro Sic. lib. XLIX. tum etiam ex aliis. Hanc difficultatem viderunt alii, qui *Aeoliam* conati sunt reponere. Frustra. Scribe, *in Aetuliam. Aetuliam* vocat, quam alii *Aetulanen.* Ea est Armeniae minoris portio, in Cappadocia. Ptolemaeus: Ἀρμενίας μικρᾶς ἡ μὲν ἀρκτικωτάτη καλεῖται Ὀρβαλισηνή· ἡ δὲ ὑπ᾽ αὐτὴν Αἰτουλανή. Εἶτα Αἰρετικὴ, καὶ ὑπ᾽ αὐτὴν Ὀρσηνὴ, καὶ μεσημβρινωτάτη μετὰ τὴν Ὀρσηνὴν, Ὀρβισηνή. Sic lege. Voss. — Quomodo *in Aetoliam*, cum haec in Asia Minori agantur? Praeclare igitur Is. Vossius, qui *Aetulanam* seu *Aetuliam*, ex Ptolemaeo emendavit. Est autem Armeniae Minoris portio, *Aetulana.* Itaque bene ad Cappadociam, in qua tunc erat exercitus. Addo hoc etiam, *Aetuliam* in MS. Cod. aperte legi, quod ad fulturam emendationis non parum facit. Faber. — Non intelligenda Aetolia in Europa, sed in Asia; quae est pars Cappadociae. et quia in quibusdam MSS. ut Bongar-

sius testatur, est *Aetuliam*, ita prorsus et legendum. Ptolemaeus enim, ut Is. Vossius observat, *Αἰτουλανὴν* appellat. VORST.

7. INDE SARDIS. MSS. habent *Sardes*, quod non video, cur repudiaverint. Saltem illud *Sardis* habendum est pro *Sardes* vel *Sardeis*, antiqua scriptione, qua idem innuitur, ea tantum differentia, quod in altero Graeca, in altero terminatio sit Latina. SCHEFF. — Sed veteres scribebant, *Sardis* pro Sardes, ut Sallust. *omnis* pro omnes, *tris* pro tres, et mille talia. GRAEV. — Med. Thuan. Leidenses, quint. Leid. *Sardas.* ABR. GRONOV.

UT EIUS VOCE CENTURIONES PRINCIPESQUE CONFIRMARENTUR etc. Plane soloecismus est. Lege, *confirmaret*, Eumenes scilicet. Ita et in MS. legas. Quod cur ab aliis praeteritum fuerit, non video, nisi si non viderunt. FABER. — Deprehendit hic turpem mendam ab editoribus praetermissam T. Faber, et verissime vidit legendum esse *confirmaret*, et sic plane olim Iuntina. GRAEV.

CENTURIONES PRINCIPESQUE. Med. Thuan. quint. Leid. ed. Rom. Bechar. cum sex aliis, *principalesque.* L. 13. §. 4. D. de Re milit. *Irreverens miles non tantum a tribuno vel centurione, sed etiam a principali coërcendus est.* ABR. GRONOV.

UNDE SOROR ALEXANDRI STARET. Hoc est, quibuscum sentiebat Alexandri soror Cleopatra. Liv. XXI. 10. *Eventus belli, velut aequus iudex, unde ius stabat, ei victoriam dedit.* id. XXIV. 45. *Qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius.* et XXV. 15. *Nec satis fido animo unde pugnabat stantem extemplo in fugam averterunt.* et auctor V. 4. *Unde stetisset Alcibiades, eo se victoria transferebat.* GRONOV.

9. AD ANTIGONUM. In MSS. est *Antigono.* Sequitur ergo, alterum horum glossatoris esse, non Iustini. Mihi vera lectio MSS. videtur. SCHEFF.

10. FIDEI SACRAMENTO. MSS. mei, *fidei sacramenti:* atque ita etiam habere suos MSS. Bongarsius testatur. Ego tamen, etsi ita commodo sensu legi posse video, nihil demuto. MODIUS. — MSS. omnes Modii et Bongarsii: *Qui spem cruenti praemii fidei sacramenti anteponeret.* Quod merito Gronov. IV. Obs. 17. amplectitur hoc sensu: qui propter spem praemiorum mallet sanguine ducis se cruentare, quam fidem sacramenti servare. *Fides sacramenti* dicitur, ut *religio sacramenti*, *religio iurisiurandi.* GRAEV. — Al. edit. *fidei sacramenti.* FABER. — Non *sacramento*, sed *sacramenti*, legendum esse assentior Gronovio. Habent ita MSS. Modiani, et quidam etiam e Bongarsianis. Ipseque positus verborum ita legendum arguit. Si enim *sacramento* legeretur, *fidei* esset secundi casus; duoque eius casus vocabula concurrerent. Sed et per se rectius videtur *fides sacramenti*, i. e. iurisiurandi, quam *sacramentum fidei.* Cic. III. Off. *Est autem ius bellicum, fidesque iurisiurandi saepe cum hoste servanda.* Dicitur quoque *religio sacramenti*, *religio iurisiurandi.* Vide Gronovium IV. 17. Observ. VORST.

QUOD NEMO INVENTUS ESSET . . . FIDEI SACRAMENTI ANTEPONERET. Coll. N. ed. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *inventus sit.* *Tò sacramenti* etiam exstat in quart. Leid. a pr. m. Thuan. ed. Rom. Cicero lib. III. de Off. cap. 26.

Cuiu' ipse princeps iurisiurandi fuit,
Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.

Apuleius lib. IV. Met. pag. 78. *neque clamore, ac ne ululatu quidem fidem sacramenti prodidit.* Panegyricus Constantino dicit cap. 15. *quos tibi praeter liberalitatem tuam, et sacramenti fidem, tot victoriarum gloriae dicavissent.* ABR. GRONOV.

11. DEINDE CALLIDE SUBNECTIT. Med. sec. Leid. Periz. Bodl. ed. Ven. Ald. Iunt. *tum deinde.* Bechar. Flor. Med. Paris. *tamen* id. ABR. GRONOV.

CALLIDE. Huiusmodi calliditatis exempla nonnulla Frontinus habet Strategem. II. 7. BERNEC.

12. EXEMPLUM PESSIMUM. Vide notam ad XI. 15. 12. BERNEC.

13. IN PRAESENTI LABANTIUM ANIMOS DETERRUIT. Nolim hoc *in praesenti* damnare, nam Latinum est, ut *in praesentia;* tamen aliter scripsisse Iustinum credo, *in praesens* scilicet; quum mox addat, *in futurum.* SCHEFF. — Quia sequitur *in futurum*, ea sane ratio nulla erat, cur Schefferus *in praesens* legendum duceret. WOPKENS. — Iuntae: *retinuit.* Quod sane vulgato praetulerim. Suet. Iul. 4. *Nutantes et dubias civitates retinuit in fide.* et cap. 17. *Ad retinendam Pompeii necessitudinem ac voluntatem.* Cic. I. ad Fam. Epist. 7. *Virum excellentem, et tibi tua praestanti in eum liberalitate devinctum, non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem cupiditatis suae te ab se alienatum, illa epistola retinuisti.* in ead. Epist. *Quos favendo in eadem causa retinere potuerunt, invidendo abalienaverunt.* Terent. Adelphis: *Liberalitate retinere liberos.* Potest tamen et *deterruit* ferri, ut si in aliam sententiam perduxit, fidos sibi reddidit. *Deterrere* enim saepe est sine ullius terroris et minarum respectu dehortari, dissuadere, rationibus compellere et perducere ne quid facias. Plaut. Mil. II. 3. *Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in aedibus.* hoc est, mihi nemo hoc persuaserit. Cic. II. de Orat. *Nam neque is, qui optime potest, deserendus est ullo modo a cohortatione nostra, neque, qui aliquid potest, deterrendus.* Plura exempla sunt in promptu, sed iam modum excessimus harum notularum. Id tamen quod apud Iuntas extat, hic est efficacius et aptius. GRAEV. — In Edit. Iuntarum, *retinuit.* Bene illud quidem, sed nec *deterruit* malum est, ut *ceteros a scribendo deterrere.* Cicero de Caesare, et alia infinita. FABER. — Fateor retineri posse *deterruit.* Sed illud *retinuit* longe hic est efficacius: est enim proprium in hac re verbum, cum scilicet amicum a me alieniorem, et iam amicitiae renuntiaturum aliquo officii genere mihi reconcilio. vide notas meas. Praeterea qui poterat haec vox in mentem venire editoribus Italis, nisi eam

in optimis suis membranis invenissent. Sane si in iis lectum fuisset *deterruit*, nunquam repudiassent. GRAEV.

LABANTIUM ANIMOS RETINUIT. Ita etiam Aldina et MS. Coll. N. Ammianus lib. XX. cap. 7. init. *Besabden, vi vel promissorum dulcedine illectis defensoribus, retenturus.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. CUM INTERIM ANTIGONUS . . . IN ACIEM PROCEDIT. Videri posset legendum cum Dorv. 1. et 3. *Tum interim*, vel cum ed. vetere *Interim*. Sic etiam ex quoquam MS. mallem *Tum interim rex Mutgo Tyro decedit*, lib. XVIII. 4. ubi itidem vulgo legitur *Cum*. Retinent tamen alia istiusmodi loca. lib. II. 15. Cum *interim nuntiatur Spartanis* etc. lib. IX. 2. *Cum interim Istrianorum rex decedens et metu belli et auxiliorum necessitate Scythas solvit.* lib. XXX. 2. Cum *interim, relicto quinquennii . . filio, moritur.* Ex fine igitur praecedentis capitis in principium huius traiicienda erunt ista verba, *Omnes igitur operam suam certatim . . offerunt.* WOPKENS. — Prius *cum* abest ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Saxo lib. XIV. pag. 277. 6. *brevi se cum exercitu superventurum denuntians.* ABR. GRONOV.

2. QUI VICTUS. Longe melius, opinione mea, *quo victus.* SCHEFF. — Schefferi opinione, longe melius foret . . *fecit*, *quo victus* etc. Sed *qui victus* hic dicitur pro *Victus autem;* quem usum pronominis relativi abunde quondam illustravimus ad Cicer. II. 59. et Vellei. I. 8. Inspice etiam, sis, ista lib. VII. 4. qui *ex Eurydice tres filios sustulit, Alexandrum* etc. lib. XIII. 7. quorum *tam insignis paucitas fuit, ut* etc. lib. XXXVI. 1. cuius *adventum non inviti Orientis populi videre.* lib. XXXVIII. 10. cui *Phraates exsequias regio more fecit.* Adde lib. XII. 1. quem *motum Antipater . . oppressit.* i. e. hunc autem motum. et ibid. cap. 14. cuius *veneni tanta vis fuit.* ubi Bongarsius mallet *eius veneni*, et Schefferus *huius veneni*, cum nihil mutandum sit. WOPKENS.

VICTUS IN MUNITUM QUODDAM CASTELLUM. Victus proditione Apollonidae Eumenes, *Noram* confugit, quod est castellum Phrygiae, ut Probus; situm in Cappadociae et Lycaoniae finibus, ut Plutarchus Eum. cap. 18. BONGARS. — Strabo lib. XII. non longe a princ. Eumenis hanc Noram suo tempore *Neroassum* appellatum ait. Adde Diodorum XVIII. 48. BERNEC.

4. QUOD SOLUS PAR ANTIGONO. Angli, *qui solus.* Probo, et vulgatum *quod* habeo pro glossemate. SCHEFF.

AUXILIA EUMENI. Plutarchus, Antigono Noram obsidente, vita excessisse Antipatrum testatur, aliamque ob causam hanc fuisse dimissam obsidionem. SCHEFF.

6. OPTIMUM VISUM EST. Io. Pricaeus ad Apulei. I. Metamorph. pag. 87. legit, *optimum factum visum est.* GRONOV. — Pricaeus, ut monuit hic Gronovius, ad Apulei. Metam. I. pag. 11. legebat,

optimum factum visum est. Sed ne audiamus illum. Livius III. 4. *Ipsum consulem Romae manere*, optimum *visum est.* lib. VI. 24. Optimum *visum est*, in *fluctuantem aciem tradi equos.* lib. VIII. 22. *Ibi* optimum *visum Cornelio stativa habere.* Ita ille lib. IX. 12. lib. XXIII. 34. lib. XXXV. 46. et alibi. Sic etiam Sulp. Severus Hist. II. 39. et alii. WOPKENS.

8. COMMILITONES SUOS. Alexander ipse militum suorum *alumnum* se *commilitonemque* dicere non est veritus. Curt. IX. 2. 44. Eiusmodi blanditias tribuit Suetonius Caesari quoque 67. 3. et Galbae 20. 1. Nec ipsum adeo Augustum, antequam imperium adeptus esset, iis abstinuisse, patet ex Appiani lib. IV. et V. Bell. Civil. *Sed post bella civilia nullos militum commilitones appellabat, sed milites: ambitiosius* (hoc est, blandius) *id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suae maiestas postularet.* Sueton. Aug. 25. 1. BERNEC.

NUNC PERICULORUM ET OPERUM ORIENTALIUM. MS. Bong. *periculi et opum.* Impressi, *periculorum et operum.* Placet *periculi et operum.* Ex *operum* per compendium in MS. *opum.* Caeterum non possunt *opera* hic commode omitti, quoniam vel praecipue ad laudem Argyraspidarum, et sic obtinendam gratiam eorum pertinebant. SCHEFF. — Cur, cum saepius *nunc* et ante et post repetatur, omissum hoc est ante *periculorum Orientalium socios?* Reposui id ex Iuntina, addito ex eodem vocabulo *operum*, quod in nonnullis quoque MSS. habetur, ut Schefferus quoque vidit et probavit. GRAEV.

9. MILITIAM LIBERI PATRIS. Sec. quint. Leid. *patris Liberi.* ABR. GRONOV.

12. PAULATIM IMPERIUM etc. Tacito Annal. I. 2. hoc est *paulatim insurgere.* BERNEC.

USURPAT: NIHIL. MSS. habent, *usuriam nihil*, vel *usuri an*, vel *uspiam.* Ex quibus omnibus constare potest, veram huius loci lectionem esse: *blande corrigendo usurpat. Iam nihil in castris.* Illud *iam* valde elegans et opportunum est. SCHEFF.

CAP. III.

1. ESSET, COMPELLIT EOS IN ACIEM. Plerique MSS. ex eis, quos tractavit Bongarsius, habent, *pellit.* Vix dubito, quin vera lectio sic se habuerit: *Ad postremum cum Antigonum venire cum exercitu nuntiatum esset, etiam pellit in aciem descendere.* Valde emphatica hic est coniunctio *etiam*, ut appareat Eumenis summa auctoritas apud Argyraspidas, locumque hunc egregie illustrat. Perierunt autem ex ea primo litterae initiales duae propter similitudinem praecedentium, post ex *iam pellit* temere iunctis ab emendatore factum est *compellit.* SCHEFF. — Ita etiam recte nostri codices. Perperam vero Schefferus, quod in codicibus nescio quibus esset *pellit*, pro *compellit*, hinc rescribendum statuit, *etiam pellit eos in*

aciem descendere. Verbo *compellere* eodem modo rursus utitur Iustinus lib. XXX. 3. 7. et alibi, nusquam vero simplici *pellere.* WOPKENS.

2. DUM DUCIS IMPERIA CONTEMNUNT. *Nam non parere se ducibus, sed imperare postulabant.* Probus. De hac pugna vide Diodorum XIX. 42. Plutarchum et Probum. Victus est autem Eumenes solo equitatu, cum ceteris copiis superior esset. BONGARS.

3. LONGA MILITIA. Praefero, quod et impressii quidam, et MS. habent, *longae militiae*, moxque illud *parta* refero ad omnia, praemia inquam et gloriam. Ita mox, *cum praemiis tot bellorum.* SCHEFF. — *Longae militiae* ex quibusdam editis et scriptis, quibus etiam Franeq. et Dorv. 1. consentiunt, praeferebat Schefferus. Sed sic vox *parta* omissa procul dubio a Iustino fuisset, quod mirum non animadvertisse virum illum doctissimum. Neminem vero offendat oportet illud *κακοφωνίας* quatuor istarum vocum *praemia longa militia parta*, in *a* desinentium; qualia frustra saepe a criticis vexata fuisse ad Vellei. I. 3. et alibi docuimus. WOPKENS.

4. SED EUMENES. Ita MSS. Edd. habent, *Sed et Eumenes.* BERNEC.

VICTOS HORTABATUR. Id est, bonum animum eos habere iubebat; ut sup. XI. 9. 13. ad quem loc. et Notas vide. VORST.

7. POST DAMNA PATRIMONIORUM. Ita omnino legendum; Vellei. II. 120. *Sunt tamen, qui, ut vivos ab eo vindicatos, ita iugulatorum sub Varo occupata crediderint patrimonia.* et Quintilian. Declam. CCCVIII. *Alioquin potest grave videri etiam ipsum patrimonium, si non integram legem habet.* GRONOV. — In optima illa Iuntarum editione, quam huic auctori emendando adhibuit Graevius, legitur, *post damna patrimoniorum.* Itaque *patrimonium* in latissima significatione sumptum fuerit, pro bonis. Quod Iuris interpretes ostenderint. FABER. — Ita e Iuntina editione legendum assentior Graevio. Si legatur, ut vulgo editur, *post damna matrimoniorum*, erit inepta *ταὐτολογία.* sequitur enim *post coniuges amissas;* et *matrimonium* hic non aliter quam de coniuge intelligi posset. *Patrimonia* autem quae hic dicuntur sunt ipsa, quae post vocantur *praemia bellorum*, et *quaestus militiae.* Nec modo quae hereditate ad aliquem devolvuntur, *patrimonium* eius sunt, sed et quae ipse sua opera et labore sibi quaerit. Supra IX. 2. 7. *Terra non patrimoniis ditat Scythas.* VORST. — *Damna patrimoniorum* edidit, volentibus Iuntina et Graevio, Vorstius. SCHEFF. — *Patrimoniorum* ex Iuntina edidit Cl. Graevius; idemque dant Med. sec. quint. Leid. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ald. ABR. GRONOV.

POST DAMNA MATRIMONIORUM, ET POST CONIUGES AMISSAS. Nihil ambigo, haec, *et post coniuges amissas*, esse a manu interpolatoris, explicantis praecedentia, *post damna matrimoniorum.* Vide, quae notavi ad III. 3. 8. BERNEC. — Haec inepta est *ταὐτολογία.* Itaque *et post coniuges amissas* tanquam interpretationem praecedentium exscindendam censet Bernecccerus. Sed legendum cum Iuntis:

post damna patrimoniorum. Haec sunt, quae paulo ante dixit, *praemia longa militia parta*, et paulo post, *praemia tot bellorum*, et *felicis militiae quaestus.* Quid enim aliud militibus patrimonium? GRAEV.

8. POST TOT ANNOS EMERITORUM STIPENDIORUM. Pro tot annis post emerita stipendia, ut XXXVIII. 8. 1. *Post annos tres et vig. sumpti regni*, pro annis XXIII post sumptum regnum. *Emeritus miles* est, qui stipendia mereri desiit: diciturque ita active. At *emerita stipendia* dicuntur passive pro stipendiis finitis. Sic et *emeritam militiam* dixit Suetonius Calig. 44. VORST.

CAP. IV.

1. OSTENDIT. MSS. ἐμφατικώτερον, *ostentat.* BERNEC.

2. CERNITIS MILITES. Confer hanc orationem cum ea, quae apud Plutarchum exstat in Eum. cap. 32. BONGARS.

QUAE MIHI NON HOSTIUM QUISQUAM. Pr. tert. Leid. *quem mihi*, ut relativum ad remotius substantivum referatur. Ed. Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *cernite*, et *quae non hostium*, omisso pronomine. ABR. GRONOV.

HOC ETIAM SOLATIO FORET. Plerique MSS. *etiam in solatio foret*, quod puto non esse contemnendum. Plautus Amphitr. II. 2. *Et domum Laudis compos revenit, in solatio est.* Ita enim habent ibi veteres editiones. Saltem ablativum non regi nisi a praepositione, probarunt dudum viri docti, ut mirum esse non debeat, si alicubi apponatur. SCHEFF. — Non sane praetulerim cum Gronovio Obs. III. 8. quod in quibusdam MSS. exstat *in solatio foret*, et ab altera lectione stant quoque Dorv. 1. et 2. dum tertius repraesentat *solatium foret.* Livius XL. 57. *Dardanos tamen sublatos, praedamque ex reliquiis Bastarnarum et possessionem liberam Dardaniae*, solatio *fore.* Vellei. Pat. II. 19. *Cum Marius adspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri possent esse* solatio. Sic Cicero aliique. Perperam vero dativum hunc pro ablativo habebat Schefferus. WORKENS. — Magl. *nam hoc etiam mihi s. f.* ed. Rom. *nam hoc et mihi s. f.* Pr. quart. Leid. Thuan. Coll. C. C. *etiam in solatio*, quod vulgato praeferunt Schefferus et Avus lib. III. Observ. cap. 8. pag. 500. ABR. GRONOV.

3. VOS ME . . . . EX IMPERATORE CAPTIVUM FECISTIS. Saxo lib. X. pag. 192. init. *captivus ex rege factus.* ABR. GRONOV.

QUATER INTRA HUNC ANNUM. *Ter* habet Probus Eum. BONGARS. — Forte et hic legendum, *qui ter.* BERNEC.

IN MEA VERBA IUREIURANDO OBSTRICTI ESTIS. Pro obstrinxistis vos; verbo passivo posito pro activo cum pronom. recipr. Sic et V. 10. 11. At XI. 3. 10. ipso activo usus dicit *obstringere se.* VORST.

4. SED ISTA. Acidalius ad Vellei. II. 180. 8. monuit ita

scribendum. Abrumpitur enim hic oratio. Hactenus editi, *et ista.* BERNEC.

7. SOLVO VOS IUREIURANDO, QUO TOTIES VOS SACRAMENTO MIHI DEVOVISTIS. Gronovius legit, *qui toties vos sacramento mihi devovistis.* GRAEV. — Expungendum puto *sacramento*, aut hoc in locum τοῦ *iureiurando* substituendum. At Gronovius, ut utrumque servari possit, mallet sic, *solvo vos iureiurando*, *qui toties vos sacramento mihi devovistis*; ut ipse per literas aliquando mihi significavit. VORST. — Vox *iureiurando* per glossatorem huc ex sequentibus traducta, et delenda. Quae alii huic loco afferunt remedia, duriora videntur. SCHEFF. — Vorstius ac Faber vocem *sacramento* expungendam putant. Posset itidem coniici, *solvo vos iurisiurandi*, *quo toties vos mihi devovistis*, *sacramento.* ut Orosius II. 5. *Ubi post* sacramentum iurationis, *quo se Romani devoverant*, *non nisi post victoriam redituros*, *adeo atrox certamen fuit*, *ut* etc. et lib. III. exeunte: *qui nunc . . medio tantum* iurationis sacramento, *vivere se cum hostibus*, *nec pati hostilia*, *sciunt.* Ruffinus Hist. Eccl. VI. 7. *Testes ex semet ipsis producunt*, *qui sub* sacramento iuramenti, *quae obiiciebantur*, *confirmarent.* et μακρολογίας istiusmodi in deliciis auctori fuisse, aliquoties vidimus. Verum non temere mutaverim absque libris lectionem vulgatam, quippe cuius sensus haud incongruus iste sit, quo toties mihi militandi (signa mea sequendi) necessitati vos adstrinxistis: de qua vi vocis *sacramentum* vide Gronov. ad Quinctil. Declam. CCCXXIX. et Freinsh. Ind. in Florum. In his vero, *quo toties vos sacramento mihi devovistis*, duo eiusdem casus vocabula sic iunxit Noster, ut solere ipsum monuimus ad lib. XII. 16. 6. et lib. IX. 7. 12. Atque ita recte, ni fallor, in tribus Dorv. aliisque MSS. infra lib. XX. 4. *Sodalitii iure sacramento quodam nexi.* WOPKENS.

8. AUT SI IPSOS PUDET . . . FERRUM HUC DATE. *Ipsos* ἐλλειπτικῶς pro *vos ipsos*, quomodo scriptum in Magl. Vide notam Avi ad Livium lib. I. cap. 1. Idem MS. cum ed. Rom. et MS. Bongars. *ferrum*, *quaeso*, *date.* ABR. GRONOV.

SINE RELIGIONE IURISIURANDI. Med. quint. Leid. *iurandi.* Terentius Andria IV. 3. 13.

Quia si forte opus sit ad erum iurandum mihi
Non adposuisse, *ut liquido possim.*

Ammianus lib. XVII. cap. 10. *iurandique exsecratione restituere universos promisit.* ABR. GRONOV.

10. AT VOS. Particulam *at* veteres usurpare solent, si irati inchoent orationem, idque praesertim amant poetae; ut Virgil. II. Aeneid. 535.

At tibi pro scelere (*exclamat*) *pro talibus ausis*
Dii, *si qua est coeli pietas*, *quae talia curet*,
Persolvant grates dignas.

et Ovid. Ep. Heroid. XII.

At tibi Colchorum, *memini*, *regina vacavi.*

et idem III. Amor. VI. 105.

At tibi pro meritis opto etc.

et idem VIII. Met. 279.

At non impune feremus.

et Horat. Epist. 5.

At o Deorum quicquid in coelo regit
Terras et humanum genus. GRONOV.

PERIURIORUM VINDICES; TALESQUE VOBIS EXITUS. In MSS. paene omnibus Bongarsio visis legebatur, *vilesque vobis.* An scripsit Iustinus, *similesque vobis?* Ita puto. Illud *tales* glossatoris esse videtur. SCHEFF.

12. SI FAS FUISSET EUM MORTALI MANU CADERE. Saxo lib. XIV. pag. 349. 17. *Horum itaque eventuum miraculis liquere, mortali manu regem perire non posse.* ABR. GRONOV.

QUOD MAXIMUM ERAT, SEDITIONIBUS AGITASTIS. Freinshemius ad Florum emendat, *quod proximum erat.* GRAEV. — Freinshemius in Notis ad Flor. II. 6. 8. legendum putat, *quod proximum erat:* id quod sane per est verosimile. Ita Liv. XXXIII. 15. *Ad rebellandum neque vires neque ducem habebant: proximum bello quod erat, in latrocinium versi.* ut hic dicitur *seditionibus agitare*, ita Florus I. 8. 7. *iniuriis agitatus populus.* VORST.

13. HAS VOBIS DIRAS. Nec illas irritas. Nam ut Plutarchus in Eum. cap. 34. et Polyaenus lib. IV. Strateg. tradunt, Argyraspidas Antigonus ipse, cui maxime profuerant, ob perfidiam exsecratus, Sibyrtio Arachosiae praefecto (de quo supra XIII. 4. 22.) tradidit, omnibus modis atterendos conficiendosque. Sed et ducem eorum Antigenem in caveam aeneam inclusum, vivum combussit, ut est apud Diodorum XIX. 44. Praeclare Cicero in Verr. lib. I. 15. *Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo unquam sapiens proditori credendum putavit.* Plutarchus in Romulo cap. 29. refert eiusdem Antigoni dictum, *amare se prodentes; odisse cum prodiderint.* et subiungit, *eo fere in sceleratos animo esse illos, qui eorum operam requirunt, ut veneno et felle maleficarum bestiarum qui opus habent. Quippe operam eorum, dum ex usu est, amplectuntur: exsecrantur scelus, ubi voto potiti sunt.* Adde Thucyd. III. 2. 3. Tacit. I. Annal. 85. 3. et II. Hist. 101. 2. et III. 31. 10. Val. Max. IX. 6. Claudian. de Gild. vs. 260. etc. BERNEC.

14. AGATIS. MSS. *agitetis*, quod perorantis calori magis convenit. BERNEC.

ARMA VESTRA. Angl. *arma ista.* Etiam hoc probo tanquam elegantius, et emphasin demonstrationis exhibens. SCHEFF. — *Vestra* nescit ed. Rom. *arma ista* Coll. N. ABR. GRONOV.

15. PLENUS IRAE. MSS. mei, et unus item Bongarsii, *Plenus ira*, ut Plinius iunior dixit in Epistol. *Plenus annis obiit.* MODIUS. — Sed tamen et Livius VI. 18. 3. *animorum irarumque plenior.* et III. 25. 5. *plenus praedae.* BERNEC.

PRAECEDERE AD ANTIGONI CASTRA COEPIT. Ed. Rom. Flor. Pa-

ris. *praecepit*. Magl. Ald. *procedere . . . praecepit*. Iunt. *procedere praecaepit*. ABR. GRONOV.

16. SEQUITUR EXERCITUS PRODITO IMPERATORE SUO, ET IPSE CAPTIVUS. Istud *captivus* satis ostendit, ei saltem, qui sensum vel mediocrem rhetoricae habuerit, hic vitium esse; et re ipsa est; legendum enim: *Sequitur exercitus proditor imperatoris sui, et ipse captivus.* Nonne vides? *proditor* et *captivus*? Ita XXII. 8. *Exemplum flagitii singulare, rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor.* FABER. — Faber, ut Notator Anglicanus ait, putabat legendum, *proditor imperatoris sui*; non inconcinne. Vix tamen persuadeor Iustinum sic scripsisse. Puto tantum mutandam distinctionem hoc modo: *Sequitur exercitus prodito imperatore suo et ipse captivus.* ut in verbis *prodito imperatore suo* intelligatur caussa, quare non imperator magis quam exercitus captivus fuerint. SCHEFF.

17. UNA SECUM VICTORI TRADENTES. Imo *tradens*. Nam praecedit: *Sequitur exercitus*, item *ducit*, omnia in singulari. Syllaba *es* adhaesit ex sequenti *et*. SCHEFF. — *Tradens* sane in Iuntina quoque reperitur. Potest tamen vulgata defendi. Sensus respicitur, ut in illo, *pars in frusta secant.* GRAEV.

19. TANTO PULCRIOR HAEC. Ipsa ratio linguae postulat, ut scribatur *pulcriora*, ut impressi quidam habent. Miror in recentioribus editionibus omnibus hoc neglectum esse. Nam qui referebant ad pompam, debebant observare, verba, *ne quid deesset pompae*, per epicrisin et in parenthesi velut interseri, ac propterea non ut principale quid, posse attendi. SCHEFF. — Nescio quid hic viro doctissimo mentem obnubilarit. Quid enim clarius vulgata? *Tanto pulcrior haec Antigono*, sc. victoria fuit, *quam tot Alexandro victoriae fuerunt.* Rationem addit cur haec unica victoria Antigono fuerit pulcrior et gloriosior, quam tot victoriae Alexandro. Quia nimirum illos vicit, quibus illas victorias consecutus erat Alexander. GRAEV.

20. EXERCITUI SUO DIVIDIT. *Quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur.* Tacitus IV. Histor. 46. *Rumor incesserat fore, ut Thraces (qui montium editis inculti atque eo ferocius agitabant) disiecti, aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur.* Idem IV. Annal. 46. Porro de Argyraspidarum ferocia, non alio modo domanda, Probus in Eumene. BERNEC.

REDDITIS EORUM QUAE IN VICTORIA CEPERAT. Optime Iuntae cum aliis editionibus, *redditis quae in victoria ceperat.* GRAEV. — Emendavi ex impressis, *redditis quae in victoria ceperat.* FABER. — Antiquiores editt. ut Iuntina et aliae, omittunt *eorum*. Adiecit Bongarsius; e MSS. credo. Et potest sane tolerari. Subaudiendum autem alterum pronomen demonstr. *illis*, quod sane relativum non raro subauditur. Vide Ind. in Nep. v. *Ellipsis*. VORST.

21. VERECUNDIA PRIORIS AMICITIAE. Saxo lib. XIV. pag. 354. 45. *quem rex, praeteritae amicitiae verecundia, consurgere iussum* etc. ABR. GRONOV.

ASSIGNARI CUSTODIBUS PRAECEPIT. A quibus iugulatus est. Plutarchus, Probus. BONGARS. — Mira locutio, *praecepit assignari*, quasi non ipse assignaverit. Cogitandum, an non scripserit Iustinus, *asservari custodibus praecepit*. Non multum dissimile illud Ciceronis lib. X. ad Att. Ep. 18. *Maiore impedimento fuerunt quam custodiae, quibus asservor*. SCHEFF. — Quod Schefferus legendum suspicatur *asservari*, id mihi omnino reponendum videtur. Curtius IV. 13. Asservari *transfuga iusso*, *duces convocat*. et cap. 1. *Parmenionem . . iussum . . captivos diligenti custodia* adservare. Cicero in Verrem lib. V. 30. *Populi Rom. hostis privatis custodiis* adservabitur? Noster lib. XXVII. 3. servari *eum arctissima custodia iubet*. Vide etiam lib. XXXVIII. 9. 7. WOPKENS.

CAP. V.

2. UT POLYPERCHONTA A GRAECIA REDIRE. Hic Polyperchon in Graeciam redit, qui sub finem praecedentis libri occiditur: nisi igitur sit ὕστερον πρότερον, non excusabitur hic locus. Sed ut iam diximus, multa nobis hoc in libro et in aliis dissimulanda sunt. GLAREAN.

ARCESSITAM OLYMPIADA., Diodorus XVIII. 57. BONGARS.

3. MULIEBRI AEMULATIONE PERCULSA. Valer. Max. diceret, *aemulatione instincta*. Ita enim ille IX. 2. ext. 8. et alibi pari modo, *arrogantia instinctus*, *errore instinctus*. Vide I. 5. Ext. 1. et III. 8. Ext. 3. VORST.

VALETUDINE. Hoc est morbo, de quo Nota ad XIII. 2. 11. BERNEC.

6. VICINO INCENDIO. Supra IX. 3. 5. BERNEC.

ARMIS, NON MURIS. Hinc illud Senecae rhetoris Suas. II. *Ibi muros habet* (Sparta) *ubi muros non habet*. Ita veteres Romani existimaverunt, *Romanum esse*, *non munitionibus*, *sed armis suaque virtute securitatem sibi et opes parare*, *neque viros muris*, *sed muros viris defendere*, teste Strabone lib. V. pag. 162. 20. BERNEC.

VETEREM. Ita MS. Editi *veterum*, non recte. BERNEC.

MURORUM PRAESIDIO. Livius XXXIV. 37. *Fuerat quondam sine muro Sparta: tyranni nuper locis patentibus planisque obiecerant murum*. Pausanias Achaicis. BONGARS.

8. CASSANDRUM. Diodorus lib. XIX. haec late persequitur. BONGARS.

9. MATER ALEXANDRI MAGNI REGIS. Rem putidam! Totum isthuc dele; neque enim a Iustino est. FABER.

EPIRO. Ita MSS. cum editi habeant *ab Epiro*. Familiare auctori nomina regionum ut propria urbium construere: ut III. 3. 12. VI. I. 7. XV. 2. 7. XXIII. 2. 6. XXIV. 3. 9. XXXIII. 2. 6. XLIV. 3. 4. Ita Livius XLII. 44. 9. *Peloponnesum proficisci*. Sueton. Aug. 17. *Recepit se Samum insulam*. BERNEC. — Med. Magl. tert. quint. Leid. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Bechar. Ven. Flor. Med.

Paris. Ald. Iunt. et Vincentius lib. VI. cap. 10. *cum ab Epiro*, et Coll. N. *Macedoniam venisset*. Abr. Gronov.

Prohiberique finibus ab Eurydice . . . coepisset. Vincentius: *prohibita est a finibus Macedoniae ab Eur.* Abr. Gronov.

10. Magnitudine filii. *Τῶν εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενοι τῶν Ἀλεξάνδρου.* Diodor. XIX. 11. Bongars.

Indignatione rei moti. Saxo lib. VI. pag. 98. 46. *Huius rei indignatione permoti*. Abr. Gronov.

Ad Olympiadem. Iuntae *Olympiada:* mox iidem, *Cuius iussu et Eurydice occiditur, et rex Aridaeus sex annis post Alexandrum potitur regno*. Graev.

Cuius iussu Eurydice et rex occiditur. Ed. Bech. *c. iussu et Eur.* Rom. *et rex Aridaeus occ.* Ald. Iunt. *c. iussu et Eurydice occiditur, et rex Aridaeus.* Fuit autem interfectus a Polyperchonte. Georgius Syncellus Chron. pag. 274. *Πολυπέρχης* (leg. *Πολυσπέρχων*) *υἱὸς Ἀντιπάτρου ἀνεῖλε τὸν Ἀριδαῖον.* Abr. Gronov.

CAP. VI.

1. Muliebri magis. *Τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν ἀνθρωπίνως.* Ideo Antipater *καθάπερ χρησμῳδῶν, ἐπὶ τῆς τελευτῆς παρεκελεύσατο, μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας προστατῆσαι.* Diodorus XIX. 11. Vide Pausaniam in Atticis. Bongars.

2. Audito Cassandri adventu, diffisa Macedonibus. In Macedoniam Olympias accita erat a Polyperchonte, ut ex XIV. 5. 1. apparet. At Polyperchontem a Cassandro in Macedonia tunc victum, ex vetere huius libri prologo sciri potest. Habet enim sic: *in Macedonia Cassander victo Polyperchonte.* Vorst.

Cum nuru Rhoxane et nepote Hercule in Pictuam. *Pictuam* urbem nescio: vide num legendum *Pythaeum*, quod est Pelasgorum oppidum apud Ptolemaeum. Et hic *nurum* vocat *Rhoxanen* Herculis matrem, ut etiam prorsus ad finem huius libri. cum Herculis mater *Barsine* fuerit, non *Rhoxane*, ipso Iustino bis appellante. Glarean.

Nepote Hercule. Barsines hic filius erat: Roxanis *Alexander* vocabatur, Pausanias Atticis et Boeoticis: quo de hic agitur, ut patet ex Diodoro XIX. 52. Videtur ergo hic Iustinus lapsus memoria. Bongars. — *Hercules* non ex Roxane, sed ex Barsine nepos Olympiadis fuit, ut ex XIII. 2. 8. et XV. 2. 3. apparet. Fortassis ergo pro *Hercule* legendum *Alexandro;* quod nepotis ex Roxane nomen fuisse ex Pausania scitur. Vorst. — Non Hercules hic fuit, sed Alexander, ut apparet ex Pausania. Itaque Vorstius existimat, hic *Alexandro* legendum. Mihi vocabulum *Hercule* inepti glossatoris videtur, et propterea delendum. Scheff. — Vid. Bosius ad Nep. 18. 6. 2. Anonym.

Pydnam. Macedoniae urbem in Pieria regione. Quidam editi

Pyctuam, pro quo est qui *Paetyam* malit, refragante historia. *Pydnam* Olympiade mactata nobilem asserit et Diodorus XIX. 35. Bernec.

Concedit. *Concessit* Periz. *secessit* Vincentius. Abr. Gron.

3. Deidamia, Aeacidae regis filia. Pyrrhi soror, Demetrii uxor. Plutarchus Demet. cap. 1. et 30. qui etiam cap. 42. scribit, morbo eandem extinctam. Quo minus assentiri possum Iano Parrhasio lib. de Rebus per Epistolam quaesitis Epist. 48. statuenti hanc esse eandem cum ea Deidamia, de qua Pausanias in Messeniacis et Polyaenus Strategem. lib. VIII. Nec enim istae aliaeque circumstantiae huic aptari possunt. Bernec. — Aeacides ille rex fuit Epirotarum, et pater Pyrrhi, eius qui cum Romanis bellum gessit, ut ex Diodoro XIX. 35. intelligitur. Vorst.

Thessalonice privigna, et ipsa clara Philippi etc. MSS. et Iuntina, *Thessalonica*. Graev. — Diodorus, quia Aridaeum quoque Philippum vocat, ne *Thessalonice* filia Aridaei regis fuisse putaretur, *Philippum Amyntae* vocat eum cuius filiam comitem fuisse Olympiadis Noster scribit. Vorst.

Speciosus magis quam utilis grex. Med. sec. quint. Leid. omittunt particulam *magis*. Ita Ammianus lib. XVII. cap. 12. *obsequi defensoribus, ut in malis, optabile, quam servire suis mancipiis, arbitrati.* Orosius lib. II. cap. 4. *Igitur regibus Urbe propulsis, Romani consulendum sibi, quam cuiquam suae libertati dominandum rati, consules creaverunt.* Plura huius constructionis, in qua *magis* vel *potius* subintelligitur, exempla congessit Avus ad Livium lib. V. cap. 23. Abr. Gronov.

4. Statim citato cursu. Hoc *statim* glossam mihi sapere sequentis, *citato cursu*, videtur. Examinent sagaciores. Scheff. — Immerito illud *statim* Scheffero glossa videbatur esse τοῦ *citato gradu;* sunt enim haec pleonasmi genera Iustino satis usitata, ut vidimus *mox deinde* lib. I. 3. Adde sequentia exempla: lib. XXII. 3. *Statim igitur primo adventu eius* etc. lib. XXVI. 3. *Statim a principio superbus.* Tacitus in Agricola cap. 3. *Primo statim beatissimi seculi ortu.* et cap. 31. *Primo statim congressu ostendamus.* Florus II. 8. *Statim e vestigio itur in Syriam.* Sic plures ibi scripti et editi. et lib. III. 21. *Statim primo impetu* etc. *citato gradu ad P. venit.* i. e. proficiscitur, it. ut Vulg. Lucae II. 16. *et venerunt festinantes, et invenerunt* etc. Livius I. 51. *Rogare eos, ut inde secum ad Turnum veniant.* Sallust. Iug. cap. 22. *Legati in Africam maturantes veniunt.* i. e. iter festinant. ubi ad hanc vim verbi animum non advertisse liquet Cortium. Wopkens. — Saxo lib. XIV. pag. 314. 10. *ad locum, cui nomen Ostrozno, citata navigatione profectus.* Abr. Gronov.

5. Victori se tradidit. Vincentius, *reddidit.* Abr. Gronov.

6. Subornat ... qui .. accusarent. Videri posset scribendum *subornavit .. qui .. accusarent*, vel *subornat .. qui .. accusent*, quomodo habet Dorv. 2. Sed has temporum mutationes cum Livio aliisque amavit Noster. Lib. XXXV. 1. subornant *Balam .. qui Sy-*

riae regnum, velut paternum, armis repeteret. Lib. XXXVIII. 2. subornat *puerum . . qui a senatu Romano paternum regnum* peteret. Sic lib. XXXIX. 1. 4. Adde quae ad lib. XXXVII. 4. 4. Wopk.

Sed Olympias. Coniunctio adversativa mihi plane otiosa hic videtur, nihil certe habet, ad quod commode possit referri. Suspicor autem natam ex postrema syllaba vocis praecedentis. Scheff. — Hoc est, Tunc Olympias, vel, Olympias autem. Hic usus coniunctionis *sed* tralaticius adeo est, ut illius immemorem fuisse Schefferum mirandum sit, dum *sed* eliminandum coniicit. Wopkens.

Veste regali. Hoc exemplo Cleopatra *maximos induta cultus* ad mortem se paravit: Florus IV. 11. 20. Sed et Romani proceres, urbe a Gallis occupata, *augustissime vestiti, hostium adventum obstinato ad mortem animo exspectant:* Liv. V. 41. 2. Et Varus, *cum se insignibus honorum velasset, iugulatus est:* Paterc. II. 71. 5. Ita de Philocle Atheniensi Plutarchus in Lysand. cap. 23. Quin etiam viri militares in aciem ad extremum discrimen ituri morem hunc observarunt, ut olim Persae, de quibus Curtius V. 9. 2. et patrum memoria Scrinius heros, fortissime ad Sigethum occumbens. Thuan. lib. XXXIX. pag. 382. Socrates tamen hausturus cicutam, oblatum ab Apollodoro talem cultum animo magno vereque philosophico respuit: Aelian. Var. Histor. I. 16. Bernec. — Morituros curavisse ut honeste caderent, pluribus exemplis ostendit Magius Miscell. II. 21. Vorst. — Etiam Dorv. 1. et 2. ut plures alii MSS. editioque Iuntina, *in veste regali.* Et solent ita praepositiones *in* et *cum* ablativo istius modi adiici, quae tamen nec raro omittuntur. Atque hoc modo Noster maluit lib. XIX. 3. *Inter haec procedit inops e navi sua imperator, sordida servilique* tunica, *discinctus.* Lib. XX. 3. *Duo iuvenes . . coccineis* paludamentis *pugnare visi sunt.* Lib. XXIV. 3. *Scissa* veste *et crinibus sparsis . . in exilium abiit.* Livius V. 22. *Iuvenes pure lotis corporibus, candida* veste *. . venerabundi templum iniere.* et Epitoma LXVII. *Marius triumphali* veste *in senatum venit.* Cicero post Red. in Senatu cap. XII. *In meo periculo senatus* veste *mutata fuit.* et Tuscul. I. 48. *Qui se in medios immisit hostes* veste *famulari, ne posset agnosci, si esset* ornatu *regio.* Plautus in Poenulo V. 5.

Sane genus hoc muliebrosum est tunicis *demissitiis.*

Tibullus I. eleg. 9. 70.

Heu! miserum laxa quid iuvat esse toga!

Sic enim malim legi, quam *Heu miserum! laxam quid iuvat esse togam!* Adde etiam, quae infra ad lib. XVI. 5. et XX. 3. de usu isto ablativi adnotabimus. Wopkens. — Ed. Rom. *cum veste reg.* Vincentius, *veste induta regali, d. a. i.* Utrumque ortum videtur ex interpretatione scripturae, quam repraesentant Med. sec. quint. Leid. Bodl. Coll. N. ed. Ald. Iunt. *in veste regali.* Ita Lucretius lib. II. vs. 236.

si plebeia in veste cubandum est.

Virgilius lib. IV. Aeneid. vs. 518.

Unum exuta pedem vinclis, in veste recincta,
Testatur moritura Deos.

Idem lib. V. 178.

madidaque fluens in veste Menoetes.

et VII. 167.

Nuntius ingentes ignota in veste reportat
Advenisse viros.

atque XII. 169.

puraque in veste sacerdos.

Livius lib. XLV. cap. 20. *quum primo in veste candida visi essent.* Lampridius in Commodo cap. 16. *ipse in pullis vestimentis praesidens.* Bion Idyll. I. vs. 7.

Μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι, Κύπρι, κάθευδε.

Auctor libr. Maccab. II. 11. 8. *ἐφάνη προηγούμενος αὐτῶν ἔφιππος ἐν λευκῇ ἐσθῆτι.* D. Lucas Euang. XX. 46. *περιπατεῖν ἐν στολαῖς.* et XXIV. 4. *δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις.* Idem Act. Apost. I. 10. *ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ.* X. 30. *ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ.* D. Iacobus Epist. II. 2. *ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι.* Aelianus lib. XVI. Hist. cap. 32. *Ἱππίαν δὲ καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι διαῤῥεῖ λόγος.* Herodianus lib. II. cap. 13. *αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι δαφνηφοροῦντες ἠπείγοντο.* et IV. 7. *ἐν χλαμύσιν, αἷς εἰώθασιν, ἀργύρῳ πεποικιλμέναις ἑωρᾶτο.* Idem IV. 11. *πᾶν δὲ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων ἄνθεσι τοῖς ἐπιχωρίοις κατεστεμμένον, ἐν ἐσθῆτι χρυσῷ καὶ βαφαῖς διαφόροις πεποικιλμένῃ.* Ita hunc locum optime emendavit H. Stephanus. Vulg. *κατεστεμμένον, ἐσθῆτι,* et *πεποικιλμένον.* Vide Eruditissimum Hemsterhusium ad Scholiasten Aristophanis Plut. vs. 1200. Abr. Gronov.

10. Percussores attoniti. Similia Noster XXXII. 1. 7. de Philopoemene. Plut. in Artax. cap. 47. de Dario. Curtius X. 8. 6. de Perdicca. Valerius Maximus II. 10. 6. de Mario. Sueton. 79. 2. de Augusto. Quibus ex historia recentiori nonnulla Piccartus adstruit Observat. VI. 1. Bernec.

11. Non refugientem gladium etc. *Οὐδεμίαν ἀγεννῆ καὶ γυναικεῖαν προεμένην ἀξίωσιν.* Diodorus XII. 51. cum quo haec comparanda, et quasi ex adverso ponenda sunt. Bongars. — Utrique contrarius Pausanias in Boeoticis pag. 553. 30. lapidibus obrutam tradit Olympiadem. Constantiae similis exemplum observavit in Troade Senecae actu V. Nob. Sebisius. Horat. I. Od. 37. de Cleopatra:

quae generosius
Perire quaerens, nec muliebriter
Expavit ensem. Bernec.

Nec vulnera, aut muliebriter vociferantem. Iuntae, *nec ante vulnera muliebriter vociferantem.* Graev. — Concinne editio Iuntina, teste Graevio, *nec ante vulnera muliebriter vociferantem.*

VORST. — MS. *sed et vulnera haud.* Iuntina, *nec ante vulnera muliebriter.* Mallem, *sed nec ad vulnera muliebriter.* Non enim non ante vulnera tantum, sed et dum vulneratur, inque ipsa morte fortiter se gessit. SCHEFF.

UT ALEXANDRUM POSSES ETIAM IN MORIENTE MATRE COGNOSCERE. In MSS. legebatur, *in moriente patre et matre.* unde nescio, an vere coniecerim, *Ut Alexandrum posses etiam in moriente, ut pariente, matre cognoscere.* Sensu optimo et verissimo. VOSS. — Ovid. Epist. IX. 151.

Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem.

et XII. Met. 620.

Ipse etiam, ut cuius fuerit cognoscere possis,
Bella movet clypeus. GRONOV.

12. INSUPER EXSPIRANS CAPILLIS ET VESTE CRURA etc. MSS. *Compsisse insuper* etc. Inde Sebis. rescribit: *Composuisse insuper exspirans capillos* etc. ingeniose, et, ut puto, vere. De Augusto Sueton. cap. 9. 1. *Supremo die, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi praecepit.* Notus Euripidis de Polyxena versus, quem refert Plinius lib. IV. Epist 2. Corneliae virginis Vestalis supplicium narrans: πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχημόνως πεσεῖν. Ovidius Fast. II. 833. de Lucretia:

Tunc quoque iam moriens, ne non procumbat honeste,
Respicit: haec etiam cura cadentis erat.

Quod genus exempla plura collegit Hieron. Magius Miscellan. II. 21. adde Plutarch. Cleomene cap. 53. BERNEC. — Quis dubitet legendum esse, ut in MSS. quibusdam esse testatur Bongarsius, *Compsisse insuper exspirans capillos?* Certe capillis crura tegere non potuit. Suetonius de Augusto prodidit, *supremo die petito speculo capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi praecepisse.* VORST. — MSS. quidam habent, *Compsisse insuper exspirans*, id quod probant. Sed an ista trucidatione tempus habuerit comendi capillos, ego nescio, multum certe dubito. Alii libri habent *conpresse*, alii *coperuisse.* Mihi vera lectio videtur: *Cooperuisse insuper exspirans capillis os, et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore eius indecorum videri.* Capillis non crura texit, verum os et vultum, ne in eo tristior morientis habitus conspiceretur contra decus mascule occumbere volentis. Ita plane Iulius apud Sueton. cap. 82. *Toga caput obvolvit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.* ut honeste caderet, duas partes putavit velandas, inferiores et superiores, seu quod idem est, crura atque caput. Similiter Pompeius apud Lucanum:

ubi vidit cominus enses,
Involvit vultus.

Veteres apud Nostrum habuisse *os* constat, quod in quibusdam legitur, non *capillis*, sed *capillos.* id enim factum, quia iunctim scripserant imperiti librarii *capillisos*, quod alii per emendationem

factum credidere, ac pro *capillis* scribendum *capillos.* SCHEFF. — Quomodo capillis crura teguntur? MSS. *capillos.* Unde Schefferus, *exspirans capillis os, et veste crura contexisse fertur.* Nescio, cur os texerit. Forte scripsit Iustinus, *exspirans papillas veste et crura contexisse fertur.* GRAEV. — Omnino cum Vorstio ex quibusdam MSS., quibus conveniunt etiam Dorv. 1. et 2. rescribo *compsisse insuper exspirans capillos* etc. Neque hoc tam intellectu difficile, quam Graevio videbatur, Olympiadem post accepta vulnera, ut veste crurum contegendorum, ita confusorum in trucidatione capillorum quodammodo in ordinem redigendorum, curam habere potuisse: haud enim statim mortuam esse liquet, ut non sic corporis cultui consulere posset. WOPKENS. — Quint. Leid. *capillos.* Med. *confisse insuper exp. capillos.* Magl. Periz. *confixa ins. exp. capillos.* sec. Leid. *confixa igitur exp. capillis.* pr. quart. *compresse ins. exp. capillis.* Bodl. *consumpsisse ins. exp. capillis.* Coll. N. Thuan. *compsisse insuper exspirans capillos.* ed. Rom. *confisse insuper exp. capillos.* Vincentius lib. VI. cap. 10. *comprimens se, insuper exspirans, capillo et veste cr. c. f.* Placet scriptura Magl. et Periz. atque coniectura Schefferi pro *capillos* emendantis *capillis os.* Virgilius lib. XI. Aen. vs. 883.

atque inter tuta domorum
Confixi exspirant animas. ABR. GRONOV.

13. THESSALONICEN, REGIS ARIDAEI FILIAM. Thessalonice erat Philippi τοῦ Ἀμύντου filia, et Alexandri ἀδελφὴ ὁμοπάτριος. Diodorus XIX. 35. Pausanias in Boeoticis. et auctor eam supra XIV. 6. 3. *Olympiadis privignam* vocavit. Iustino imposuit, quod Trogus forte *regis Philippi filiam* scripserat: et Aridaeus *Philippus* post mortem Alexandri cognominatus est. BONGARS. — Falsum hoc vel illud arguit, puod paulo ante *claram Philippi patris nomine* fuisse scribit; quodque Diodorus filiam Philippi Amyntae XIX. 35. et Alexandri sororem XIX. 52. vocat. Error igitur non ipsius Iustini, sed eorum qui expositionis causa aliquid in margine adiecerunt, fuisse videtur. Cum Iustinus, ut supra, scripsisset *regis Philippi filiam*, commentatoresque scirent, Aridaeum et Philippum vocatum fuisse, Aridaeum hic designari crediderunt; cumque id in margine primum notatum esset, irrepsit tandem in contextum. VORST

UXOREM DUCIT. Med. pr. sec. quart. quint. Leid. *duxit*, nec aliter ed. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XV.

CAP. I.

1. PERDICCA ET FRATRE EIUS. Antiquiores editiones addunt *Alceta:* nec male, ut videtur. Sequitur enim mox *Eumene.* Et

nisi *Alceta* diserte adiectum fuerit, frater Perdiccae fuisse videri possit Eumenes. *Alcetae* mentio et supra XIII. 6. 16. et 8. 10. VORST. — *Alceta* in Iuntina quoque conspicitur. GRAEV. — Ed. Ienson. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. addunt *Alceta*. ABR. GRONOV.

EUMENE ET POLYPERCHONTE etc. Victum fuisse Polyperchontem a Cassandro, cum hic in Macedoniam venit, ex vetere prologo proximi superioris libri sciri posse paulo ante diximus. Diodorus XIX. 36. scribit, maiorem eius militum partem largitionibus corruptam fuisse, cum Callas a Cassandro missus proxime eum castra in Perrhaebia posuisset, et XIX. 52. cognito interitu Olympiadis cum exiguo comitatu in Aeoliam concessisse; et XX. 28. Herculem Alexandri M. ex Barsine filium Pergamo in regnum Macedoniae reducere voluisse, verum a Cassandro sollicitatum et spe magna impletum interfecisse eum, cumque Cassandro amicitiam ac societatem iniisse, cuius beneficio aliquot millium exercitum ab eo obtinuerit. Quia tamen Noster occisum scribit, coniicere licet, tandem rursus offensum Cassandro, atque ita ab eodem interfectum fuisse. VORST.

2. POSTULANTIBUS. Legatione missa, de qua Appianus Bell. Syr. pag. 121. E. BERNEC.

UT PECUNIA IN PRAEDA CAPTA. Hoc suspectum mihi. An enim pecunia in praeda esse potest non capta? Puto plane vocem *capta* glossatoris esse, quae explicabat antecedentes *pecunia in praeda*. SCHEFF. — Futilissima ratio erat, cur Schefferus vocem *capta*, tamquam glossatoris commentum, eliminandam putaret, quia *in praeda* esse alia *pecunia*, quam *capta*, nequeat. *In praeda capi* dicitur pecunia, ut lib. XIV. 4. *Redditis quae in victoria ceperat*. et *praeda* hic, ut passim, praedandi actum denotat. WOPKENS.

ANTIGONUS NEGAVIT etc. Fabius, *quam arborem conseruisset, sub ea fructum alios legere, indignum esse* dixit: Liv. X. 24. 8. Nec aliter Pompeius apud Strabonem lib. XII. pag. 384. 30. BERNEC.

IN CUIUS PERICULUM SOLUS DESCENDERIT. Angl. *pericula*, quod respondet elegantius praecedenti *praemia*. SCHEFF. — Coll. N. *pericula*, nec male. ABR. GRONOV.

3. ET UT HONESTUM etc. Lepidus apud Sallustium Hist. III. 4. 17. *Dicta alia: sed certatum utrinque de dominatione*. Polybius egregie lib. III. 6. m. BERNEC.

ALEXANDRI FILIUM CUM MATRE OBSIDIONE AMPHIPOLITANA LIBERARE. Filius ille Alexandri et ipse *Alexander* vocatus fuit: et primo cum Olympiade avia, et Roxane matre Pydnam delatus; deinde occisa avia cum matre Roxane in arcem Amphipolitanam custodiendus missus fuit a Cassandro, ut ex XIV. 6. 2. et 13. intelligi licet. Ea igitur custodia et captivitate liberare Antigonus eum voluit. Ipsam captivitatem et custodiam Noster *obsidionem* dicit: quomodo et infra XXXIX. 1. 1. VORST.

6. ASIAM ET PARTEM ORIENTIS OCCUPAVERAT. MSS. mei, *et partes Orientis occupaverat:* quomodo amat loqui Iustinus. sic enim

et I. 7. 7. *Croeso et vita et patrimonii partes, et urbs Barce concessa sunt.* Modius. — MSS. Modiani et unus Bongarsii, *Asiam et partes Orientis;* quod placet prae hactenus edito, *partem Orientis.* Sic enim auctor etiam I. 7. 7. et alibi loquitur. Bernec. — *Asiam et partes Orientis.* Ita MSS. Fuldenses, quibus accedunt Magl. pr. quart. Leid. Thuan. Bongars. Hegesippus lib. I. cap. 9. *dum regni eius partes invadere coepit.* et cap. 25. *cum esset in partibus Iudaeae.* D. Matthaeus Euang. II. 22. ἀνεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. XVI. 13. Ἐλθὼν δὲ Ἰησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου. D. Lucas Act. Apost. II. 10. κατοικοῦντες Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην. Herodianus lib. VI. Hist. cap. 5. ὡς ἄρα φαίνοιτο Ῥωμαίων στρατὸς ἕτερος ἐν τοῖς ἑῴοις μέρεσι Παρθυαίων. Abr. Gronov.

Apud Gamalam. Legendum *Gazam* ex Diodoro XIX. 94. Plutarcho in Demetr. cap. 6. Appiano in Syriaca, et huius libri Periocha. Meminit huius proelii Pausanias in Atticis, quo loco Ptolemaei res gestas breviter et accurate recenset. Bongars. — Bongarsius legit *Gazam*, ex Diodoro et aliis. Puto tamen Iustinum scripsisse *Gamalan.* Proxima enim est urbs haec Gazae. Quippe in Idumaea est. Noli hanc confundere cum Gamala Phoeniciae. Etiam *Gabala* sive *Gebala* appellatur, ut testatur Stephanus. Unde portio Idumaeae dicta est Gabalene. Sexcentis autem nominibus τὸ μ in β mutatum est, et contra: ut *Amantes Abantes*, μύρμηξ βύρμηξ, τέρμινθος τερέβινθος. Sic quoque e Graeco βουνὸς Latini fecere *mons.* Voss. — Praeclare Isaacus Vossius *apud Gamalan* emendavit. Quod stabilitur a Iuntis, in quibus plane *apud Gamalam.* Graev. — Bongarsius, *Gazam.* Ill. Vossius, *Gamalan*, quae olim ad Gazam erat. Id firmat editio Iuntarum, quam clarissimus ille Vossius non viderat, cum Notas suas scriberet. Tamen in minori Epitome plane legitur *Gazam.* Minorem Epitomen voco Prologos illos, seu periochas Trogi Pompeii. Faber. — Editur vulgo *Galaman.* pro quo tamen *Gazam* legendum ex vetere Prologo huius libri et ex Diodoro coniecit Bongarsius. At Vossius literis modo transpositis legendum putat *Gamalam:* quae urbs proxima Gazae in Idumaea fuerit, aliter *Gabala* vel *Gebala* dicta. et ut ille coniecit, ita editionem Iuntinam manifeste habere testatur Graevius. Vorst.

Gamalam. Sic coniecit primum Vossius, post Graevius reperit in Iuntina, unde Vorstius recepit in textum. Scheff.

7. Maior Ptolemaei moderationis gloria. Thrasybulus *insignem victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit:* Val. Max. IV. 1. Acilius Cos. *multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior:* Liv. XXXVI. 21. 3. Quia praesertim alias *Victoria natura insolens, et superba est:* Cicero pro Marcello cap. 3.

regi fraenis nequit
Et ira, et ardens hostis, et Victoria,

Gladiusque felix, cuius infecti semel
Vecors libido est.

Seneca Troad. vs. 278. etc. BERNEC.

8. NON SOLUM CUM SUIS REBUS DIMISIT, VERUM ETIAM A. I. M HONORAVIT. Ita rectissime antiquiores typis expressi. Bongarsius τὸ *honoravit* expunxerat, inque eius locum τὸ *dimisit* transtulit: eumque secuti sunt alii. Illud *non solum* argumento est non unum, sed duo verba oportere sequi. VORST. — *Dimisit* non est in Iuntina sed *honoravit*. Verum cum nec in suis membranis Bongarsius, nec Angli id vocabulum invenerint, vereor ne sit pannus male adsutus. GRAEV. — Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *cum s. rebus dimisit, verum etiam a. i. muneribus honoravit.* ABR. GRONOV.

PRIVATUM OMNE INSTRUMENTUM. Τὴν βασιλικὴν ἀποσκευήν. Diodorus XIX. 25. BONGARS.

ADIECTO HONORE VERBORUM. Cicero lib. X. ad Fam. Epist. 13. *Nihil praetermisi in ornando, quod positum est aut in praemiis virtutis, aut in honore verborum.* Livius lib. XXVIII. cap. 4. *Scipio, collaudato fratre cum quanto poterat honore verborum* etc. et XXXVII. 37. *Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos praeferentibus.* Suetonius Aug. cap. 66. *Amicorum suprema iudicia morosissime pensitavit, neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem verborum; neque* etc. ABR. GRONOV.

9. PRAEMIA CORRIPUISSET. *Corripere* hoc loco notat, malis artibus intervertere. Cic. pro Balbo 25. *Pecuniam L. Cornelii, quae neque invidiosa est, et quantacunque est, eiusmodi est, ut conservata magis quam correpta esse videatur.* et Suet. Ner. 6. *Correptis per coheredem Caium universis bonis.* et Domit. 12. *Bona vivorum et mortuorum usquequaque, quolibet et accusatore et crimine corripiebantur.* GRONOV. — Valerius Max. IX. 4. Ext. *anxiis sordibus magnas opes corripere.* et IV. 8. Ext. 2. *In eroganda potius, quam corripienda pecunia occupatus.* Sic enim legendum ibi in Notis ad eum loc. docuimus. Tacitus quoque Ann. XIII. *corripere pecunias* dicit. VORST. — Magl. *diripuisset*, quod ex glossa ortum videtur. *Corripere* enim pro intercipere et diripere usurpari docet Avus ad h. l. et lib. IV. Observatt. pag. 30. ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. CASSANDER AB APOLLONIA. Mirum quam multa in hoc libro cavillationibus pateant, si quis studiosus reprehensor existat, cum paullo superius praedae meminerit, et dividendarum provinciarum, nec addit de qua praeda loquatur, nec de quibus regionibus. Hic vero cum tot sint Apolloniae, non dignatur dicere, a qua Apollonia redierit, aut ubi Abderitae ei obviam venerint. Nec minus mirum quomodo Cassander unam civitatem a ranis devictam, ne Macedo-

niam occuparet, timuerit, cum tantus ipse terror Graeciae esset, ut Lacedaemonii Spartam muro cinxerint, ut superiore scripsit libro. Item hic Herculem ac Barsinen, quam superiore libro Roxanem nominavit, terra obruerit Cassander, ne *caedes sepultura proderetur*, inquit, quasi sepultura non sit. GLAREAN.

AUTARIATAS. Hi videntur esse, quos Diodorus XX. 19. pr. *Autariatas* vocat, a Perdicca iuxta Orbitaum Paeoniae montem collocatos. FREINSH. — Vide Photium 1358. Appian. pr. Illyr. BERNEC.

ABDERITAS. Sic quidem et Orosius corruptis Iustini codicibus deceptus. Sed legendum cum Freinshemio *Autariatas*. De iis enim haec refert non solum Diodorus Siculus, sed et Phanias, Aristotelis discipulus, amicus Theophrasti apud Eustath. ad Iliad. I. et Heraclides Lembus apud Athen. VIII. 2. Autariatarum sedes fuit in finibus Dardaniae et Paeoniae. vid. Strab. XVII. Abderitas vero coactos fuisse ranarum vi migrare, patriamque relinquere, nemo veterum tradidit. Quin Abdera diu post floruit veteribus incolis, imprimis Democrito illustris. GRAEV. — Saxo lib. II. pag. 21. 25. *Inde profectus, in Trannonem Rutenae gentis tyrannum incidit*. Freinshemius pro *Abderitas* verissime ex Diodoro restituit *Autariatas*. Iidem *Αὐταριάται* dicuntur Straboni lib. VII. pag. 313. 315. et seqq. *Ἀφθαριάται* Agatharchidae cap. 26. et Appiano de Bell. Illyr. pag. 1196. quem ad h. l. laudat Berneccerus, *Αὐταριέες* et *Αὐταριαῖοι*. *Αὐτωριάται* Aeliano lib. XIII. de Nat. Anim. cap. 41. Med. sec. quint. Leid. *Audariates*. ABR. GRONOV.

RANARUM MURIUMQUE MULTITUDINEM. Plinius lib. VIII. cap. 29. ab ranis civitatem in Gallia pulsam memorat, si modo locus mendo caret: de muribus lib. X. cap. 65. BONGARS. — Idem Plinius VIII. 57. ex insula Gyaro fugatos a muribus incolas, ex Theophrasto refert. Pontan. Progymn. IV. 26. Scalig. Exercit. 188. 2. BERNEC.

RELICTO PATRIAE SOLO, SEDES QUAEREBANT. Med. quatuor Leid. Bodl. Coll. C. C. ed. Ald. Iunt. *patrio solo*. Ita infra XVII. 3. 3. ex octo MSS. et ed. Rom. *relicto patrio solo*. XXXVIII. 10. 7. *Nihil Parthis reliquum praeter patrios fines fuit*. Florus lib. II. cap. 6. *desiderio patrii soli*. Sulpicius Severus lib. I. Hist. Eccles. cap. 7. *in solum patrium rediturus*. Magl. *novas quaerebant sedes*. ed. Rom. *novas s. q.* ut XX. 5. 7. *His autem Gallis causa in Italiam veniendi, sedesque novas quaerendi* etc. et XXIV. 4. 1. *ad sedes novas quaerendas*. ABR. GRONOV.

2. AGROSQUE IIS ULTIMOS MACEDONIAE ADSIGNAT. Med. tert. quint. Leid. *agrosque his*. Ed. Rom. *assignavit*, et cum Bechar. Ven. Flor. *agrosque iis ultimis M. finibus*. Ald. Iunt. MS. Magl. *iis in ultimis M. f. assignat*. Paulo ante pro *recepit* Med. sec. Leid. Ald. Iunt. dant *recipit*, quomodo etiam Faber edidit. ABR. GRONOV.

3. HERCULES. Quem reducere in regnum tentabat Polyperchon: eum tamen a Cassandro corruptus, interemit, annos natum *ἑπτακαίδεκα*. Diodor. XX. 20. et 28. quomodo hic reponendum

arbitror. Iam enim annos *quindecim* desierat esse Alexander M. et ex XVII, quinarii nota male iuncta aut negligenter expressa levi errore fit XIV. Pausanias in Boeoticis Herculem et Alexandrum, Alexandri M. filios, a Cassandro veneno sublatos refert. BONGARS.

QUI FERE ANNOS. Voculam *fere* non agnoscunt nostri quatuor aliique plures codices. Solet tamen ita πλεονάζειν. lib. XXII. 4. *Eosque et maiorem partem* ferme *militum navibus imponit.* Hegesippus II. 14. *Necatis octo millibus virorum et quadringentis* fere *amplius.* Sulp. Severus H. I. 40. *Quarto* fere *imperii anno primum fundamentum iecit.* Velleius II. 4. *Decessit anno ferme* LVI. Eutropius IX. 23. *Achilleum octavo* fere *mense superavit.* Adi etiam Nic. Heinsium ad Ovid. Epist. XVIII. 59. WOPKENS. — In Magl. sec. tert. Leid. Bodl. Coll. C. C. ed. Rom. Ald. Iunt. particula *fere* desideratur. Vide Bongarsium. Ven. *qui poene*, Ienson. Bechar. Med. *qui per a.* ABR. GRONOV.

OCCIDI EUM TACITE CUM MATRE BARSINE IUBET. Alter Alexandri M. filius, et ipse Alexander, ut cum matre Roxane obtruncaretur, Glauciae praefecto custodiae Cassander imperavit, ut ex Diod. Sic. XIX. 105. scire licet. At Herculem cum matre Barsine occidi iubere non potuit; sed ut hoc fieret, prius magnis pollicitationibus Polyperchontem, qui Herculem in regnum Macedoniae restituere studebat, solicitare atque inducere necesse habuit: ut ex Diodori XX. 28. constare potest. VORST.

CORPORAQUE EORUM TERRA OBRUI, NE CAEDES SEPULTURA PRODERETUR. Haesit hic aqua Glareano, sed per *sepulturam* hic intelligitur exustio cadaveris in rogo, ut pluribus ostendit Amplissimus et Clarissimus Cuperus Observat. I. 7. GRAEV.

5. ALTERUM QUOQUE FILIUM CUM MATRE ROXANE. Factum hoc iam ante fuerat, ut ex serie historiae, quam modo ex Diodoro ostendimus, constare potest. VORST. — Georgius Syncellus pag. 264. Ῥωξάνην σὺν Ἀλεξάνδρῳ παιδὶ πεμφθεῖσαν εἰς Ἀμφίπολιν Σέλευκος Νικάνωρ ἀφανίζει, Κασάνδρου κελεύσαντος, ὥς φασι. Pro *Rhoxane* igitur legendum *Barsine*, et paullo ante, ut Vorstius monuit ad XIV. 6. 2. *ne Alexander Al. f.* et *cum matre Rhoxane.* ABR. GRONOV.

6. NAVALI PRAELIO ITERATO. Fuit ergo et superius proelium navale. At hoc Noster non dicebat, et contrarium testatur Diodorus lib. XIX. Corruptus igitur locus et distinctione sanandus, hoc modo: *interea Ptolemaeus cum Demetrio, navali praelio, iterato congreditur.* Vocabulum *iterato* non ad *praelio*, sed *congreditur* referendum. Est autem *iterato congredi*, secunda vice, altero proelio pugnare. Ita saepe Noster, ut lib. V. cap. 4. *Cum bellum Lacedaemonii a mari in terram transtulissent, iterato vincuntur.* SCHEFF.

AMISSA CLASSE. Plutarchus in Demetrio cap. 18. Diod. XX. 50. et seqq. BONGARS.

7. FILIUM PTOLOMAEI LEONTISCUM. Athenaeus lib. XIII. cap. 5. pag. 576. *αὕτη ἡ Θαΐς καὶ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον καὶ Πτολεμαίῳ ἐγαμήθη τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι Αἰγύπτου, καὶ ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον Λεοντίσκον καὶ Λάγον, θυγατέρα δὲ Εἰρήνην.* ABR. GRONOV.

AEGYPTUM REMITTIT. Magl. *in Aegyptum remittit.* ABR. GRONOV.

8. ET UT APPARERET. MSS. coniunctionem *et* non agnoscunt. Sed et in ceteris distinctio videtur parum apta. Vellem eam fieri hoc modo: *Aegyptum remittit, ut appareret, eos non odio, sed dignitatis gloria accensos. Donis muneribusque inter ipsa bella contendebant, tanto honestius tunc bella gerebantur, quam nunc amicitiae coluntur.* SCHEFF. — Eatenus quidem Viro doctissimo adstipulari non dubito, qua coniunctionem *et*, fide MSS. adductus, delet. At novam, quam ipse tradidit, distinguendi rationem non possum non reiicere. nam primo durius nescio quid sonare videtur omissum verbum *esse*, post *accensos.* deinde verba *contendebant* et *gerebantur* nullo modo coniungi possunt, sed illud respicit ea, quae in superioribus exposita in praesenti fuerunt. Denique epiphonemata in Iustino semper, quod sciam, praecedente puncto reperiuntur. e. g. lib. II. cap. 10. n. 11. *tanto moderatius tum fratres inter se regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur.* lib. XII. cap. 11. n. 9. *tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi supplicii constantiam disciplina militaris dabat.* Quid? quod in hoc ipso capite, ex quo verba dubia desumta sunt, simile reperitur exemplum n. 14. *tanta in illis verecundia fuit, ut cum opes regias haberent, regum tamen nominibus aequo animo caruerint, quoad Alexandro iustus heres fuit.* Ut igitur coniecturam meam de hoc loco paucis aperiam, suspicor verbum *contendebant* mutandum esse in *contendere*, propterea quod rudis scriba facile existimare potuit infinitivum hic pro imperfecto positum esse more historicis perquam usitato, deceptus forsitan voce, quae sequitur, *gerebantur.* Hac enim ratione omnia erunt plana, nec quicquam vel in orationis seriem, vel in Grammaticen offensum reperietur. DRESIG.

DEMETRIUS FILIUM . . REMITTIT: ET UT APPARERET etc. Potest hoc accipi per traiectionem, ut si scripsisset Noster, *et donis m. i. i. b. contendebant, adeo ut appararet eos . . accensos.* quomodo Livius XLIV. 2. *Deinde, adeo ut obtorpuisse inops consilii videretur, cum equitibus expeditis nunc Heracleum, nunc Philam percurrebat.* id est, deinde cum equitibus . . percurrebat, adeo ut etc. et cap. 38. *Idem postea, ita ut transisse in sententiam meam videri posset, tacuit.* Idem Epit. LXXIII. *Et, ut varia fortuna belli esset, Aesernia colonia cum M. Marcello in potestatem Samnitium venit.* Nulla autem ratio idonea est, cur cum Scheffero legamus . . *remittit, ut appareret eos . . accensos. Donis muneribusque i. i. b. contendebant: tanto honestius* etc. aut cum Dresigio in Actis Lips. . . *remittit, ut appareret eos . . inter ipsa bella con-*

tendere. Frequentissima autem eiusmodi temporum enallage est *remittit: et . . contendebant*, pro contendunt. WOPKENS.

9. TANTO HONESTIUS TUNC etc. Epiphonema simile supra II. 10. 11. BERNEC.

QUAM NUNC AMICITIAE COLUNTUR. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *quanto nunc.* ABR. GRONOV.

10. 11. 12. Probus in Eumene fin. *Nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed praefectus: iidem post huius occasum, statim regium ornatum nomenque sumserunt.* Lege Plutarch. in Demetr. cap. 20. Diodorum XX. 54. et Appianum Syriac. pag. 122. m. BONGARS. — Horum exemplo Agathocles se quoque ultro Regem nominavit, quod potentiae suae praeter eum titulum nihil deesse videret: Diodor. XX. 55. Is quippe iure gentium Rex est, qui superiorem non agnoscit. Quod autem iure communi obtineri potest, frustra ab alio petitur. Quod qui faciunt, male consulunt suae maiestati, fascesque submittunt alienae potentiae, ut apparet ex Tacit. Annal. II. 2. et XI. 16. et XII. 14. BERNEC.

10. REGEM SE CUM DEMETRIO. Magl. *regem se clam cum D.* ABR. GRONOV.

12. REGIAM SIBI MAIESTATEM VINDICAVERUNT. Coll. N. *r. sibi assumunt potestatem.* ABR. GRONOV.

14. TANTA IN ILLIS VERECUNDIA FUIT. Coll. N. *tanta illis verecundia erat:* ut infra XVIII. 4. 9. *quibus par odium in regem esse arbitrabatur.* ubi Florent. Ald. *in quibus.* *Erat* etiam dant Med. Magl. quatuor Leid. Periz. Bodl. ed. Rom. Ald. Iunt. ABR. GRONOV.

HAERES FUIT. Med. sec. quint. Leid. Bodl. Iunt. *foret.* ABR. GRONOV.

15. CARPI SE SINGULOS. Vide Notam ad VIII. 1. 2. BERNEC.

NON COMMUNE UNIVERSORUM BELLUM DUCUNT. Hic *bellum ducere* simpliciter est pro *bellum gerere*, ut in illo Virgilii IX. Aeneid.

Qui bellum assidue ducunt cum gente Latina.

Vide et libellum nostrum de Latinit. f. susp. cap. 14. Saepius tamen idem est quod bellum extrahere; et quidem apud optimos Latinitatis auctores. VORST. — Explicant, *bellum gerunt.* At mihi *ducere* hic idem videtur ac *putare*, *credere.* ut sit sententia, carpi ab Antigono, quia singuli perperam habeant persuasum, bellum, quod gerit cum altero, ad se nil pertinere, ideo nec necessum esse, ut auxilium alteri ferat. SCHEFF.

16. TEMPUS, LOCUM. Angl. *tempus et locum.* Placet. SCHEFF. — *Tempus et locum.* Ita Magl. Coll. N. Thuan. sed Ald. Iunt. *tempus locumque.* ABR. GRONOV.

CAP. III.

1. LYSIMACHUS. Agathoclis filius, unus e custodibus Alexandri. Vide Pausaniam in Atticis. Plin. VIII. 16. Curtius VIII. 1. 22.

quae hic (num. 8.) de Lysimacho leoni obiecto referuntur, *fabulam* vocat. Bongars. — Plinius tamen d. l. verisimilia putat: ac pro veris narrat Seneca de Ira III. 17. et de Clement. I. 25. Anno certe Christi MCCLXII. Hermannus Grun, Consul Coloniensis, leoni per insidias a Canonicis obiectus, eodem fere modo salvus evasit. Munst. Cosm. Bernec.

Illustri quidem Macedoniae loco natus. Saxo lib. I. pag. 8. *Ringo splendido Sialandiae loco natus.* lib. XIV. pag. 293. 42. *quidam claro Saxonum loco natus.* Abr. Gronov.

2. Philosophia ipsa. Praetulerim, quod habent MSS. Bongarsiani, *philosophiam ipsam.* non infrequente bonis auctoribus hyperbole. Bernec. — Ego quoque cum Cl. Berneccero e MSS. *philosophiam ipsam* puto scribendum; intelligendum autem de Callisthene, qui ferre calamitatem suam adeo non potuit, ut praebitum sibi a Lysimacho venenum mallet sumere, quam diutius cum tanta miseria vivere. Scheff. — Tert. quart. quint. Leid. Bodl. Periz. Coll. C. C. *philosophiam ipsam*, quod vulgato praeferunt Berneccerus et Schefferus. Abr. Gronov.

3. Conscium fuisse iratus finxisset. Gronovius in lib. III. Observat. mallet, *ratus vinxisset*, id est, in vincula coniecisset: id quod vero nec absimile est. Vorst. — Dorv. 3. *fuisse ratus fuisset;* alii *fuisse ratus esset:* et prisci editi, *fuisse ratus finxisset.* Unde Gronovio placebat legi *fuisse ratus vinxisset.* At innocentiam Callisthenis Alexandro satis constitisse, ipsumque ab Alexandro dolo malo insidiarum insimulatum fuisse, quod interpellatum ab ipso salutationis Persicae morem indigne ferret; hoc satis indicat Iustinus, cum statim subiicit, *Lysimachum misertum* fuisse *tanti viri, non culpae, sed libertatis poenas pendentis.* uti et lib. XII. 7. dixerat, philosophum, quod Alexandrum adorare nollet, cum multis Macedonum principibus *sub specie insidiarum*, interfectum fuisse. *Iratus* igitur, sive ulcisci Callisthenem volens, *finxerat* Alexander, hominem hunc insidiarum, quae in regem factae erant, fuisse conscium. Wopkens.

3. 4. 5. 6. De morte Callisthenis variat Plutarchus in Alex. cap. 98. et Arrianus lib. IV. itemque Diogenes Laërtius in Aristot. Bernec.

Eumque, truncatis crudeliter omnibus membris. MS. Duisburg. teste Cl. Dukero ad Livium lib. XXXI. cap. 34. *et crudeliter omnibus laniatum membris.* Abr. Gronov.

Abscisisque. Ita vett. libros habere confirmat Ob. Giphanius in Observat. Ling. Lat. pro quo vulgati, *abscissisque.* Liv. XXXI. 34. 4. *brachiis abscisis.* Val. Max. VIII. 3. fin. *hereditas abscisa.* Bernec. — Haud male priscae editiones, suffragantibus itidem Dorv. 2. et 3. *abscisisque*, uti etiam videbatur Berneccero. Consule Clariss. Arntzenium ad Victor. Epit. cap. XXIII. 3. Wopkens. — Med. quart. Leid. Thuan. Periz. *abscisisque auribus.* Ita apud Macrobium lib. I. Comm. in Somn. Scip. cap. 2. in tribus MSS. An-

glicanis legitur: *Saturnus pudenda Coeli patris abscidens.* Vulg. *abscindens.* Confer N. Heinsium ad Prudent. Apoth. vs. 945. et Avum ad Livium lib. XLIV. cap. 5. ABR. GRONOV.

5. INSUPER CUM CANE IN CAVEA CLAUSUM etc. Suidas: *Καλλισθένης Δημοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένυς, Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς, ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾶ βαλὼν ἅμα Νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης.* De morte Callisthenis alii alia tradunt. Vide Freinshemium ad Curtium VIII. 8. 21. ABR. GRONOV.

6. TUNC LYSIMACHUS AUDIRE. Post *Lysimachus* ponendum comma. Non enim tunc audiebat eum, cum esset clausus cavea, sed iam olim liberum adhuc et in exercitu versantem. SCHEFF.

LIBERTATIS POENAS PENDENTIS. *Libertas* pro libertate loquendi. Sic saepe et alii. Vide Notas in Val. Max. VI. 1. VORST.

VENENUM EI IN REMEDIUM CALAMITATUM DEDIT. Scripsisse videtur auctor, prout cum ed. vetere Franeq. et Dorv. 2. 3. referunt, *venenum ei in remedia c. d.* Sic lib. XII. 10. *Regi monstrata in* remedia *veneni herba est.* et cap. 13. *ut ferrum in* remedia *posceret.* ubi Dorv. 3. *in remedium.* Saepius ita plurali pro singulari usum Iustinum, monuimus. WOPKENS. — Med. quatuor Leid. Periz. et Vincentius lib. V. cap. 46. *in remedia.* Med. quart. quint. L. *calamitatium:* idemque dant MSS. ed. Bongars. aliaeque infra XVI. 4. 5. ABR. GRONOV.

7. FEROCISSIMO etc. In MSS. est *perferocissimo.* Num Iustinus scripsit *perferoci*, aliusque id dein per *ferocissimo* exposuit? Ita mihi quidem videtur. SCHEFF. — Etiam Franeq. ut alii MSS. *perferocissimo leoni.* Mallem *praeferocissimo*, ut *praevalidissimum* dixit Salvian. Gub. VI. pag. 201. Sed praeferendum *ferocissimo.* WOPKENS. — Coll. C. C. ed. Rom. *perferocissimo leoni.* ABR. GRONOV.

8. CUM AD CONSPECTUM EIUS CONCITATUS LEO IMPETUM FECISSET. Ita Vincentius: verum Med. Magl. Periz. ed. Ienson. Rom. Bechar. aliaeque, *concitus.* Seneca Hippolyto vs. 901.

Hi trepidum fuga
Videre famuli concitum celeri pedem.

Statius lib. IX. Theb. vs. 110.

Ipse nec ira retro, nec in obvia concitus arma
Exsilit.

Apuleius Florid. 22. *Tum cum eo equo per viam concito pervolant.* ABR. GRONOV.

ARREPTAQUE. Codex uterque Voss. *abreptaque.* GRONOV. — Mediceus, ed. Rom. Ald. Iunt. et Vincentius, *abreptaque.* quint. Leid. *abreptamque linguam.* ABR. GRONOV.

9. ADMIRATIO IN SATISFACTIONEM. Nihil temere muto. Dicam tamen, videri verba *tantae virtutis*, quae post sequuntur, hoc loco collocanda, cum praesertim *constantia virtutis* non satis commode

dicatur, quia constantia ipsa virtus est, nec pro virtute habendum, in quo nulla est constantia. SCHEFF. — Nollem, viro celeberrimo non satis commode dici *constantiam virtutis* fuisse visum, ideoque haec ita transponenda: *admiratio tantae virtutis in satisf. cessit; cavioremque eum propter constantiam habuit.* Livius Epit. lib. X. *Exercitum, qui iureiurando obstrictus, quo maiore* constantia virtutis *pugnaret, in aciem descenderat.* Hegesippus lib. III. 9. *Tanta erat Romanae* virtutis constantia, *ut* etc. cap. 18. *Alium ducis revocabat auctoritate et* virtutis constantia. et lib. IV. 1. *excitavit notae* virtutis constantiam. Capitolinus in Maximin. cap. 20. *Vita severior, prudentia gravior,* virtute constantior. Iul. Firmicus de Errore Prof. Rel. pag. 16. *O priscae* virtutis *laudanda* constantia, Symmach. III. Epist. 64. *Sed scio in amandis amicis maiorem* virtutibus *tuis inesse* constantiam. WOPKENS.

10. VELUTI PARENTIS. *Ut parentum saevitiam, sic patriae, patiendo ac ferendo leniendam esse,* dixit Marcus Livius apud Livium XXVII. 36. 12. Pub. Syrus:

Ames parentem, si aequus est: si aliter, feras.

quod praeceptum pulchre diffundit Epictetus Enchirid. cap. 37. Vide Arnisaeum de Republ. lib. I. pag. 276. f. BERNEC.

11. EXTURBATA. Bene MS. *extirpata.* BERNEC. — Placet lectio vulgata. Liv. VI. 21. *Haec nova iniuria exturbavit omnem spem pacis.* et Seneca in Hippol. 129.

Nefanda casto pectore exturba ocyus.

GRONOV. — Magis placet quod in Cod. quodam MS. esse testatur Bongarsius, *extirpata.* VORST. — Praeferunt *extirpata*, quod in MS. quodam legitur, me invito; est enim Plautinum genus hoc loquendi, quo Iustinus utitur. Plautus ita habet in Curcul. A. II. Sc. 1.

auscultes mihi
Atque istam exturbes ex animo argritudinem. SCHEFF.

CURSUS COMES. Fallor, aut Iustinus scripsit, *cursu comes.* Hoc enim singulare in Lysimacho, et simile fratri Philippo: pedum celeritate aequabat equum Alexandri. De Philippo clare Curtius lib. VIII. cap. 2. ubi habet historiam, quam Iustinus tangit. *Is pedes, incredibile dictu, per D stadia vectum regem comitatus est: saepe equum suum offerente Lysimacho.* Lysimachum peditem fuisse docent et sequentia. Nam si fuisset in equo, quid ita eum vulnerare potuisset rex in fronte cum desiliret equo demum, et non ante? Hastae cuspidem enim intelligere non ferramentum debemus quod est in capite, et quo pugnari solet, verum quod in imo manubrii, ut cum necesse est, erecta possit defigi in terra. SCHEFF.

INSECTANTI REGI . . . SOLUS EI PER IMMENSAS ARENARUM MOLES CURSUS COMES FUIT. Lege, *insectante rege*, vel *solus per immensas*, deleto pronomine *ei.* Prius firmat Vincentius lib. V. cap. 48. *Porro insectante Alexandro in India quosdam palantes hostes, cum a satellitum turba prae celeritate desertus esset, solus ei Lysi-*

machus per immensas arenarum moles comes fuit. Vox *cursus* quoque abest Magl. *cursu* Med. Bodl. atque ita legendum coniecit Schefferus. Coll. N. *cum a satellitum custodia equi sui celeritate digressus esset.* Participium *palantes* etiam usurpavit Saxo lib. X. pag. 185. 5. et *metu palantes* lib. VIII. pag. 146. 32. ac lib. XIV. 359. 38. et *sparsi palantesque* lib. XI. pag. 207. 33. Abr. Gronov.

12. Quod idem etc. Conferenda haec sunt cum Appiani narratione de Bell. Syr. pag. 129. et seq. Bernec.

Inter manus regis exspiraverat. I. e. coram rege interque amplexus illius. Gregorius Turon. de Mirac. Martyrum lib. I. 25. *Tandemque oppresus inter suorum manus spiritum exhalavit.* Gellius X. 18. *Is Mausolus ubi, fato perfunctus inter lamenta et manus uxoris, funere magnifico sepultus est* etc. ubi fruetra doct. Ierem. Marclandus in Epist. Critica legi volebat *inter lamenta et naenias.* Wopkens. — Vincentius, *expiravit;* et paullo post: *claudi non posset, quam ut diadema sibi d. r. a. vulneris cura capiti* etc. Abr. Gronov.

13. Cludi etc. Pro claudi, *au* in *u*, ut *defraudo*, *defrudo*, apud Terentium, a *causa*, *excuso* et *accuso.* Bongars. — Videtur auctor scripsisse, *ut sanguis ante cludi non posset.* Gronov.

Quam diadema. Legendum fortasse, *quam si diadema.* Vorst. — Suspicatur Vorstius, *quam si diadema.* Propius abiret, *quam ut diadema.* potuit *m* totidem constans lineolis, *ut* absumsisse. Scheff. — *Quam* ita saepe venit pro quam ut, post voculam *potius;* rarius post *aliter.* Sic tamen Frontinus Strat. I. 10. *Neque aliter principes eorum redire posse, quam ipse remissus foret.* Quem locum hoc Iustini exemplo recte defendisse Oudendorpium existimo. Wopkens. — *Diadema* Regium insigne. Id fuisse, contra quam vulgo persuasum, non nisi fasciam e panno linteove, cum originatio nominis arguit, παρὰ τὸ διαδεῖν, a nectendo, ligando, sive obligando dicti: tum allatis et hoc nostro et pluribus aliis auctorum locis ostendunt viri in literis magni, Brissonius de Regno Pers. lib. I. Lipsius not. 99. ad Taciti VI. Annal. Paschalius de Coronis lib. IX. 3. Bernec.

Alligandi vulneris causa. *Alligare vulnus* pro obligare. Cicero II. Tusc. Quaest. *Quiesce igitur et vulnus alliga.* Livius VII. 24. *Consul vulnere alligato revectus ad prima signa.* ad quem locum et Notas Gronovii vide. Scribonius Largus dicit quoque, *alligata pyxis, alligatum vas.* Vide Lex. Scribonianum Rhodii. Vorst.

14. Auspicium primum. Commate haec duo male dividuntur, quae per se connexa sunt. Habuit enim et alia auspicia futurae magnitudinis, quod ex sequentibus apparet, sed hoc fuit primum. Scheff. — Vincentius: *Quod auspicium primum futurae regiae mai. L. f.* Abr. Gronov.

15. Ferocissimae gentes. Thraces et Pontici maris accolae. Supra XIII. 4. 16. Bernec. — Med. quint. Leid. Bodl. ed. Rom.

Ald. Iunt. *ferocissimae ei gentes.* Cantabr. *ferocissimae gentes ei.* Magl. *fortissimo ei ass.* Periz. *assignatae sunt sibi.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

4. Anulum. Qui esset instar *gnorismatis* ac *monumenti*; de quo genere videndus omnino Meursius Exercit. Critic. I. 3. Bernec.

In cuius gemma. Praepositionem *in* omittunt Med. sec. quint. Leid. Coll. N. Periz. ed. Ienson. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

Iussaque. Mendum. lege, *iussamque.* Faber. — Faber emendabat *iussamque donum* etc. ut conveniat accusativus hic cum praecedente *gravidamque factam* etc. Sed iure non minore coniicias, *gravidaque facta . . iussaque donum* etc. scil. visa est. Nolim tamen sine libris quidpiam tentari. In his *iussaque donum* etc. subintelligo ex antecedentibus *per quietem*, ut *per quietem iuberi* rursum dixit auctor lib. XLIV. 5. initio. Illa autem, *mater visa est concepisse, gravidamque factam* etc. enallagen casuum repraesentant satis usitatam. Cicero Tusc. V. 8. *Mihi enim non videbatur quisquam esse beatus posse, cum in malis esset; in malis autem sapientem esse posse, si* etc. cum n. Davisii. Hyginus Fab. CLXIX. Neptunus *dicitur fuscina percussisse terram, et inde* aquam *profluxisse.* Suetonius Othone cap. 7. *Dicitur . .* pavefactus *gemitus maximos edidisse . . postridie quoque . . graviter* prolapsum *identidem obmurmurasse* etc. Quem locum Torrentio sollicitandum esse, merito negat Dukerus ad Florum II. 6. 45. Wopkens.

Iussaque donum filio . . . dare. Med. quint. Leid. ed. Bechar. *donum id filio.* Bodl. *dona id f.* Ald. Iunt. *iussamque donum id f.* Faber etiam *iussamque* legendum coniecerat. Abr. Gronov.

5. Admirabilem fecit hunc visum etc. MS: Coll. N. ed. Ald. Iunt. *Admirabile fecit hoc visum.* Cicero lib. I. de Divin. cap. 27. *idque visum pro nihilo habendum esse duxisset.* Macrobius lib. I. Comm. in S. Scip. cap. 3. pag. 13. *φάντασμα vero, hoc est visum inter vigiliam* etc. Inscriptio in Palatio Principis Iustiniani: SOLI. INVICTO. MITHRAE. ARAM. EX. VISO. POSUIT. Med. quint. Leid. *eiusdem scalpturae.* Abr. Gronov.

Figura anchorae. Lege Appianum in Syriaca historia. Ausonius de Antiochia:

Illa Seleucum
Nuncupat, ingenuum cuius fuit anchora signum:
Qualis inusta solet generis nota certa, per omnem
Nam subolis seriem nativa cucurrit imago.

Hic Seleucus cum esset in bellis ἐπιτυχέστατος, *Nicator* dictus est. Appian. Syr. 124. Bongars. — Sic et Ammianus lib. XXIII. 16. *Nicatori Seleuco victoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum.* Unde intelligitur quid idem sibi velit lib. XIV. 26. *Seleucus efficacia impetrabilis rex, ut indicat cognomentum.* Nam *impetrabilis*

ἐνεργητικῶς hic est omnia impetrans ac pervincens. Sicut *impetrabilis orator* Plauto Mostell. V. 2. 40. Hinc fanum sive ἡρῷον Seleuco a filio Antigono consecratum, dictum fuit *Νικατόρειον*. Appian. in Syiac. 129. d. In numismatis tamen et alibi *Nicanor* Seleucus hic cognominatus. Alius est infra XXVII. 1. 1. BERNEC.

6. EDOCTO DE ORIGINE SUA. Saxo lib. XIV. pag. 278. 32. *de hostium insecutione edocti*. ABR. GRONOV.

8. ANTIOCHIAM. Non unam, sed ipsas sedecim a patre denominatas *Antiochias* Seleucum condidisse scribit Appianus Syriac. 124. d. ex quibus aetate sua adhuc extare eam, quae est sub Libano monte, super Oronte fluvio, Syriae metropolis, de qua Nostro hic haud dubie sermo. BERNEC.

CAMPOS VICINOS URBI APOLLINI DICAVIT. Inde, credo, *Daphne* appellati fuerunt campi isti; a Daphne videlicet, Apollini adamata, et in laurum conversa. Infra XXVII. 1. 4. *Daphnae se claudit*. VORST. — Coll. N. *dedicavit*. ABR. GRONOV.

9. NOTAM GENERIS NATURALEM. *Ingenuum signum* vocat Ausonius allato paullo ante loco: *genitivam notam* Suetonius in August. cap. 80. 1. *σημεῖον σύμφυτον* Aristoteles in Arte Poëtica. De quibus haud protrita quaedam observavit Mich. Piccartus dec. I. cap. 7. Ita Marcellinus XVI. 7. fin. dicit *genuinam lenitudinem*, h. e. ingenitam; *angeborne Milde*. BERNEC.

11. BABYLONIAM CEPIT. Diodorus XIX. 101. Appianus in Syriac. BONGARS. — Ald. Iunt. *Babylonem*. Vincentius lib. VI. cap. 13. *Hic in pr. Babylonem cepit*. ABR. GRONOV.

AUCTIS EX VICTORIA VIRIBUS. Supra I. 1. 9. BERNEC. — Periz. Coll. N. *auctus*. Supra V. 3. 2. *aucti viribus*. et infra XX. 6. 1. *auctus auxiliis*. ABR. GRONOV.

12. VELUTI CERVICIBUS. Med. sec. quint. Leid. Periz. ed. Rom. Bechar. Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. *veluti a cervicibus*. Orosius lib. III. cap. 23. et Freculphus I. IV. 26. *detracto excussoque a cervicibus iugo*. ABR. GRONOV.

13. AUCTOR LIBERTATIS SANDROCOTTUS. Vett. *Sandrococtus*. Arrianus lib. V. *Σανδρόκοντος*. Plutarch. Alex. *Ἀνδροκόττος*. Appiano *Ἀνδρόκοτος*. Orosius MS., *Andracoto*. Fabricius *Sadrocottus* edidit ex Strab. lib. XV. BONGARS. — Iudicio Freinshemii, Iustinus *Androcottus* scripsisse videtur, eique voci ex praecedente *libertatis* literam *s* adiectam errore librariorum: veluti multis in auctorum locis animadvertere est. Exempli causa, Sisenna lib. II. quem locum citat Macrobius VI. 4. *Scutis proiectis*, *tectis*, *saxa certatim manibus coniiciunt in hostes*. pro *scutis obiectis tecti*, *saxa* etc. Sic apud Nonium in *Focillatur*, ex secundo Varronis de vita P. R. corrupte legitur, *propter secundas sublato metu*, pro *propter secunda sublato metu*. BERNEC. — Nihil mutandum. Saepe enim prior illa litera demitur. Ita dicitur *Ἀλμυδησσὸς* et *Σαλμυδησσός*., *Ἐλμάντικα Σελμάντικα*, *Ἐξιτανία Σεξιτανία*, *Ἰνδικὴ Σινδικὴ*, *Ἀρδιαῖοι Σαρδιαῖοι*, *Ἀκχηνοὶ Σακχηνοὶ*, et alia plura. Voss. — Freinshemius

mallet *Androcottus*, ex Plutarcho et Appiano. Vossius nihil mutandum censet. multa enim huiusmodi esse, quibus S ab initio modo praeponatur, modo non praeponatur. Arrianus quoque lib. V. *Σανδρόκοτον* vocat. Vorst. — Ita Saxo lib. X. pag. 103. 8. *Haraldus domesticae libertatis auctor*. Ald. Iunt. *Sandrocotus*. *Sandrocottus* Adoni est *Andragathius*, et Saresberiensi lib. V. cap. 17. pag. 322. *Sandracoctus*, atque Orosio ex tribus MSS. Florent. *Androcottus*. *'Ανδρόκοττος* etiam dicitur Straboni lib. II. pag. 70. ubi vide Casaubonum; at *Σανδρόκοττος* lib. XV. pag. 702. et 709. Abr. Gronov.

Titulum libertatis etc. Tacit. Hist. IV. 73. 9. *Libertas et speciosa nomina praetexuntur, neo quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.* In quam sententiam egregie de Corcyraeorum seditione Thucydides III. 13. 14. Bernec.

14. Vindicaverat. Vincentius: *liberaverat*. Abr. Gronov.

17. Sudoremque profluentem lingua ei detersit. Coll. N. *fluentem*. Vincentius: *abstersit*. Abr. Gronov.

18. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus. Saresberiensis: *H. pr. pr. ad spem regni maiestate* (marg. *maiestatemque*) *ominis impulsus est*. Vincentius: *contracta manu latronum*. Abr. Gronov.

Ad novitatem regni. Hoc admodum suspectum est. Supra parte dicebat, Sandrocottum hunc auctorem Indis extitisse libertatis; quomodo ergo hic eos sollicitat ad regnum? Ego non dubito, quin vocula *regnum* hic a glossatore sit intrusa, quam ex praecedentibus desumsit, in quibus legitur, *ad spem regni impulsus*. Putavit enim *novitatem* istam de regno intelligendam, quod Sandrocottus affectabat. Cum *novitas* hic significet res novas. Sic Noster lib. XXII. cap. 6. *Etiam urbes nobilissimae novitatem secutae.* Scheff.

19. Molienti deinde bellum. Vincentius: *moventi d. b.* Abr. Gronov.

Elephantus ferus. Adiectivum omittit Saresberiensis. Abr. Gronov.

Veluti domita mansuetudine. Mirum epitheton. Num enim mansuetudo etiam indomita? Suspicor scripsisse Nostrum, *domitus mansuetudine*. Post librarium per compendium fecisse *domit a mansuetudine*. Atque ita natam lectionem vulgarem. Scheff. — ...dit sane insolentius illud *veluti domita mansuetudine*, pro quo Scheff. ...de coniiciebat *veluti domitus a mansuetudine*. Ego tentabam *veluti domitus in mansuetudinem*, vel, *veluti domita immansuetudine*; ...bus coniecturis quodammodo etiam favet Dorv. 2. lectio *veluti domi... mansuetudinem*. Posses etiam, *veluti domiti* (scil. elephanti) *mansuetudine*. At praestare videtur, ut *domita* hic accipiamus pro miti, ...que in hac forma pleonasmum agnoscamus eiusmodi, qualem ...bimus in his lib. XXXVIII. 9. *Tam mitem in Demetrium* cle-

mentiam. WOPKENS. — Cl. Iensius adnotarat, Ortwinium maluisse, *et veluti domitum ad mansuetudinem:* quomodo loquitur Curtius lib. IX. cap. 8. *utrumque animal ad mansuetudinem domitum.* ABR. GRONOV.

EXCEPIT. Saresber. *cepit*, male. ABR. GRONOV.

DUXQUE BELLI ET PRAELIATOR INSIGNIS. De elephantorum arte bellica videndi Plinius VIII. 7. Aelianus de Animal. VII. 26. XIII. 22. BERNEC. — Saresberiensis: *duxque b. et praeliator postmodum insignis fuit.* ABR. GRONOV.

21. FACTA PACTIONE. Strabo lib. XV. pag. 498. 20. scribit, Seleucum adsitas Indo fl. regiones Sandrocotto, contracta cum eo affinitate, dedisse, ac pro iis quingentos elephantos accepisse. A quo nonnihil discrepat Plutarchus Alex. cap. 108. BERNEC.

BELLUM ANTIGONI. Lege Plutarchum in Demetrio cap. 35. etc. Pausaniam in Atticis. Dimicatum autem est ad Ipsum. Appianus. BONGARS.

23. ET CUM DE PRAEDA NON CONVENIRENT. *Convenire* ita rarius, dicitur tamen, pro consentire. Hyginus Astron. II. 4. *Quos negant inter se convenisse: Nam Plutum, qui ditior erat, nihil fratri suo de bonis concessisse.* quem locum olim et hoc Iustini et alio Nazarii Paneg. cap. 9. vindicavimus. WOPKENS.

IN DUAS FACTIONES DIDUCUNTUR. Ita omnino scribendum. Petron. 67. *Totiusque navigii turbam diducit in partes.* et Tacit. II. Hist. 68. *Iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis.* et Plin. II. Epist. 19. *Diductum in partes audientium studium.* et Noster XLI. 4. *Diductis Macedonibus in bellum civile.* GRONOV. — MS. et Iuntae, *didubuntur*, hoc est, dividuntur, scinduntur. Hoc est *diducere*, non *deducere.* Tacitus IV. Annal. 2. *Instabat quippe Seianus, incusabatque, diductam civitatem, ut civili bello.* hoc est, in duas partes seu factiones divisam. In eod. libro: *diductus miles.* Probavit hanc lectionem Gronovius. GRAEV. — Vulgo, *deducuntur.* Sed editio Iuntina, teste Graevio, *diducuntur:* quod alteri et praefero. VORST. — *Diducuntur* ex Iuntina Graevius, quod recepit Vorstius. SCHEFF. — Med. Magl. tert. Leid. Thuan. Bodl. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *vertunt* [pro *verterunt.*] Praeter Iuntinam Ald. quint. Leid. dant, *diducuntur.* Magl. ed. Rom. *dividuntur.* Apud Freculphum l. III. 26. vitiose editum, *pactiones.* ABR. GRONOV.

24. LYSIMACHO IUNGUNTUR. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. atque editiones Orosii et Freculphi, *iungitur:* verum pr. MS. Leid. Orosii et pr. Freculphi a vulgato stant. ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XVI.

CAP. I.

1. Post Cassandri. Legendus Pausanias in Boeoticis: Plutarchus in Demetrio et Pyrrho. Bongars.

2. Propensior fuisse pro Alexandro. Meo iudicio barbarismus hic est, *propensus pro Alexandro;* legendum, *propensiorque in Alexandrum.* Ab aliis editionibus abest *pro.* Faber. — Ab antiquioribus typis expressis abest *pro.* et recte meo iudicio. Dicitur autem *propensus Alexandro*, propensior in Alexandrum. Subinde casus tertius pro quarto cum praepositione usurpatur. Ita dicunt *invitare aliquem tecto, domo, hospitio, poculis*, pro in domum, in tectum, in hospitium, ad pocula. Item *paratus neci*, pro ad necem, et multa id genus alia. Vorst. — Vorstius delendum putat *pro* suadentibus antiquioribus. Ego nolim, quia alias subintelligi debet. Scheff.

Propensior fuisse Alexandro. Sic elegantius ex quibusdam antiquioribus ed. vulgavit Vorstius, quam summo ceteroquin consensu reliqui libri dant, *propensior fuisse pro Alexandro:* estque admodum frivolum, quod Schefferus ideo *pro* nolit eiici, quia alias subintelligi debeat: demta enim praepositione Alexandro non ablativus, sed dativus erit. Ita Val. Maximus I. 8. 2. *ut ceterorum quoque Deorum propensum huic urbi numen exsequamur.* Wopkens. — Ita Bodl. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. Valerius Max. I. 8. 2. *Deorum propensum huic urbi numen.* Abr. Gronov.

4. In parricidio nulla etc. Spartianus refert, Bassianum, occiso fratre, Papiniano mandasse, ut in Senatu pro se, et apud populum facinus dilueret. Illum respondisse: *Non tam facile parricidium excusari, quam fieri.* Fuit illa Principis ICti Cygnaea vox: quam miror hominem, si Diis placet, politicum et ICtum, et Christianum in libris suis de Republica, reprehendere pessimo exemplo. Recte enim et ordine fecit Papinianus, et viri boni officium functus est, qui mori praeoptavit, quam tyranno impia et iniqua imperanti parere. Idem ille in eo peccat, quod Papinianum Imperatoris consanguineum facit, contra quam Spartianus, quem ille auctorem laudat. ICtus cognationem et affinitatem nescit distinguere. Facit quod rhetores solent, quibus concessum est in historiis ementiri aliquid, ut dicere videantur argutius. Bongars. — Recte sane et ordine fecit Papinianus, et viri boni officium est functus, qui mori praeoptavit, quam tyranno, impia et iniqua imperanti, parere. Bernec. — Antiquiores typis expressi rursum praepositionem omittunt, habentque *parricidio praetexi.* Estque ea plane vulgaris verbi constructio. Virgilius IV. Aen. *Novis praetexere funera sacris.* Vorst. — Vorstius etiam hic ex dicta causa illud *in* vult expungi.

Sed cum regula sit certissima non regi ablativum, nisi a praepositione vel tacita, vel expressa, cur reperta deleri debeat. Omittit sane consuetudo, sed ea non est perpetua. SCHEFF. — In lectione quarumdam editionum *quamquam parricidio . . praetexi potest*, nomen *parricidio* non est ablativi casus, ut putabat Schefferus, sed dativi. Sic Symmachus III. Epist. 54. *Ut aequitas vestra privatam petitionem sustineri radicibus iudicet*, cui *sacrae reverentiae umbra* praetexitur. Quinctilian. I. 12. *Difficultatis patrocinia* praeteximus segnitiae. Vulgata tamen scriptura, nostris codicibus etiam firmata, permutanda non est. Valer. Max. II. 9. 6. Praetexuitque causam, *quia necesse esset eas, alterutro facto, crimine temeritatis vel periurii teneri. In parricidio*, i. e. quod ad parricidium. Cicero Fam. II. Epist. 14. *Sed in hoc homine nullam accipio excusationem.* pro Milone cap. 2. *Quamquam* in *hac causa, iudices, T. Annii tribunatu . . ad huius criminis defensionem non abutemur.* et passim. WOPKENS. — Hic Iuntina et ex MS. Britanni rectius quam vulgatae, quae *satis* praetermittunt. GRAEV.

5. OB HAEC IGITUR ALEXANDER. Manuscripti omnes habent, *Post haec*, quotquot Bongarsius vidit. Videturque longe melior haec lectio vulgari. Nempe sequitur, *in ultionem maternae necis*, cui non recte praemittitur *ob haec*, quia dicit idem, atque adeo est otiosum. Quid enim *ob haec*, quam, ob factum parricidium? ne scilicet impunitum maneret. SCHEFF. — Sec. Med. *Ob hoc ig. Al.* Periz. *Ob hoc Al.* Ita infra XVII. 2. f. ex iisdem et Coll. N. *Ob hoc Pyrrhus eum vindicem regni reliquit.* ABR. GRONOV.

6. DEMETRIUS. Qui et *Poliorcetes* dictus, hoc est, *urbium obsessor:* cuius cognominis vanitatem arguit Plutarchus in Demetr. cap. 52. BERNEC.

7. IN MACEDONIAM ADMITTI. Ald. Iunt. *in Macedonia adm.* ABR. GRONOV.

8. ALEXANDRUM INTERFECIT. Lege, *interficit.* FABER. — Sic et Iuntina. GRAEV. — Sec. Med. quint. Leid. Bodl. Reg. Coll. N. et C. C. ed. Ald. Iunt. *interficit:* quomodo ex coniectura legit Faber. Huius Alexandri uxor fuit Lysandra Ptolemaei filia, teste Georgio Syncello pag. 265. ABR. GRONOV.

9. IN CONCIONEM VOCAT. Dele *in.* FABER. — Faber deleri iubet praep. *in* ante *concionem vocat*, neque illam agnoscit codex Oxoniensis, atque ita dictio *concionem vocare, advocare* apud Nostrum lib. II. 8. 8. Sueton. Vitellio cap. XV. 6. aliosque obvia est. Sed praepositio tamen neutiquam damnanda, ut etiam iudicavit Gronov. ad Livium XXIV. 28. et nisi hic ellipsin istiusmodi agnoscamus, quia *in concionem, in consilium, in senatum vocare*, scil. homines, saepius illi critico visus est dixisse Livius, (quod mihi tamen non satis constat,) satis commode ex praecedentibus subauditur *eum*, nempe exercitum. Sic Noster lib. XXI. 3. *In concionem eos Dionysius vocat: hortatur* etc. lib. XXII. 8. *Igitur in concionem vocatos blandis verbis permulsit.* Sic enim tres Dorv. non *ad con-*

ricinem, quomodo tamen cum aliis quoque lib. XII. 3. 2. et 11. 1. lib. XIV. 1. 10. lib. XVI. 4. 12. lib. XVIII. 7. 16. lib. XXIV. 3. 2. locutus est Iustinus. WOPKENS.

10. OCCUPASSE INSIDIAS. Iuxta illud Tyronis apud Agellium VII. 5. *Beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari quam facta sunt. Iniurias autem imminentes praecavisse iustum est magis, quam expectavisse. Summa enim professio stultitiae est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi quae facta sunt, infecta fieri non possunt, puniantur.* Quod paucis Thuc. I. 7. 11. *Δεῖ προεπιβουλεύειν μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν.* Unde Iugurtha, aeque tamen simulate ac Noster, *Adherbalem dolis vitae suae insidiatum* ait: *quod ubi comperisset, se eius sceleri obviam isse, ac proinde populum Rom. neque recte neque pro bono facturum, si ab iure gentium sese prohibuerit.* Sallust. Iug. 22. 5. BERNEC.

12. SOCIUM IN OMNI MILITIA FUISSE. Alii, *socium domi militiaeque fuisse.* sed contra mentem auctoris, qui hoc dicere vult: Antipatrum affluentem delitiis otiosumque et socordem domi sedisse, et Macedoniae gravem fuisse; interea dum sub Philippo et Alexandro Magno eius filio graves militiae labores pertulit Demetrii pater Antigonus. MODIUS.

15. NEC CESSASSE, QUOAD OMNEM STIRPEM REGIAE SUBOLIS DELERET. *Deleret* pro delevisset. Imperfectum pro plusquamperfecto subinde poni notavimus supra ad XIII. 2. 11. VORST. — *Stirpis regiae sobolem*, ut in duobus A. Gronovii, ita et in Dorv. 1. et 2. legitur: quomodo locutos fuisse Livium et Curtium observat vir laudatus. Sic *generis sui prolem* dixit Treb. Pollio in D. Claudio cap. 1. *Neque enim fas erat eum tacere principem, qui tantam* generis *sui* prolem *habet.* Sed *stirps regiae prolis* non incongrue dr. ut *arbor palmae, flumen Tagi, urbs Toleti, vitium arrogantiae* etc. ac per *μακρολογίαν* solennem idem valet, quod *stirps regia* appellatur, lib. XXVII. 2. 11. Conferatur Paulinus Nolanus Episc. Poëmate V. 34.

Nos sera nepotum
Semina, *veridicis aetas praedicta prophetis,*
Vitemus laqueos, quos letifer implicat anguis.

Prudentius Cathemer. XII. 105.

Suspecta per Bethlem mihi
Puerperarum est omnium
Fraus, ne qua furtim subtrahat
Prolem *virilis* indolis.

i. e. sobolis, ut ad Salvian. videbimus. WOPKENS. — Sec. Med. quart. Leid. *stirpis regiae subolem.* ut Livius XXXIX. 24. *Non subolem tantum stirpis parabat, cogendis omnibus procreare atque educare liberos.* et Curtius IV. 14. *Matrem meam, duas filias, Ochum in spem huius imperii genitum, illos principes, illam su-*

bolem regiae stirpis, duces vestros regum instar, vinctos habet. Abr. Gronov.

17. Si quis manium sensus est. Nota formulam, *si quis manium sensus est*, qua aut simili fere usi veteres in memoria defunctorum. Servius Sulpitius lib. IV. Epist. 5. *Quod si quis etiam inferis sensus est, qui illius amor in te fuit* etc. Cicero Philipp. X. *Si quis in morte sensus est.* Idem pro Sextio: *Quod certe si est aliquis sensus in morte praeclarorum virorum, cum omnibus Metellis* etc. Seneca de Consol. ad Polybium: *Quid itaque iuvat dolori intabescere, quem, si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit.* Quintilianus Declam. CCCXXXII. *Si quid inferi sentiunt cognoscere animum meum.* Inscriptio vetus Hispaniensis: SI MANES POST FATA ALIQUID SENTIUNT. et in Epigrammate antiquo:

Suscipe nunc coniunx, si quis post funera sensus.

cui geminum illud Ovidii de Ponto:

Et ne, si superest aliquis post funera sensus,
Terreat ut manes Sarmatis umbra meos.

idem alibi:

Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab aevo,
Si quid habet sensus umbra diserta, petit.

Plura vide apud amplissimum Brissonium lib. de Formul. VIII. pag. 840. Modius. — Ita Servius Sulpitius in Epistola quae est inter familiares Ciceronis IV. 5. *Quod si quis etiam inferis sensus est, hoc certe illa te facere non vult.* Quem ad locum observat P. Manutius, hac aut simili fere formula in memoria defunctorum usos et Graecos esse. Latinorum exempla plura collegit Brisson. de Formul. VIII. pag. 840. *Si quis mortuis inest sensus.* Polyb. VIII. 9. *Si quis inferis sensus est.* Seneca de Brev. Vitae cap. 18. *Si est aliquis defunctis sensus.* Idem Consol. ad Polyb. 27. 6. Propert. IV. 6. 88.

Gaude Crasse nigras, si quid sapis, inter arenas.

Val. Max. IV. 6. 8. *Si quid modo exstinctis sensus inest.* Lucan. VIII. 749.

Si quid sensus post fata relictum est.

Cic. Phil. IX. 6. Bernec. — Malim, *si quis manium sensus esset.* Faber. — Cicero V. Epist. Fam. 16. *In morte si resideat sensus.* et VI. 8. *Si non ero, sensu omnino carebo.* Cuius generis plura Brissonius lib. VIII. de Form. congessit. Vorst.

19. Doricetis. *Dromichaetis* legit Fabricius in Orosium ex Plutarcho Demetr. cap. 52. Pausania in Atticis, Strabone lib. VII. qui eum Getarum regem faciunt. Ego contra libros nihil muto: neque novum est historiarum scriptores in barbaris nominibus variare. Bongars. — Notavit Bongarsius quosdam typis expressos habere *Dromichaetis*, ut Strabo et Plutarchus eum vocant. Quia tamen in Codd. MSS. reperit *Doricetis*, nihil mutandum putavit. Mihi cum Gronovio in lib. IV. Observatt. τὸ *Doricetis* suspectum est;

quod videam, veterem quoque Prologum huius libri habere *Dromichete*, ipsumque Trogum sic scripsisse arguere. VORST. — Ed. Flor. Paris. Ald. *Dromichetis.* *Δρομιχαίτης* quoque a Diodoro vocatur in Exc. Constantini Porphyr. pag. 257. ABR. GRONOV.

ADVERSUS EUM. MS. et I. bene *adv. Demetrium.* Adde supra VI. 1. 2. Not. BERNEC. — Pr. Med. quint. Leid. Bodl. *ne eodem tempore et adversus Demetrium eum dimicare necesse haberet.* Magl. *ne eodem tempore adversus Demetrium et eum* (nempe Dromichaeten regem Thraciae) *dimicare necesse haberet.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. IGITUR DEMETRIUS TOTIS MACEDONIAE REGNI VIRIBUS INSTRUCTUS. Medicei, quint. Leid. Bodl. Coll. N. ed. Ald. Iunt. *Macedonici regni.* Ita praec. cap. §. 6. *spe invadendi Macedonici regni.* XV. 4. 9. *post divisionem inter socios regni Macedonici.* XXX. 3. 9. *sub iugum Macedonici imperii subacti.* et XXXIII. 1. 7. *finis Macedonici regni.* Magl. Periz. *totis Macedoniae viribus*, omissa voce *regni.* Orosius et Freculphus: *Demetrius augmento Graeciae et totius Macedoniae elatus.* Hinc *totius* edidisse videtur Faber. ABR. GRONOV.

CUM ASIAM OCCUPARE STATUISSET, ITERATO etc. Vereor, ne huic forte loco acciderit, quod illi, qui est XV. 2. Equidem et hanc Ptolomaei cum caeteris coniunctionem non fuisse primam, verum. At nimis longe abest, quod huic *iterato* debet respondere secundum lectionem vulgatam, *pacta societate.* Mallem ego comma scribere post *iterato*, ut sententia sit, Asiam denuo voluisse occupare, quam scilicet possessam antea amiserat praelio cum Seleuco, de quo Noster lib. XV. 5. 4. SCHEFF.

PTOLOMAEUS, SELEUCUS ET LYSIMACHUS. Plutarchus in Demetrio et Pyrrho, Pausanias in Atticis, quos in hac historia consule. BONGARS.

4. DUM HAEC AGUNTUR. Ed. Ven. *Deinde h. a.* Flor. Ald. Iunt. *deinde dum h. a.* ABR. GRONOV.

INTERFECIT. Leg. *Interficit.* FABER. — Angl. *interficit*; quod rectius respondet sequenti *tradit.* SCHEFF. — Sic et Iuntina. GRAEV.

QUERELARUM. Codices MSS. ut Bongarsius testatur, *querellarum*: prorsus ut in antiquis lapidibus est. VORST.

5. POENAS PARRICIDIO LUIT. *Luere poenas parricidio* dicitur, ut Velleius Pat. II. 54. *Utrique summo imperatorum, alteri superstiti meritas* poenas luere suppliciis. In Dorv. 3. abest *partim parricidio.* WOPKENS.

7. PTOLEMAEUS. Regum Aegypti seriem vide apud Strabonem lib. XVII. quaedam apud Pausaniam in Atticis. BONGARS.

MORITURUS, CONTRA. Sebis. praefert, quod editi quidam habent, *moritur. Is contra.* Suadet quod mox sequitur, *ante infir-*

mitatem. BERNEC. — Antiquiores typis expressi, *moritur. Is contra.* et cum Sebisio praefero hoc ei quod Bongatsius maluit, *moriturus, contra ius gentium.* Suadet id quod sequitur, *ante infirmitatem.* Quia fecit ante infirmitatem, non fecit moriturus. VORST. — *Moritur. Is.* restituit ex antiquioribus Vorstius. SCHEFF. — Adstipulantur Iuntae. GRAEV. — *Is contra* etc. Sic etiam Dorv. tres. WORKENS.

CONTRA IUS GENTIUM etc. Unde Perseus apud Livium XL. 9. 8. fratrem incessens: *Regnare utique vis*, inquit; *huic spei tuae obstat aetas mea, obstat GENTIUM IUS, obstat vetustus Macedoniae mos* etc. Vide quoque notata superius ad II. 10. 2. et V. 2. 2. BERNEC.

MINIMO NATU EX FILIIS. Ptolemaeo Philadelpho, nato ex Berenice. Nati autem ex Eurydice regno excludebantur, vehementer dissuadente Demetrio Phalereo, ut scribit in eius vita Diogenes Laërtius. BERNEC. — Lucianus Macrobiis pag. 470. *Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη· ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν.* Lege, *ἀδελφῶν νεώτερος.* Istum enim comparativum absorbuisse videtur sequens nomen *Φιλαίτερος* in easdem litteras desinens, pro quo *Φιλεταῖρος* legendum esse recte monuerunt viri docti. ABR. GRONOV.

9. OFFICIUM REGI INTER SATELLITES FECERAT. Ovid. II. de Arte Am. 388.

Officium faciat nulla puella mihi.

Horat. I. Epist. 17. 21. *Officium facio.* Propert. IV. 9. 47.

Idem ego Sidonia feci servitia palla
Officia, et Lyda pensa diurna colo.

et M. Seneca Controv. Praef. 4. *Non facis mihi officium.* Hinc et emendanda est Historia Apollonii Tyrii: *Nam dulcis iuvenis iste naufragus est, et gymnasio mihi officio gratissime fecit.* lege, *gymnasii mihi officium.* GRONOV.

CAP. III.

1. INTER PARES DISCORDIAE MALUM. Vide notata ad XIII. 2. 3. BERNEC. — Ed. Becher. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *discordia. Discordiae malum,* ut *nequitiae mala* apud Phaedrum III. 8. 15.

Tu formam ne corrumpas nequitiae malis.

et *dissensionis mala* h. cap. §. 8. *multa etiam domesticae dissensionis mala fuere.* Ita Medicei, Thuan. sec. quint. Leid. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Ven. Bechar. Med. Paris. Ald. Iunt. Vulg. *Multae etiam domesticae dissensiones fuere.* ABR. GRONOV.

3. AC DEINCEPS HERACLEAE. Hanc Heracleam Ptolemaeus, Plinius ac Strabo *Ponticam* vocant: et a Milesiis, non a Boeotiis conditam asserit Strabo. GLAREAN.

4. 5. 6. Supra XIII. 7. 4. etc. Bernec.

Quorum cum adversa praelia paterentur. Dorv. 2. *cuius cum adversa praelia p.* Forte legendum *quo* (sc. bello) *cum adv. p. p.* ut lib. XIX. 1. *Grave bellum natum, in* quo *et diu et varia victoria praeliatum fuit.* et cap. 2. *Qui cum navali terrestrique* bello *secunda praelia fecisset* etc. Wopkens. — Coll. N. *cuius cum adv. Cuius*, scilicet belli. Sec. Med. Bodl. Coll. N. *ad oracula decurrunt.* Abr. Gronov.

7. In Metapontum delati. Impudens mendum, cum haec Heraclea sit in Asia, Metapontum in Italia; sed legendum *in Dextra Ponti.* Sunt autem *Ponti Dextra* a Chalcedone per Bithynos Mariandynos, Paphlagonas, Halym ac Cappadocas et reliquos in Colchidem usque, ut inquit Strabo lib. XII. Glarean.

In Pontum. Ita omnino legendum est ex uno Cuiacii codice. Est enim *Heraclea* hoc loco πόλις Θρᾴκης ἐν τῷ Πόντῳ, Stephanus: de qua Strabo lib. XII. et Eustathius in Dionysium. Ceteri omnes et impressi, et scripti, *Metapontum*, turpi errore. *Metapontum* et *Heraclea*, Italiae urbes, librarios in errorem induxerunt. Ex eodem libro scripsi *Lamachus*, non *Malachus*, quomodo alii Vett. habent. Bongars. — Ita optime Bongarsius ex uno Codice MS. restituit, cum alii tam MSS. quam typis expressi haberent *Metapontum.* et congruum id est ei quod antecedit, *coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent.* Vorst.

In eas sedes delati. MSS. habent, *inter eas sedes*, quod efficit, ut suspicer, in antiquis libris fuisse, *in terras eas delati*, post vocabulum *sedes* irrepsisse ex glossa. Certe *in sedes deferri* haud ita commode videtur dictum, cum non sint sedes, ante quam quis delatus iam occupaverit, domiciliumque ibi constituerit. Scheff. — Non discrepant ab hac scriptura nostri codices; neque esse puto, cur ex eo, quod in quibusdam sit *inter eas sedes*, cum Scheffero concinnemus *in terras eas.* Wopkens.

8. Multae etiam domesticae dissensiones fuere. Antiquarum editionum ut et Iuntinae lectio est: *Multa etiam domesticae dissensionis mala fuere:* non damnaverim. Alludit MS. *dissensionis multa belli fuere.* Pro *mala* scriptum est *multa.* *Belli* ex praecedentibus irrepsit. Graev. — Antiquiores typis expressi, *Multa etiam domesticae dissensionis mala fuere.* Vorst. — Editi vetustiores optimi habent: *Multa etiam domesticae seditionis mala fuere*; quod viri docti amplectuntur. Id vero si concedimus, reiiciendum haud videtur, quod praecedit in MS. *belli*, locusque totus sic legendus: *Multa deinde huius urbis adversus finitimos belli, multa etiam domesticae seditionis mala fuere.* Scheff. — Cf. Abr. Gronov. adn. ad §. 1. Fr.

9. In tutelam classis. *Tueri domum, tueri classem* dicitur pro sartam tectam servare. Plinius Paneg. *Tam parcus in aedificando, quam diligens in tuendo.* Pari modo igitur dicunt *tutela classis.* Vorst. — Hegesippus lib. I. cap. 9. *tributa quoque Moabi-*

tis et Galaditis iure victoriae adscripta. ubi *descripta* legit Avus cap. 6. Observ. in Script. Eccles. Abr. Gronov.

Praesidium salutis suae. *Praesidium salutis* dixit et Cicero pro Rabirio cap. 2. *Agitur enim nihil aliud in hac causa, quam ut nullum sit posthac . '. extremis reip. temporibns perfugium et* praesidium salutis. Auctor de B. Hispan. cap. 39. *Itemque propter loci difficultatem neque equo, neque vehiculo* saluti *suae* praesidium *parare poterat.* ubi *salutis suae*, nec male, multi exhibent MSS. Wopkens.

Collationem abnuerant. Et res et vox eadem in Sueton. Ner. cap. 44. *Omnem collationem palam recusarent.* Bernec.

10. Lamachus. Cognominem huic Atheniensium ducem memorat Plutarchus in Pericle cap. 39. et Noster IV. 4. 3. MSS. tamen et quidam impressi *Malachus* hic habent, ex quo per contractionem, Syrorum *Malchus* natum suspicatur Gevartius in Papinian. Lect. III. 4. *Malachus* autem et *Malchus* regem Syris notat. Bernec. — Hos ducis nomen ex Thucydide lib. IV. cap. 75. cui accedunt sec. Med. sec. quint. Leid. Iustino adseruit Parens tomo II. Thesauri Antiq. Graec. LXV. Eiusdem etiam meminit Diodorus Siculus lib. XII. cap. 72. *Μετὰ δὲ ταῦτα Λάμαχος ὁ στρατηγὸς ἔχων δέκα τριήρεις, ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον, καὶ καθορμισθεὶς εἰς Ἡράκλειαν περὶ τὸν ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Κάχητα, πάσας τὰς ναῦς ἀπέβαλε. Μεγάλων γὰρ ὄμβρων καταῤῥαγέντων, καὶ τοῦ ποταμοῦ βίαιον τὴν καταφορὰν τοῦ ῥεύματος ποιησαμένου, τὰ σκάφη κατά τινας τραχεῖς τόπους προσπεσόντα τῇ γῇ διεφθάρη.* Pro *Κάχητα* apud Thucydidem d. l. legitur *Κάληκα.* Abr. Gronov.

11. Cum neque mari posset . . . auderet. Ald. Iunt. *possent* et *auderent.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Passi sunt inter plurima etc. *Ἐτυραννήθη χρόνους τινάς.* Strabo. De Clearcho tyranno Diodorus lib. XV. et XVI. Plutarchus II. de Fortuna Alexandri. Bongars.

2. Cum plebs et novas tabulas, et divisionem agrorum divitum. Livius XXXII. 38. duas hasce leges, alteram *novarum tabularum*, qua debitores aere alieno liberantur (*χρεωκοπίαν* et *σεισάχθειαν* appellant,) alteram *agrorum viritim* ex aequo *dividendorum*, ait esse *duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.* Videatur et Sallust. Cat. 21. Bernec. — Dele *etiam* et *divitum.* Faber. — Faber, teste Notatore Anglicano, vocem *divitum* expungit. Quod existimo recte fieri. Plebs enim suorum postulare divisionem non poterat, quos habebat nullos. Scheff. — Iuntae: *cum plebs et novas tabulas, et divisionem agrorum divitum.* recte. Non omnium agrorum divisionem, sed illorum qui latifundia possidebant, plebs flagitabat. Quasi vero non multi ex plebe agros possederint. Graev. — Forte, *divites.* Nam *flagitare* utrum-

que accusativum tam rei, quam personae adsciscit. Cic. pro Plancio 2. *Dicendum est id, quod ille me flagitat.* GRONOV. — *Agros divites* dici admodum vulgare est. Lib. V. 5. *Dum agros longa pace divites securius populatur.* Dictys Cret. II. 16. *Agri referti iugi pace depraedati omnibusque* (lege *omnibusque modis*) *vexati.* Curtius III. 10. *Nudosque colles et perpetuo rigentes gelu ditibus Persarum campis agrisque mutarent.* Ita Ovidius aliique. Praestat tamen hic intelligi agros divitum hominum; nec tamen cum Gronovio opus est coniici *divisionem agrorum divites* (i. e. ab divitibus) *impotenter flagitarent.* Nam genitivi hic ita iunguntur, ut *necis ipsius* (sc. Alexandri), *alterius* (sc. victoriae) *belli Illyrici*, et qualia plura vidimus ad lib. XII. 16. WOPKENS.

3. DIU RE IN SENATU TRACTATA. MSS. mei, *diu re in senatu tracta*, ut dixit Sallust. Iug. 22. 2. *Adherbal ubi intelligit, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse.* Sed nihil muto. MODIUS. — Modius *re in senatu tracta* in suis MSS. esse confirmat, et explicat ex illo Sallustii Iug. 23. 3. *Bellum trahi non posse.* Sed haec similia non sunt. Nam *bellum trahere* est bello moras addere: hic vero *rem trahere* est rem tractare seu de re disputare. Convenientius est exemplum Sallustii Iug. 93. 1. *Trahere cum animo suo, omittereine inceptum.* pro tractare, deliberare. Sicuti *tractus* pro tractatu, *affectio* pro affectatione, *ostensio* pro ostentatione etc. bonis auctoribus dicitur, indice Cl. Salmasio ad Hist. Aug. pag. 109. D. 2. BERNEC. — Forte, *diuque re in senatu tractata, exitus rei non inveniretur.* GRONOV. — Hic rursum in diversam a Gronovio sententiam abire cogimur, dum legendum coniicit, *diuque re in senatu tractata, exitus* non inveniretur. Nam in vulgata lectione particula *cum* ita geminatur, ut saepius fieri videbimus ad lib. XXII. 4. Et *exitus rei* dicitur pro, exitus eius, quemadmodum nomina pronominum vice saepe poni, monuimus ad lib. VI. 8. 8. et alibi. Florus II. 15. *Quod pro* rei *atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent.* Valer. Maximus lib. III. 8. Ext. 6. *Quod sequitur, et* rei *ipsius admiratione et claritate auctoris illustre.* Hegesippus II. 18. *Acerba passio visu et auditu miseranda, sed novitate* rei *memorabilis.* Livius III. 3. *Quae ubi Romam sunt nuntiata, indignitas* rei (i. e. horum) . . *consulem alterum ab urbe excivit.* Capitolinus in Vero cap. 4. *Sed Marcus, haec omnia quasi nesciens, dissimulabat* rem. i. e. illa. ubi equidem cum Salmasio *rem* expungere vix ausus fuerim. Arnob. contra Gent. I. pag. 30. *Quid? quod istas virtutes, quae sunt a nobis summatim, non ut* rei (id est, ipsarum) *poscebat magnitudo, depromptae, non tam* etc. Similisque repetitio in sequentibus comparet exemplis: Lib. XXIV. 6. *Quae res maiorem maiestatis terrorem ignaris* rei . . *adfert.* Florus II. 15. *Quum* bellum *sederet, de* belli *fine tractatum est.* Orosius lib. II. 17. *Sed hoc idem* placitum *inter ipsa* placiti *verba corruptum est.* Lactantius VII. 8. *Et totam* rationem *penitus ignorantia* rationis *evertit.* Cicero Divin.

I. 50. *Et ex* monte *Taygeto extrema pars* montis *quasi puppis avulsa est.* Plautus Captiv. III. 5. 83.

Post mortem *in* morte *nihil est quod metuas mali.*

ubi frustra Heinsius in Adv. I. 5. volebat *in sorte.* Livius I. 3. *Is sepultus in eo* colle, *qui nunc est pars Romanae urbis*, *cognomen* colli *fecit.* ubi nihil fuit tentandum. Conferatur Lucanus IV. 557.

Minimumque in morte *virorum*
Mors *virtutis habebat.*

Vide etiam quae ad lib. XLI. 5. 3. Wopkens. — *Dix re in senatu tractata* optimi libri, et quidem recte. In membranis, quas Modius vidit, ultima syllaba earundem literarum perierat, ut saepe factum. *Tractare in senatu* est deliberare. Suet. *Cepit amicos*, *cum quibus de rep. tractaret.* Graev. — Cl. Perizonius ad vocabulum *re* adnotarat: „An non hoc spurium?" Abr. Gronov.

Postremum adversus plebem. Medicei, sec. quint. Leid. Periz. Coll. N. et pleraeque vetustae edd. atque Bongarsiana, *ad postremum.* Abr. Gronov.

Otio lascivientem. Seneca Epist. 56. *Nunquam vacat lascivire districtis*, *nihilque tam certum est*, *quam otii vitia negotio discuti.* Quae posteriora verba ipsa habet et Curtius VII. 1. 5. Bernec.

4. Quem ipsi in exilium etc. Ita de Coriolano et Camillo Livius lib. II. et V. Bernec.

5. Tanta calamitatium etc. Hoc *calamitatium* suspectum mihi est. In MS. quodam legitur, *aulamantium.* Num scripsit Noster, *auxilia vocantium*, idque deinde per compendiosam scripturam factum primo *aula vocantium*, et mox iunctis vocabulis duobus id, quod legitur in MS.? an pro *aulamantium*, *lamentantium* scribendum? Potest enim in vocabulo *aulamantium* initialis littera ex praecedenti vocabulo adhaesisse, *lamantium* autem compendium esse vocis *lamentantium.* Scheff. — Hoc est, adeo calamitatibus urgebantur, inque summas angustias adducebantur. Ruffinus H. Eccles. VII. 28. *Eumque de famis* necessitate, *quae obsessis acciderat*, edocet. et cap. 29. *Post quem* . . *Stephanus ecclesiam gubernavit* . . *fidei virtute longe dissimilis*, *sicut persecutionis ignis probavit. Nihil enim philosophiae in* necessitate *tentationis ostendit.* Vegetius de Re Mil. III. 2. *Male enim cum his agitur*, *quibus* necessitas *et belli incumbit et morbi.* et ibid. *ut nihil iis in* necessitate *praelii accidere posset incognitum.* et lib. IV. 31. *Non propter* necessitatem *tumultus alicuius classem parabat ex tempore.* Non igitur suspectam habere vocem *calamitatium* hic debuit Schefferus. Confer lib. XLIII. 4. *Adeo illic bene instituta*, *non temporum* necessitate, *sed recte faciendi consuetudine servantur.* Wopkens.

8. Insidias in ipsum Mithridaten verterat. Sec. Med. Periz. Coll. N. ed. Ald. Iunt. *vertit.* Magl. ed. Rom. *convertit:* quod imitatur Saxo lib. II. pag. 23. f. *insidias a fratre in virum con-*

vertit. At prius adhibuit auctor supra XIII. 8. 6. *insidiae in insidiatores versae.* ABR. GRONOV.

9. DE EXSILIO REVERSUS ESSET. Praepositionem ignorat pr. Leid. ABR. GRONOV.

CAPTUMQUE ACCEPTA INGENTI PECUNIA DIMISIT. Dorv. 2. non agnoscit vocem *accepta.* Sed elegantius adfuerit illa. Cicero Philipp. V. cap. 4. *Decreta falsa vendebat; regna, civitates, immunitates in aes,* accepta pecunia, *iubebat incidi.* Ruffinus Hist. Ecc. VIII. 26. *Et fidem negotiorum susceptorum nec* accepta mercede *custodiens.* Vulg. Interpr. III. Regum XXI. 6. *Da mihi vineam* accepta pecunia. Phaedrus lib. IV. fab. XXI.

Circuire coepit urbes Africae nobiles,
Mercede accepta *laudem victorum canens.*

ubi *mercede accepta* nihil aliud est quam mercede, vel mercedem accipiens, atque ita victum sibi quaerens: ac falluntur, qui *pacta mercede* legunt, aut exponunt, non ante victorum laudem canens, nisi mercedem accepisset. WOPKENS.

10. ATQUE UT IN ILLO. Pr. Med. *atque ut illo,* id est, illa re. Ed. Flor. Ald. Iunt. et tertius codex Dorvil. testante Cl. Wopkensio ad XXXVIII. 6. 1. *atque ut illi.* ABR. GRONOV.

EX DEFENSORE SENATORIAE CAUSAE REPENTE PATRONUS PLEBIS EVASIT. Saxo lib. I. pag. 5. 27. lib. VIII. pag. 155. 42. *ex rege privatus evasit.* et pag. 8. *ex hoste procus evasit.* lib. XI. pag. 220. 13. *Blacco ex speculatore sceleris hortator evasit.* ABR. GRONOV.

11. A QUIBUS REVOCATUS IN PATRIAM. Ed. Flor. Ald. Iunt. *revocatus fuerat in p.* ABR. GRONOV.

12. NEQUE SE AFFUTURUM . . . AIT; INTERCESSURUM ETIAM, SI. Vere credo Dorv. 2. et 3. *Neque se affuturum . . ait, et intercessurum etiam, si* etc. WOPKENS.

13. PARES. Validos satis ad resistendum. Supra VII. 6. 4. *Pares bellis.* BERNEC.

ARBITRARENTUR. Scribe, *arbitrentur.* FABER. — Coniecturam Fabri corrigentis, *arbitrentur,* iuvant sec. Med. Magl. in quibus corrupte scriptum, *quod se inparem,* et *quod si parem se crud. ten. arbitretur.* ABR. GRONOV.

15. PROINDE CONSULANT SIBI IPSIS: IUBEANT ABIRE SE, SI MALINT, VEL CAUSAE POPULARIS SOCIUM REMANERE. Hic locus est contaminatus. Quid hic *si malint?* Codex manu exaratus Bongarsii: *an sibi malint:* rescribe cum Iuntis: *Proinde consulant sibi ipsi. Iubeant abire se, an malint socium causae popularis remanere. Si* natum est ex praecedente *se.* Cum et *an* in aliis libris reperiretur, mutatum est in *sibi,* sed cum hiaret oratio, additum *vel.* GRAEV. — Multum debemus optimae illi Iuntarum editioni, quam studiose legit Graevius noster. In ea editione ita conceptus hic locus est, *Proinde consulant sibi ipsi* (bene) *iubeantne abire se, an causae populari socium remanere.* Nil melius, nil rotundius. FABER. — *Consulant sibi ipsi* antiquiores typis expressi,

Becharii, et ut Graevius testatur, Iuntarum. Alii, *consulant sibi ipsis.* Sed alterum elegantius. Vorst. — Locum pro contaminato habent, quod fortasse non necesse est. Nam illud *si malint*, facile intelligitur. Dicit enim Clearchus, si sic malint, si hoc putent rebus suis conducibilius, debere eos iubere se abire, vel si malint illud, remanere. Quod si tamen quid mutandum, quia legitur in Bongarsiano, *an sibi malint*, et in Iuntina est *vel*, puto locum sic formandum: *Proinde consulant sibi ipsi. Iubeant abire se, aut si malint, causae populari socium remanere.* Scheff. — *Iubeant* legitur in Iuntina, non *iubeantne.* Sed *ne* commode intelligitur, ut alibi non infrequenter. Graev.

Iubeant abire se, si malint, vel causae populari socium remanere. Graevius locum hunc contaminatum putat, et ex editione Iuntina sic legendum, *Proinde consulant sibi ipsi, iubeant abire se, an malint causae populari socium remanere.* Sed et Cod. quidam MS. Bongarsii habuit, *an sibi malint.* Ita ergo ante *iubeant* subaudiendum erit *utrum.* Et minus ego haesitarem, si *sibi* plane abesset, legereturque, *Proinde consulant, utrum iubeant abire se, an malint.* Ita enim *consulant* esset pro consultent, deliberent. Nunc quia pronomen adiectum est, nondum satis liquet. *Consulere sibi* notum idem esse quod prospicere sibi. Quid si voce *utrum* non subaudita legatur sic, *Iubeant abire se; vel, si malint, causae populari socium remanere?* Vorst. — Super aliorum de hoc loco intricato iudicia, habe et illud Heinsii, qui ad Tacit. Annal. III. 46. tentabat: *Proinde consulant sibi, sive iubeant abire, seu malint vel causa populari socium remanere.* Sed mallem *P. c. s. ipsi, sive iubeant abire se, seu malint causae popularis socium remanere.* vel potius hoc modo: *Proinde consulant ipsi, iubeantne abire se, an malint causae p. s. r.* ut *consulant* sit deliberent, quemadmodum lib. XXXVIII. 4. *Optandum sibi fuisse ait, ut de eo liceret* consulere, *bellumne sit cum Romanis, an pax habenda.* Posterior scriptura omnino videtur Iustini. Wopkens. — MSS. *an malint vel causae.* Magl. *videant, abire, an se malint, vel c. p. soc. r.* Lege, *videant, ab. s. m. an causae pop. Videant*, id est, considerent, ut supra I. 6. 11. *proinde videant, fugientibus haec, an illa pugnantibus acies rumpenda sit.* Ald. Iunt. *an malint socium c. p. r.* Nob. Heinsius in Animadv. ad Tacitum lib. III. Annal. cap. 46. Observ. Miscel. tom. IX. pag. 392. legit, *Proinde consulant sibi, sive iubeant abire, seu malint vel caussa populari socium remanere.* Abr. Gronov.

16. Plebs summum ad eum imperium defert. Magl. ed. Rom. *summum ad eum imperii.* Ita supra I. 6. 8. *summam belli eidem committit.* Livius lib. XXV. cap. 37. *ut ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint.* et lib. XXVII. cap. 31. *penes eum summa imperii erat.* Plinius Paneg. cap. 56. *postquam ad se imperii summam Dii transtulerint.* Abr. Gronov.

17. In fugam dilapsi. Codices quidam MSS. quos Bongarsius vidit, *fuga dilapsi:* quod magis placet. Vorst. — Quamvis in quibusdam MSS. sit *in fuga*, non tamen deserenda cum Vorstio altera scriptura. Frontinus Strat. III. 8. 3. *Oppidani . . in fugam dilapsi victoriam hostibus concesserunt.* Gregorius Turon. H. Francorum VII. 31. *Protinus multitudo hostium . .* labebatur in fugam. Wopkens. — Pr. Med. quint. Leid. Bodl. Coll. C. C. *in fuga*, idemque in MSS. reperit Bongarsius, non *fuga*, quod ex iisdem profert Vorstius, cui tamen emendanti *fuga dilapsi* favet locus Saxonis lib. XIII. pag. 234. f. *postquam fuga delapsum cognovit.* Lege, *dilapsum.* Simile mendum apud eumdem occurrit lib. XIV. pag. 270. 49. *exercitus parte delapsa.* Regino lib. II. Chron. pag. 93. *Abbas et congregatio fratrum vix fuga dilapsi sunt.* Abr. Gronov.

18. Laetari plebs. Pr. Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. ed. Ald. Iunt. *Laetatur plebs.* Abr. Gronov.

Potissimum. G. Maior *potissimo* vult. Non placet. Bernec.

Auxilium eorum in exitium conversum esse. Scribe, *esset.* Et ita in quibusdam Editt. Faber. — Malim legere *esset*, ut in antiquioribus typis expressis est: ut ad voculam *quod*, quae praecedit, et hoc referatur. Vorst. — Impressi quidam habent, *esset*, quod hic plane videtur necessarium, propter antecedens *quod.* Idem Vorstio est visum. Scheff. — Sic sane Iuntina. Graev. — *Esset.* Ita tert. quint. Leid. Periz. Coll. N. ed. Rom. Bechar. Mediol. Ald. Iunt. *esse* Bongars. aliaeque. Abr. Gronov.

19. Quibus dum mortem. Coll. N. *Quibus auditis, dum mortem* etc. Abr. Gronov.

Cariora eorum pretia. Quibus sese studebant a morte liberare. Sed illud *eorum* mihi admodum suspectum est; videtur enim, si hoc dicere voluisset, scribere *sua pretia* debuisse. Cogitent, qui ingenio plus valent. Scheff. — Non video, cur *sua pretia* scribi debuisse arbitraretur Schefferus. Wopkens.

CAP. V.

5. Per ora civium trahit. In publica quasi pompa, ut omnibus conspicuus esset. Ennius ita de se dixit, *volito vivus per ora virum.* Sallust. Iugurth. 31. 12. *Incedunt per ora vestra magnifici.* Tacit. III. Hist. 36. *In ore vulgi agere.* ubi pluscula Lipsius Nota 46. Noster iterum XXXVI. 1. 5. *Traductus per ora civitatium, populis in ludibrium favoris ostenditur.* Bernec. — Infra XXXVI. 1. 5. *Traductus per ora civium.* ubi *ora* pro oculis, conspectu. *Trahere* idem quoque quod *ducere.* Virgilius V. Aeneid. *Aeo puerum Astyanacta trahebat.* Curtius III. *Feminae pleraeque parvos trahentes liberos ibant.* Vorst.

6. Nullus locus urbis a crudelitate tyranni vacat. Tertullianus de Carne Christi cap. 5. *An ideo passiones a Christo non recidisti, quia ut phantasma vacabat a sensu earum.* Ita

edit. Franeq. Rhenanus male ediderat, *vocabat*. Hegesippus lib. I cap. 32. *Iudaea ab hostili tumultu vacabat.* et cap. 38. *Vacar enim mentem Herodis ab odio filiorum Antipatri non patiebatu* ABR. GRONOV.

8. INTERDUM EX SUCCESSU etc. *Enim.* Angl. coniunctione *enim* non agnoscit. Non probo. Locus alias est vitiosus. Repetiti namque vocis *interdum* requirit membra rerum diversarum. At ho minem se oblivisci, et dicere se filium Iovis, sunt eadem. Malle ita legere et distinguere: *Accedit saevitiae insolentia, crudelita arrogantia interdum. Dum enim ex successu.* SCHEFF. — Angli Iuntae recte omittunt *enim*. Aliud est sane nimia felicitate o livisci fragilitatis humanae, aliud iactare se Deorum filium. GRAEV

EX SUCCESSU. Curtius IV. 14. 34. *Fragilitatis humanae nim in prosperis oblivio est.* Seneca Suas. II. *Nunquam in solido ste superba felicitas: et ingentium imperiorum magna fastigia ob vione fragilitatis humanae collapsa sunt.* BERNEC. — *Ex su cessu continuae felicitatis*, i. e. ex continua felicitate. Lib. XXI 1. *Quare felicitas eorum* successu felicitatis *incensa* etc. Val Max. V. 10. 2. *Cum in maximo* proventu felicitatis *nostrae, Q rites, timerem, ne quid mali fortuna moliretur* etc. Similiter cundarum rerum proventum dixit Livius XLV. 41. WOPKENS.

9. EUNTI PER PUBLICUM AUREA AQUILA VELUT ARGUMENTI GENERIS PRAEFEREBATUR: VESTE PURPUREA, ET COTHURNIS REGI TRAGICORUM, ET AUREA CORONA UTEBATUR. Horum pleraque fu principatus insignia posterioribus temporibus etiam apud Roman nisi quod Imperatoribus eorum, exemplo Regum Persicorum, n *aquila aurea*, sed *ignis* praeferebatur, ut luculenter docet eleg tissimus Lipsius ad Taciti Annales Excursu I. MODIUS. — Dorv. non prorsus male *videbatur* pro *utebatur*. ut lib. XX. 3. *Duo venes . . coccineis* paludamentis *pugnare* visi *sunt*. lib. II. 10. *I autem primus in fuga, postremus in praelio semper* visus Livius XXI. 62. *multis locis hominum specie procul candida ve visos, nec cum ullo congressos.* et lib. XLV. 20. *Num qu primo in* veste *candida* visi *essent, quod* etc. Tacit. Hist. II. *Nec illi segne aut corruptum luxu iter, sed* lorica *ferrea* visus, *ante signa, pedester, horridus, incomtus famaeque dissimilis.* enim illic legerim, non *usus est*. In Iustini autem loco *utendi* v bum ut adservemus, librorum persuadet auctoritas. Supra lib. II. *Lanae iis* usus *ac* vestium *ignotus . . pellibus tantum ferinis murinis* utuntur. ubi morari Graevium non debuit, quod *vest tur* habeat Iuntina editio. Tacit. Annal. I. 15. *Sed decreta cunia ex aerario, atque per Circum triumphali* veste *utere* ubi vid. Gronovium. WOPKENS.

11. CERAUNON. Hoc est, *Tonitru.* Plutarchus de For Alexandri II. 13. *Clearchus Heracleae tyrannus gestavit fulm unumque filiorum, Tonitru appellavit.* Fulmen, scilicet ut Iovem referret, cuius personam ridicule sumebat. Ita namque

deus illum locum est interpretatus: cum in Graecis vulgo impressis pro σκηπτόν, *fulmen*, mendose legatur exponaturque σκῆπτρον, *sceptrum*. Talium cognomentorum stultitiam ridet Plutarchus ad Princ. indoct. cap. 5. BERNEC.

UT DEOS NON MENDACIO TANTUM, VERUM ETIAM NOMINIBUS ILLUDAT. Ita Lactantius III. 28. 12. *Nec dissimili errore credunt esse Fortunam quasi deam quamdam res humanas variis casibus illudentem.* Pr. Med. *deis*, ut apud Eumenium Paneg. Constant. Caes. cap. 6. *cum mare frustra reciprocum prohibitis fuga quasi illudere videretur.* Orosium lib. VI. cap. 65. pag. 417. *custodiae eius illuderat.* et Salvianum lib. VII. de Gubern. Dei cap. 10. *illudentes sibi barbaros cerneret.* Vide infra notam ad XVIII. 7. 10. et Donatum ad Terentium Phorm. V. 7. 22. ABR. GRONOV.

12. DUO NOBILISSIMI IUVENES CHION ET LEONIDES INDIGNANTES. Vide Memnonis Eclogas de Historia Pontica: unde apparebit, legendum esse *Leon*, non *Leonides*. VOSS. — Unius horum, et prioris quidem, epistolae adhuc extant. Inter quas una est ad ipsum Clearchum scripta: et una item ad Platonem, praeceptorem, qua quasi ad caedem tyranni sese parat. *Μετὰ παιᾶνος ἂν*, inquit, *καὶ νικητηρίων ἀπολείποιμι τὸν βίον, εἰ καταλύσας τὴν τυραννίδα ἐξ ἀνθρώπων ἀπελεύσομαι.* Pro *Leonides* legendum esse *Leon*, ex Eclogis Memnonis intelligi posse monet Vossius. VORST. — Is. Vossius ex Memnone scribit *Leon*, et potest adhaerens *ides* natum esse ex sequente *eadem*. SCHEFF. — Sec. Med. *indignati*, ut supra I. 3. 3. XIII. 3. 1. et XXIV. 6. 1. Pro *Leonides* Vossius ex Memnone legit *Leon:* verum Iustino consentit incertus auctor apud Suidam in v. *Κλέαρχος· Ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν (Κλέαρχον) πρῶτον μὲν ἡ δίκη· εἶτα δὲ ἡ χεὶρ ἡ Χίωνος, ὅσπερ οὖν ἦν ἑταῖρος Πλάτωνος, καὶ χρόνον διήκουσεν αὐτοῦ, καὶ τὸ μισοτύραννον ἐκ τῆς ἐκείνου ἑστίας ἀσπασάμενος, ἠλευθέρωσε τὴν πατρίδα. κοινωνοὶ* (MS. Leid. *κοινωνῷ*) *δὲ οἱ τῆς καλῆς πράξεως γενέσθαι λέγονται Λεωνίδης τε καὶ Ἀντίθεος, φιλοσόφω καὶ τώδε ἄνδρε.* Memnon cap. 2. plures huius coniurationis conscios fuisse refert: *ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ὑπὸ Χίωνος τοῦ Μάτριος, ἀνδρὸς μεγαλόφρονος, καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὸν (Κλέαρχον) τὴν ἐξ αἵματος ἔχοντος, καὶ Λέοντος, καὶ Εὐξένωνος, καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων, συσκευασθῆναι πληγὴν καιρίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τελευτῆσαι πικρῶς ἀπὸ τοῦ τραύματος.* ABR. GRONOV.

13. DISCIPULI PLATONIS. Praeter hos nostros alii plures enumerantur a Diog. Laërtio in vita Plat. et Athenaeo lib. XI. fin. quo loco satis maligne de discipulis institutisque Platonis indicat Athenaeus. Quin ipsum Platonem ob *ἔρωτα τυραννίδος* haud obscure perstringit Xenophon Epist. ad Aeschinem fin. pag. 1000. d. ut mirum sit, quare hos Platonis ex doctrina factos tyrannidis osores dicat auctor. BERNEC.

VELUTI CLIENTES et MOX VELUTI AD REGEM. Glossemata sunt, Grebisii iudicio et meo. BERNEC.

COGNATOS, VELUTI CLIENTES. Duas postremas voces e glossemate ortas fuisse, frustra suspicabantur Sebisius et Bernecccerus. Vide Avum lib. I. Observ. cap. 24. ABR. GRONOV. — Bigam istam, *veluti clientes*, a Sebisio et Berneccero glossematis loco habitam, retinere haud immerito videtur Gronovius Observ. I. 24. WOPKENS. — Nihil erat, cur Sebisius ac Bernecccerus verba illa *veluti clientes* in suspicionem glossematis vocarent. Sed, ni fallor, his errandi causa fuit non satis intellecta vis verbi *iurgantium*, quod de simplici contentione aut rixa accipiendum putaverunt, ad quam rem nihil opus erat turba clientum. Est autem verbum forense, atque, si notationem spectes, *iurgare* nihil aliud est, quam *iure agere*. Hinc Cicero de Rep. IV. teste Nonio, *benevolorum*, inquit, *concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur.* Ex quo, idem de Legg. II. 12. *Feriarum festorumque dierum ratio in liberis requiem habet litium et iurgiorum.* Et apud Livium XXXVIII. 51. P. Scipio Africanus, *hoc*, inquit, *die*, *tribune plebis*, *vosque Quirites, cum Annibale et Karthaginiensibus signis collatis in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque quum hodie litibus et iurgiis supersederi aequum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Iovem optimum maximum, Iunonemque et Minervam, caeterosque Deos, qui Capitolio atque arci praesident salutandos ibo.* Itaque Clearchi interfectores, cum aliter magna hominum turba stipatis tyrannum adire non liceret, iurgium simulantes, cognatos suos eo nomine in propinquo locaverunt, tanquam sibi veterum more in iure adessent, iudiciique eventum expectarent. Ex his simul intelligitur, quid illis verbis, *veluti ad regem*, significetur, quae item glossematis iidem illi viri docti damnant. Adierunt nempe tyrannum, velut appellandi regis causa, qui litem inter illos disceptaret. Ista cum scripsissem, vidi demum, locum hunc iam assertum esse a Gronovio Observatt. I. 23. HOTTINGER.

14. 15. 16. Simillima referuntur a Livio I. 40. BERNEC.

IPSI MORE IURGANTIUM. Saxo lib. XIV. pag. 274. 15. *subornat ex suis, qui iurgantium more rem in strepitum seditionemque converterent.* ABR. GRONOV.

15. QUI IURE FAMILIARITATIS ADMISSI. Forte, *quibus iure familiaritatis admissis.* GRONOV. — Gronovius coniicit legendum *qui i. f. admissis.* Sed potius sic interpunxerim *qui i. f. admissi. dum alterum* etc. ut post *admissi* subaudiatur *sunt*, et stilo abruptiore, uti in narrationibus historicis solet, utatur Iustinus. Sulp. Severus H. S. I. 23. *Verum Gabaonitae . . se Hebraeis dederunt iusta facturos pollicentes*, *receptique* (sc. sunt) *in fidem: ut ligna et aquam conveherent imperatum.* pro, receptisque in fidem ut l. e. a. c. imperatum. et lib. II. 1. *Ita presbyteris fides habita: iudicio populi Susanna damnatur.* ubi saepius ad hanc formam lapsos esse criticos observamus. Livius XXII. 32. *Legatis gratiae actae pro munificentia curaque: patera, quae minimi ponderis fuit accepta.* lib. XXI. 36. *digressus deinde ipse ad locum visendum: haud du-*

bis res visa, quin per invia . . circumduceret agmen. ubi rursus vir laudatissimus tentabat *digresso deinde ipsi.* WOPKENS.

18. FRATER CLEARCHI SATYRUS. Diodorus XVI. 36. filium *Timotheum* ei successisse refert: qui et eum interfectum ait, *Διονυσίων ὄντων, ἐπὶ θέαν βαδίζοντα.* Consule Memnonis Excerpta. BONGARS. — Item Athenaeum III. 7. et XII. 12. et rursus Diodorum XX. 78. Quibus auctoribus inter se collatis pensitatisque, Freinshemii nostri sententia verisimilis mihi redditur, auctorem ista suo more confundere, et duos Clearchos, avum atque nepotem, in unum conflare. Res ita habet. *Clearcho*, qui tyrannidem Heracleae primus invasit, successere filii, *Timotheus* primo, deinde *Dionysius:* Dionysio item filii *Zathras* (qui forte Iustino *Saturus* seu *Satyrus* est) et *Clearchus* alter. De Satyro Pontico Dionys. in fine Isocratis. BERNEC.

EADEM VIA. Qua? qua Clearchus invaserat. Iam vero is invaserat iuvando primum Senatum, mox plebem contra eum, et faciendo cetera, quae apud Nostrum leguntur. Qualia nec fecit Satyrus, nec necesse habuit, pridem caesis hisce omnibus, aut in exsilium eiectis. Quare puto apud Nostrum *eadem vi* legendum esse, et intelligendam vim satellitum, qua Chion et Leonides erant obtruncati. SCHEFF. — *Eadem via* est aeque ut frater. Non quidem eodem modo. GRAEV.

MULTISQUE ANNIS. In Memnonis Excerptis legimus Heracleotas partim a tyrannis, partim a Lysimacho, privatos libertate fuisse annos LXXXIV. BERNEC.

HERACLIENSES SUB REGNO TYRANNORUM FUERE. MS. *Heraclienses regnum tyrannorum fuere.* Ita loquuntur optimi quique scriptores, et ipse quoque Iustinus. Sic infra lib. XVII. cap. 3. *Quae ipsa genus Aeacidarum erat.* Ita enim ex MSS. legendum. Voss. — Recte MSS. *Heraclienses regnum tyrannorum fuere.* Virgil. I. Aen.

Hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant.

Livius I. f. *Gabios regnum Tarquinii* vocat. Idem XXIX. 32. *Massaesylorum fines, id Syphacis regnum erat.* et XXX. 11. *Masaesyli regnum paternum Masinissae.* GRONOV. — Angl. *Heraclienses regnum fuere.* Unde Is. Vossius: *Heraclienses sub regnum fuere.* Scio quartum casum aliquando iungi praepositioni huic pro sexto. Sed nil tale suetum Nostro. Mallem retinere *sub regno*, quod est in vulgatis, et delere *tyrannorum*, tanquam quod adiectum fuerit ex glossa. Nec illud *regnum* in Anglicano aliud quam alterius *sub regno* glossa et interpretatio. SCHEFF. — Isaacus Vossius legit: *Heraclienses regnum tyrannorum fuere.* Angli vero in suis libris invenerunt: *Heraclienses sub regnum tyrannorum fuere.* Sic et in Iuntina legitur. Sed aut Vossii emendatio amplectenda, aut a vulgata non discedendum. GRAEV. — Coll. N. ed. Iunt. *sub regnum.* Medicei, sec. quint. Leid. Bodl. Reg. Thuan. Periz. Coll.

C. C. ed. Rom. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. *Her. regnum tyr. f.* Abr. Gronov.

Heraclienses regnum tyrannorum. Sic pro vulgato *sub regno t. f.* ex quatuor MSS. edidit Abr. Gronovius, adstipulanturque nostri Dorv. 2. et 3. Altera tamen ratione, non hac, usus est Iustinus lib. VI. 1. 1. lib. XXIV. 1. 2. et lib. XXXIII. 2. 6. Sic Cicero Attico VII. Epist. 7. *Nisi eos timere putas ne* sub regno *sint, qui id nunquam . . recusarint.* Ovidius Rem. Amoris 284.

Totaque sub regno *terra futura tuo est.*

Livius XLV. 29. *Omnibus dare libertatem pronuntiavit, qui* sub regno *Persei fuissent.* Sic Valer. Max. VIII. 7. Ext. 16. aliique. Ad alteram formam Livius XXXV. 14. *Ut Italicae gentes regis externi . .* imperium *esse mallent.* Adde I. F. Gronovium. Wopk.

COMMENTAR. IN LIB. XVII.

CAP. I.

1. In Hellesponti. Praepositionem *in* omittunt Medicei, Magl. sec. quart. Leid. Thuan. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

2. Lysimachia. Prius *Cardia* dicta. Stephan. Pausan. in Attic. Eam suo tempore deletam fuisse scribit Strabo lib. X. Bongars. — Strabo lib. X. pag. 460. *Ἴχνη δὲ αὐτῆς (Ὠλένου) λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ· ἦν δὲ καὶ Λυσιμαχία πλησίον ἠφανισμένη καὶ αὐτὴ, κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δ' Ὕδρᾳ.* Abr. Gronov.

3. Quod portentum . . . . portendebat. Vix dubium, quin auctor scripserit *prodigium* etc. eodem plane modo, ut XL. 2. *Quod prodigium mutationem rerum portendere aruspices responderunt.* Gronov. — Non possum isthuc ferre, nec a Iustino esse puto. Legi potest, *portentum . . . . . significabat;* ut alibi. Faber.

Ac regni ruinam. MSS. multi habent, *ad regni ruinam*, quod non puto contemnendum. *Ad* est una cum ruina. Terentius in Andria: *Ad haec mala hoc mihi accedit etiam.* Scheff. — Prorsus damnandum quod quidam codices habent, non improbante Scheffero, *ad regni ruinam.* Quod autem Gronovius pro *portentum . . portendebat*, legebat *prodigium . . portendebat*, et Faber *portentum . . significabat;* in eo neutri subscribere, invitis codicibus, ausus fuerim, cum toties iunctae alibi reperiantur voces cognatae. Cicero de Divin. I. 42. *Quia enim ostendunt*, portendunt *. . ostenta*, portenta *. . dicuntur.* Adde quae ad lib. XVIII. 4. *Onera arenae pro pecunia* involucris involuta. Wopkens.

4. Agathoclem. Lege Pausaniam in Atticis, et Strabonem lib. XIII. qui Lysimachum ait *κακοῖς οἰκείοις περιπεσόντα,*

filium necasse. Per *κακὰ οἰκεῖα* domesticas calamitates intelligit, quae hic et apud Pausaniam recensentur, non improbos familiares, quod putavit doctissimus Fabricius. BONGARS. — De Agathoclis ipsiusque Lysimachi caede addendus Appianus Syriac. pag. 130. BERNEC.

NON SOLUM PATRIUM, VERUM ETIAM HUMANUM ULTRA MOREM PEROSUS. Medicei, Magl. et sex alii, ed. Rom. Ald. Iunt. *non solum ultra p. v. etiam ultra h. m. p.* Posterius *ultra* nescit Rom. *hum. ultra modum* dant Ald. Iunt. Supra II. 6. 1. *quae* (bella) *non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem peracta sunt.* ABR. GRONOV.

PEROSUS. Sunt haec firmanda nostratium adagio: *Novercam habens, habet et vitricum.* adeo blanditiae muliebres, amorque novellus superveniens, naturales etiam affectus evertunt. Simile exemplum extat infra XXXIV. 4. 1. BERNEC.

5. HAEC ILLI PRIMA MALI LABES. Virgilius Aeneidos II. 97.

Hinc mihi prima mali labes: *hinc semper Ulysses*
Criminibus terrere novis.

Sic repudiandam vix concesserim scripturam istam Livii XXXIX. 9. Huius mali labes *ex Etruria Romam, velut contagione morbi, penetravit.* WOPKENS. — Verba haec, quae Sinonis Virgiliani esse nostis Aen. II. 97. hic nescio quo modo displicent. Quae mirum nisi glossator aliquis tamquam splendentem pannum Iustino assuit. Id quam saepe factum sit cum in aliis, tum maxime in Tacito, disserentem vide Ernestium in praefat. ad eius scriptoris editionem. HOTTINGER.

6. QUOD OCCISUM IUVENEM etc. Tacit. Agric. cap. 45. *Praecipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici: cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret saevus ille vultus.* Quem ad locum egregie, ut solet, vir et amicus magnus Mich. Virdungus. BERNEC.

7. QUI CAEDIBUS SUPERFUERANT. Pro *qui caedibus supererant.* Quod apparet ex eo quod sequitur, *qui exercitibus praeerant.* Plusquamperfectum poni pro imperfecto non insolens est: quomodo contra imperfectum ponitur pro plusquamperfecto. Vide sup. Notas ad XIII. 2. 11. itemque Gronovii ad Liv. XXXIV. 11. VORST.

9. ULTIMUM HOC CERTAMEN . . . PAR RESERVATUM. Nulla est, fateor, haec mutandi necessitas: et tamen vix unquam bene me divinasse credam, nisi inducendum sit vocabulum *certamen.* Id certe venustissimi cuiusque aures vehementer probabunt. HOTTINGER.

10. LYSIMACHUS QUATUOR ET SEPTUAGINTA ANNOS NATUS ERAT. Octoginta annorum facit Lysimachum Hieronymus, cum occumberet in praelio adversus Seleucum. Vide Lucianum de Longaevis. VOSS.

UTRIQUE ANIMI IUVENILES ERANT. MSS. *utrique animi iuvenales erant:* quod reperi multis etiam locis in membranis Livii et Senecae; et dixit Horatius in Arte:

Nec nimium teneris iuvenentur versibus umquam.

Sed de hac re plura cum deo ad ipsum Livium. MODIUS. — Quart. Leid. a prima manu, et MSS. Fuldenses, *iuvenales:* idemque in codice MS. Iustini se reperisse, testatur Pontanus ad Macrobium lib. IV. Saturn. cap. 3. ubi Macrobius laudat versum Virgilii lib. XII. Aeneid. vs. 151. quem in MS. codice, cui accedit MS. Oxon. ita legi ait idem Vir Cl.

Pubentesque genae et iuvenali in corpore pallor.

Livius lib. I. cap. 57. *et tum quidem a nocturno iuvenali ludo in castra redeunt.* Ita duo MSS. Florentini. Symmachus lib. I. Epist. 1.

Hos inter, iuvenale decus, sed honore senili,
Bisseno celsus, Symmache, fasce cluis.

et VII. 9. *Decet enim loqui exsultantius iuvenalem calorem.* Ita MS. et ed. Scioppii. Marcianus Capella lib. I. pag. 3. *in iuvenalis roboris excellentiam.* Ita MS. Laud. et pag. 13. *decor iuvenalis.* lib. V. pag. 139. ex eodem MS. *Scholarium iuvenalium monitus.* lib. VII. pag. 242. *iuvenalis aetas.* Inscriptio Florentina tom. I. pag. 308. CURATORI. LUSUS. IUVENALIS. Adde Animadvers. Eruditi Britanni in Apuleium lib. X. Miscell. Observat. Vol. II. Tom. III. pag. 399. Sec. Leid. *utrique annos iuveniles servabant.* Ald. Iunt. *uterque animos iuveniles servabant.* ABR. GRONOV.

12. ANGUSTIIS SIBIMET INCLUSI VIDEBANTUR. Iuntae, *angustis sibi metis inclusi videbantur.* GRAEV. — Iuntina: *angustis sibi metis.* Non displicet. SCHEFF. — Etiam Dorv. 1. ut Iunt. editio habet, *angustis sibi metis inclusi v.* quod Scheffero, nec immerito, non displicebat. lib. XXIII. 1. *Dein quasi* angustis *insulae terminis clauderetur . . . in Italiam transcendit.* Seneca in Medea 292.

Nullum ad nocendum tempus angustum *est malis.*

Epist. XCIX. Anguste *fructus rerum determinat, qui tantum praesentibus laetus est.* WOPKENS. — Sec. Med. Coll. N. ed. Ald. Iunt. *angustis sibi metis incl. vid.* Valerius Max. VIII. 7. Ext. 10. *Citerioris aetatis metas, sed non parvi tamen spatii, Chrysippi vivacitas flexit.* Statius lib. V. Silv. carm. 3. vs. 255.

o Pylias aevi transcendere metas,
Et Teucros aequare senes, o digne videre
Me similem!

Saxo lib. X. pag. 192. 10. *ne tamen regnandi usum intra patriae metas clausum haberet. Angustis metis*, ut *angusto limite* apud Iuvenalem Sat. X. vs. 168.

Unus Pellaeo iuveni non sufficit orbis:
Aestuat infelix angusto limite mundi. ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. IN EO BELLO LYSIMACHUS. Praeter Pausaniam et Strabonem vide Appianum Syriac. BONGARS.

NON INSTRENUE MORIENS. Ita sec. Med. ABR. GRONOV. —

MSS. omnes, ut et Iuntae: *non strenue moriens.* Ab omnibus tamen dicitur in proelio occubuisse in campis Cori. Sic paulo post rursus Iuntae cum omnibus MSS. *ambitiosus ad populares esset.* Quod mirum cur spreverint. *Ad* enim pro *apud* infinitis locis apud priscos scriptores ponitur Liv. XXIV. 48. *Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remansit.* Cicer. V. ad Fam. Epist. 10. *Ad Caesarem meam causam agas.* Idem X. Epist. ad Att. *Ad me bene mane Dionysius fuit.* Et sic Terentius, Caesar, aliique maxime idonei Latinae linguae auctores. GRAEV.

2. LAETUS TANTA VICTORIA SELEUCUS. Memnon cap. 13. Σέλευκος δὲ τοῖς κατωρθωμένοις κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεὶς, εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὥρμητο, πόθον ἔχων τῆς πατρίδος, ἐξ ἧς σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐστράτευτο, κἀκεῖ τοῦ βίου τὸ λεῖπον διανύσαι, γηραιὸς ἤδη ὢν, διανοούμενος, τὴν δὲ Ἀσίαν Ἀντιγόνῳ (leg. Ἀντιόχῳ) παραθέσθαι τῷ παιδί. ABR. GRONOV.

DE COHORTE ALEXANDRI. Ea *cohors regia* fuit, ut V. 11. 9. appellatur. VORST. — De *cohorte*, id est, ex proximis, familiaribus, ut interpretatur Avus lib. IV. Observ. cap. 10. pag. 158. ABR. GRONOV.

3. FRAGILITATIS HUMANAE. Cuius admonens Cyrum Croesus: *Humanarum rerum circulus est*, inquit, *qui rotatus, semper eosdem fortunatos esse non sinit.* Herodot. I. 207. BERNEC.

4. A PTOLEMAEO. Cerauno. Erat hic filius Ptolemaei Soteris, et Eurydices Antipatri filiae. Appianus, qui Seleucum 73 annos vixisse scribit, quod cum iis quae Iustinus supra retulit, non congruit. BONGARS. — Seleuci Nicatoris a Ptolemaeo Cerauno occisi meminit et Plinius VI. Hist. Nat. 11. BERNEC.

IN MATRIMONIO HABUERAT. Antiquiores typis expressi, *in matrimonium habuerat.* De quo genere antiptoseos agit Gellius I. 17. itemque Vechnerus Hellenol. I. 16. VORST.

6. CUM ET IN GRATIAM etc. Mallem legere, *Cum et gratia memoriae magni Ptolemaei patris, tum favore ultionis* etc. GRONOV. — Malebat vir celeberrimus *cum et gratia memoriae m. P. p. et favore ultionis* etc. Sed passim sic accusativus venit cum praep. *in*, pro ablativo, vel accusativo cum praep. *propter*. Ita in his lib. XLI. 3. *Uxores* dulcedine *variae libidinis singuli plures habent.* illud *dulcedine* idem ferme valet, quod in dulcedinem lib. IV. 1. *Neque hoc* in dulcedinem *fabulae compositum.* Ovidius Trist. lib. V. 7. 28.

Nil quidem feci (tu scis hoc ipse) theatris,
Musa nec in plausus ambitiosa mea est.

Ammianus lib. XXVII. 6. *Contra hos nitebantur aliqui studiis altioribus* in favorem *Severi.* Capitolinus in Clodio Alb. cap. 12. *A senatu amatus est* . . in odium *speciatim Severi.* Sic cap. 14. extr. et in Maximinis cap. 13. et 14. Sulp. Severus H. S. I. 39. *Ita* in admirationem *ingenii prudentiaeque eius . . amicitiam ab eo foedusque petiere.* Quinctil. Declam. II. 1. *Indignatur se iuvenis*

in honorem *tantum calamitatis absolvi.* Merito autem mirabatur Graevius, cur spreverint Iuntinam et omnium MSS. lectionem *ambitiosus ad populares esset:* quomodo et in quatuor nostris exstat. Livius III. 58. *Virum* honoratissimae *imaginis futurum* ad *posteros.* lib. XXIV. 32. Ad *militare genus omne partemque magnam plebis invisum esse nomen Romanum.* lib. XXXVI. 8. *Qui nullam gratiam* ad *Macedonas*, odium *ingens* ad *Philippum movit.* lib. XXIX. 22. *et ipsa deformitas Pleminii . . favorem ad vulgum conciliabat.* Wopkens.

Ambitiosus apud populares. Etiam hic MSS. plures habent, *ad populares*, genere loquendi optimis scriptoribus sueto ac recepto. Cicero in Philippicis: *Etiam ad inferos poenas parricidii luent.* Quare suspicor, illud *apud* in vulgatis non Iustini esse, verum glossatoris. Haec scripseram, cum vidi postea, etiam Graevium esse in hac sententia. Scheff. — Magl. Reg. Bodl. pr. quart. quint. Leid. Peris. ed. Rom. Ven. Flor. Ald. Iunt. et MSS. Bongarsii, *ad populares. Ad* pro *apud.* Livius lib. III. cap. 21. *si vana vestra, Patres conscripti, ad plebem auctoritas est.* VI. 7. *potens ad plebem.* et XXIX. 22. *et ipsa deformitas Pleminii, memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.* Gellius lib. XIX. cap. 7. *cum ad eum coenassemus.* Caecilius apud eumdem II. 23.

qui quasi
Ad hostes captus, libere servio, salva urbe atque arce.

Phaedrus III. 4. 1.

Pendere ad lanium quidam vidit simium.

Vetus Interpres libri Sapientiae VIII. 10. *Habebo propter hanc claritatem ad turbas.* Saxo XIV. pag. 282. *familiaritatem ad hostes habebant.* Inscriptio Florentina tom. I. pag. 444.

SI TAMEN AD MANES CREDIMUS ESSE ALIQUID.

Plura veterum scriptorum loca congesserunt Vechnerus lib. II. Hellenol. cap. 3. et Avus ad Livium lib. VII. cap. 7. Abr. Gronov.

7. Ptolemaeus nuptias Arsinoes sororis suae. De Ptolemaeo isto, cognomine Ceranno, deque nuptiis eius cum sorore Arsinoë pluribus agit infra XXIV. 1. et 2. Vorst.

9. Erepti paterni regni. Pr. Med. sec. quint. Leid. *ereptae partis pat. regni.* Abr. Gronov.

10. Omnique arte adulatur Eumeni et Antigono etc. Oppido obscurus est hic locus, quem ego ita puto legendum: *omnique arte adulatur Eumeni et Antigono, Demetrii filiis, quibuscum bellum habiturus erat. Antiocho item Seleuci filio, ne tertius hostium accederet.* Mirum vero quam regionem Eumenes atque Antigonus habuerint post patris Demetrii deditionem Seleuco factam, cum Ptolemaeus Ceraunos Macedonum regnum invaserit. Sed et initio lib. XXIV. ubi postea haec historia hic interpolata repetitur, Antigonus, Ptolemaeus et Antiochus bello inter se dissident. Porro in eodem libro XXIV. Antigonus a Ptolemaeo pulsus dicitur, nec

additur, unde pulsus. Suspicor Eumenem ac Antigonum aliquam Macedoniae partem obtinuisse post turpem patris deditionem; Cassandreiae certe imperium obtinuisse Arsinoën, Ptolomaei Ceranni sororem eiusdemque uxorem, ut antea Lysimachi, eodem libro proditur. GLAREAN. — Nob. Sebisius haec ita transponenda censet: *adulatur Antiocho filio Sel. ne Eum* (cuius tamen Plutarchus in Demetrio nullam mentionem facit) *et Antig. D. f. cum quibus* etc. *tertius* etc. BERNEC. — Locus vehementer corruptus, cuius haud scio an verba ipsa, sententiam forte repraesentavero. Scribendum est: *Omnique arte adulatur Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Nullum circa haec tempora invenio Eumenem, quem vereri poterat Ptolemaeus. Sed Nicomedem Bithynum, Antigoni amicum, hostem Antiochi invenio apud Memnonem in Excerptis Photianis: cuius illi haud dubie potuit utilis esse gratia; si nihil aliud, ad morandum Antiochum. Nam cum duobus istis simultates erant inexpiabiles, quorum alter Macedoniam, velut paternum regnum, vindicabat, alterius patrem ipse interfecerat. Et *Eumenes* pro *Nicomede* bis etiam habetur in vulgatis exemplaribus XXVII. 3. Sic et XXXIII. 1. *Et Eumeni regi Bithyniae denuntiatum.* immo, vel Eumeni regi Pergami, vel Prusiae regi Bithyniae. Nec melius XXXII. 4. Eumenis Pergameni, qui cum Prusia Bithyno bellum gessit, milites *Pontici* vocantur. *Id ridiculum Ponticis visum*, immo Pergamenis. GRONOV. — Locum hunc conclamatum mihi εὐστόχως pro solertia sui ingenii restituisse videtur Gronovius, cui tot alia loca restituta debet omnis antiquitas: *Omnique arte adulatur Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Huius emendationis hanc reddit rationem, quod nullus circa haec tempora Eumenes fuerit, quem vereri potuerit Ptolemaeus. Sed Memnonem in Excerptis Photianis narrare Nicomedem Bithynum fuisse Antigoni amicum, hostem Antiochi: cuius illi haud dubie potuerit utilis esse gratia, si nihil aliud, ad morandum Antiochum. Nam cum duobus istis simultates fuisse inexpiabiles, quorum alter paternum regnum vindicaverit, alterius patrem ipse interfecerit. Fuit vero hic Antiochus Soter, Seleuci Nicatoris filius. GRAEV. — Nemo ita in veteri historia peregrinus est, quin facile haec corrupta esse videat. Sebisius quidem hoc, quod sentio, ut acuto homine dignum est, olfecerat; sed unus Gronovius rem constituit: sic enim legit: *Omnique arte adulatur Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Emendationem probo. FABER. — Infra XXIV. 1. scribit Ptolemaeum Ceraunum, Antiochum et Antigonum reges in Graecia bello dissedisse. Quare non apparet, quomodo idem Ptolemaeus Antigono et Antiocho adulatus fuerit, et sunt sine dubio hic menda quaedam. Gronovius igitur sic restituit: *Adulatur Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Nimirum pro *Eumeni* legendum putat *Nicomedi*, quod

nullus eo tempore Eumenes fuerit, quem Ptolemaeus vereri debuerit; Nicomedes autem Bithynus amicus quidem Antigoni, hostis vero Antiochi fuerit. VORST. — Gronovius: *Adulatur Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Probant Graevius et Vorstius, quos vide. SCHEFF. — Ald. Iunt. *filiis et Antiocho.* Pr. Med. *adulatur cum enim Antigonum Demetri filiosantici filio Seleuchi, c. q. b. h. erat, ne t. s. h. a.* sec. *adulaturum ne Antigono Demetri, Antiochoque filio Seleuci, cum q. b. h. erat, tertius sibi h. a.* Hinc scripsisse videtur auctor, *adulatur eum*, (fratrem Ptolemaeum, regem Aegypti) *ne Antigono Demetrii, Antiochoque filio Seleuci . . . . . tertius sibi hostis accederet.* Antigonus autem Demetrii et Philae filiae Antipatri filius fuit, cognominatus Gonatas, de quo Georgius Syncellus pag. 270. ait: ὅς ἐν Γόνασι τραφεὶς τῆς Θετταλίας, Γονατᾶς ἐπεκλήθη. ABR. GRONOV.

11. INGENS MOMENTUM. Taciti illud simile est Histor. I. 59. *Batavorum cohortes, prout inclinassent, grande momentum, sociae aut adversae.* Lucanus IV. 819.

Momentumque fuit, mutatus Curio, rerum.

Adde supra V. 4. 12. de Alcibiade. BERNEC.

13. NAVES AD EXERCITUM IN ITALIAM DEPORTANDUM MUTUO PETIT. Melioris temporis scriptores dicerent, *naves mutuas petit.* et id postulat Latinae linguae genius. Posterioris tamen aetatis scriptores hic recesserunt a via, maioribus et priscae eloquentiae viris trita. GRAEV.

QUI OPIBUS QUAM MILITIBUS INSTRUCTIOR ERAT. Saxo lib. VI. pag. 98. 10. *ne alienis quam propriis viribus instructior videretur.* ABR. GRONOV.

14. CUI NULLA. Forte *cum nulla.* Sebis. BERNEC. — Mallet Sebisius, *cum nulla.* Requirit sane quid huiusmodi sequens *esset.* Et quid si scripsit, *Ptolemaeus ut cui nulla?* potuit illud *ut* excidisse propter proxime praecedens *us.* SCHEFF. — Sebisius coniiciebat *cum nulla dilationis* etc. et requirere tale quid sequens *esset* putabat Schefferus. Parum forte uterque meminerat usus elegantissimi pronominis relativi cum subiunctivo, qui me quidem quo minus huic emendationi subscripserim moratur, licet illam firmet Dorv. 3. auctoritas. Lib. XXXIX. 5. *Revocatoque Ptolemaeo regnum redditur,* qui *neque cum matre bellum gerere* voluisset etc. ubi tamen Dorv. 1. et 3. cum alio MS. *quod.* Nepos in Dione cap. 3. *Ille qui in aliqua re* vellet *patrem imitari,* morem *ei gessit.* In Ages. cap. VI. *Agesilaus,* qui *perniciosissimum fore* videret, si etc. *cum suis eo venit.* Hegesipp. IV. 23. *At ille durus, immitis,* qui *nullius affectu* commoveretur, *nihil sanctum carumve* haberet, inflammatur etc. Livius V. 37. *Civitas,* quae . . *dictatorem multis tempestatibus* dixisset, *ea tunc . . nihil . . auxilii quaesivit.* Lactantius M. Pers. cap. VI. *Aurelianus,* qui esset *natura vesanus et praeceps . . iram Dei*

crudelibus factis lacessivit. Confer quae supra ad lib. I. 8. et lib. IX. 8. WOPKENS.

QUINQUE MILLIA . . . QUATUOR MILLIA. Prius *millia* desideratur in sec. Med. et Magl. ABR. GRONOV.

15. VINDICEM REGNI RELIQUIT, NE ABDUCTA IN ITALIAM IUVENTUTE, PRAEDAM HOSTIBUS REGNUM RELINQUERET. Auctius membranae meae dictionibus aliquot hoc modo: *vindicem eum regni reliquit: pacificatus cum omnibus finitimis, ne abducta in Italiam iuventute* etc. mea sententia non male. Sed doctorum esto iudicium. MODIUS. — Iuntarum editio non secus ac Francisci Modii membranae vocibus aliquot auctis legunt: *Vindicem eum regni reliquit, pacificatus cum omnibus finitimis, ne abducta* etc. Inferius XXIII. 1. *Agathocles rex Siciliae pacificatus cum Carthaginiensibus.* et VI. 2. *Pacificari cum altero statuit.* GRAEV. — MSS. Medicei, Fuldenses, Leidenses, Regius, Bodl. Coll. N. et C. C. Periz. Thuan. ed. Rom. Ald. Iunt. post verbum *reliquit* addunt, *pacificatus cum omnibus finitimis.* Sequentia autem huius periodi verba, *ne abducta . . . relinqueret*, temere omittunt ed. Ienson. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Pro *praedam* pr. Med. sec. Leid. dant *praedae.* Prior constructio placuit Iustino supra IV. 3. 3. *non tamen crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis praedam reliquissent.* ABR. GRONOV.

CAP. III.

1. QUONIAM AD EPIRI MENTIONEM VENTUM EST, DE ORIGINE REGNI PAUCA etc. Similis excursus totidem prope verbis inchoatur infra XVIII. 3. 1. BERNEC. — Ubi? supra (cap. praeced. II.) iis verbis: *Sed nec Pyrrhus, rex Epiri, omissus.* Fortassis tamen non est contemnendum, quod in quodam MS. legitur, *ad Pyrrhi mentionem.* SCHEFF. — MS. Bongars. sec. Leid. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *ad Pyrrhi:* quod non contemnendum videbatur Scheffero: verum prius flagitant sequentia, *Molossorum primum in ea regione regnum fuit.* ABR. GRONOV.

2. MOLOSSORUM PRIMUM IN EA REGIONE REGNUM FUIT. Chaones primum, Molossos deinde regnasse refert Strabo lib. VII. quem lege. BONGARS.

4. CUM IN TEMPLUM DODONAEI IOVIS AD CONSULENDUM VENISSET. MSS. habent, *in templo*, quod tanquam incongruum repudiarunt. Solent tamen optimi scriptores casus hosce ita permutare, ac similia supra II. 13. observavimus. SCHEFF. — Praepositionem *ad* ignorant MSS. Bongars. Medicei, Leidenses, Thuan. Bodl. Coll. N. Simili constructione utitur Ulpianus L. 12. §. 1. D. de Usufructu: *Navis usufructu legato, navigandum mittendam puto.* ABR. GRONOV.

LANASSAM, NEPTEM HERCULIS. Sic Vett. et Plutarchus in Pyrrho cap. 1. qui eam facit filiam τοῦ Κλεοδίου τυῦ Ὕλλου, qui filius erat Herculis. BONGARS.

6. ET ANDROMACHEN HECTORIS, QUAM ET IPSE MATRIMONIO

SUO IN DIVISIONE TROIANAE PRAEDAE ACCEPERAT, UXOREM TRADIDIT. Sic Virgilius Aeneid. III. 319.

Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia servas?

ubi Servius, *Consuetudinis regiae fuit*, inquit, *ut legitimam uxorem non habentes, aliquam licet captivam, tamen pro legitima haberent: adeo ut liberi ex ipsa nati succederent. Pyrrhus hanc quasi legitimam habuit, et ex ea filium Molossum suscepit. postea cum vellet Hermionem, Menelai et Helenae filiam, Oresti iam ante desponsatam, ducere uxorem, Orestis insidiis in templo Delphici Apollinis occisus est. Verum moriens praecepit, ut Andromache, quae apud eum coniugis locum tenuerat, Heleno daretur; propter supra dictum beneficium, quo eum a navigatione prohibuerat. Inde factum est, ut teneret regnum privigni, qui successerat patri, a quo Molossia dicta est pars Epiri, quam Helenus postea a fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, Chaoniam nominavit, quasi ad solatium fratris extincti.* MODIUS. — Hunc locum sic restituas oportet: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quo* (Helenum scilicet et Andromachen) *in divisione Troianae praedae acceperat, uxorem tradidit.* Sensus est, Pyrrhum Heleno filio Priami regnum Chaonum, ac Andromachen Hectoris filiam, quam ipse in matrimonium receperat, in uxorem dedisse; Helenus enim et Andromache in Troianae praedae divisione Pyrrho obtigerant. Vide Senecam Troad. GRONOV. — Quid est *matrimonio accipere?* Quis sic loquitur? MSS. *Andromachen Hectoris et matrimonio suo, quos in divisionem.* In uno pro *quos* legitur *quam*. Et sic plane Iuntae, uti omnino legendum est: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Troianae praedae acceperat.* Andromachen, quam in matrimonio habuerat, Pyrrhus elocat Heleno Priami filio. GRAEV. — In editione Iuntarum sic legitur: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Troianae praedae acceperat.* Sed mihi, hoc quidem in loco, Iuntae non satisfaciunt. Sic ego scriptum a Iustino fuisse arbitror: *Andromachen Hectoris, quam ipse in matrimonium post divisionem Troianae praedae acceperat, uxorem tradidit.* Haec coniectura mea est, de qua liberum sit iudicare. FABER. — Cl. Graevius nihil esse putat, *matrimonio accipere;* ideoque amplectendam lectionem editionis Iuntae, *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Troianae praedae acceperat, uxorem tradidit.* Et congruunt nonnihil MSS. quidam, qui sic habent, *Andromachen Hectoris et matrimonio suo.* Sensus igitur fuerit, quod Pyrrhus Andromachen Hectoris, quam in divisione Troianae praedae acceperat, e matrimonio suo Heleno Priami filio uxorem tradiderit. VORST. — Lectio Iuntina non est mala. Quia tamen quae vulgantur, non temere, sed ex lectione vetusta veraque orta videntur, mallem iunctis omnibus sic legere: *et Andromachen Hectoris e matrimonio suo (in divisione Troianae praedae acceperat) uxorem tradidit.* Parentheses istae saepe fuerunt causae turbatae lectionis, quod exemplis aliis alibi a me demonstratum.

SCHEFF. — Sec. Med. sec. Leid. ed. Ald. Iunt. *Andromacham.* quint. et Periz. *Andromacam Hectoris, quam in divisionem Tr. pr. accep. s. tr.* Pr. Med. sec. tert. quart. quint. Leid. *Hectoris e* (quint. L. *a*) *matrimonio suo quam* (tert. quart. Leid. *quos*) *in divisione* (pr. Med. *in divisionem*) *Troianae pr.* sec. Med. *Hectoris m. s. quam in d.* Magl. *Andromachen quondam uxorem Hectoris matr. s. quam in div. pr. Troi. acc.* ed. Ald. Iunt. *Hectoris e matr. s. quam ipse in d. T. pr. acc. uxorem reddidit.* ABR. GRONOV.

7. INSIDIIS ORESTAE. *Μαχαιρέως Δελφοῦ ἀνδρὸς ἀνελόντος αὐτόν.* Strabo lib. IX. Regum Epiri genus vide apud Pausaniam in Atticis, et Plutarchum in Pyrrho. BONGARS. — Idem Virgilius Aen. III. 331.

scelerum furiis agitatus Orestes
Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.

ubi iterum Servius, *Alii, inquit, Achilleas intelligunt; nam Pyrrhus (ut in historia legimus) occiso patre in templo Apollinis Tymbraei, reversus in patriam, in numinis insultationem, in templo eius Delphico aras patri constituit, et illic ei coepit sacrificare.* MODIUS. — Consensit Velleius I. 1. 8. Strabo tamen lib. IX. pag. 290. 22. *a Machaereo sublatum* tradit. Conciliare videtur Eusebius Chron. ad ann. DCCCLIV. *Pyrrhum Delphis in templo Apollinis occisum ab Oreste*, sed nimirum *proditione Macarei sacerdotis.* Ipse autem fecisse putandus est, quod per alium quis fecerit. adde Pausan. 140. 10. BERNEC. — Medicei cum octo aliis, et ed. Rom. *Oresti.* Velleius lib. I. cap. 1. *post Orestis interitum.* Gellius lib. III. cap. 10. ex MS. Regio, *Orestis corpus.* Servius ad Virgil. lib. III. Aeneid. vs. 331. *cum* (Hermione) *Oresti esset desponsata.* Inscriptio: ORESTI ET ORESTILLO LIBERTIS. ABR. GRONOV.

8. PIALIS. *Pielum* vocat Pausan. *Pylades* hic imperiti librarii substituerant, Orestis nomine inducti. Erat hic Andromaches filius. Pausan. BONGARS. — Recte Iuntae, *Pielus.* Sic Pausaniae dicitur. GRAEV. — Pr. Med. quint. Leid. *Pialas.* sec. Med. *Pialdes.* Periz. Coll. N. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Paris. *Piales.* Bechar. *Pyales.* Ald. Iunt. *Pielus*, quod praestat. sec. Leid. *Phialas.* tert. *Pilades.* ABR. GRONOV.

9. ARRYBAM. Ita ex veteri scriptura legendum iudicavi, habent enim Vett. *thribam*, alii *htribam.* nisi quis malit ex Plutarchi Pyrrh. cap. 1. *Tharrytam*, quod accedit ad *Tarriba*, quod in uno veteri legitur. Et quae de eo Plutarchus refert, cum auctore nostro conveniunt: *Θαῤῥύταν πρῶτον ἱστοροῦσιν Ἑλληνικοῖς ἔθεσι καὶ γράμμασι καὶ νόμοις φιλανθρώποις διακοσμήσαντα τὰς πόλεις ὀνομαστὸν γενέσθαι.* *Tharypum* hunc vocat Pausanias in Atticis: eius filius *Alcetas*, pater *Arrybbae*, sive *Arybae*, ut Plutarchus, seu *Aryrubae*, ut Diodorus lib. XVI. et Neptolemi. Arrybae filius Aeacides, a quo Pyrrhus. Neoptolemi filiae, Troas, Olympias Alexandri Magni mater, et Alexander filius, de quo supra XII. 1. et 2. Haec ex Plutarcho et Pausania. Hinc supra VII. 6. 11. legendum arbitror,

conciliante nuptias patruo, tutore virginis, Arryba, rege Molossorum. et VIII. 6. 4. *Siquidem Arrybam, regem Epiri* etc. *atque Alexandrum pupillum eius, uxoris Olympiadis fratrem* etc. Lector sagax et eruditus iudicet. BONGARS. — Plutarchus in Alex. cap. 2. fratrem Olympiadis, *Arymbam* vocat, quod idem cum *Aryba* crediderim: sicuti *Selymbria, et Selybria, Lampsana et Lapsana,* σκαμπάνη et σκαπάνη etc. promiscue dicitur. BERNEC.

12. PRIMUS ITAQUE LEGES ET SENATUM etc. Pr. Med. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Pr. itaque et leges et s.* ABR. GRONOV.

13. CULTIOR. Glossa quinti Leid. *ordinatior.* ABR. GRONOV.

14. OLYMPIAS, MATER ALEXANDRI MAGNI. Pr. Med. Magl. sec. tert. quint. Leid. *Ol. mater Magni Alexandri.* Ita infra XVIII. 2. 2. *aut minores animos Magno Alexandro habuisse.* et XXXVIII. 6. 3. *Magnum Antiochum.* Ibid. 7. 1. *qui maternos* [maiores suos] *a Magno Alexandro referat.* ABR. GRONOV.

16. FRATER AEACIDES. Frater patruelis, ut ex iis constat, quae supra notavi. BONGARS. — Cic. XV. Ep. Fam. 7. 1. BERNEC.

OFFENSAM CIVIUM CONTRAXIT. Saxo lib. XVIII. pag. 159. 17. *civium offensam contrahere maluit.* et lib. XI. pag. 214. f. *eoque studio gravissimas maiorum offensas contraxit.* ABR. GRONOV.

17. VIVUM, ADMODUM PARVULUM. Plutarchum Pyrrho cap. 2. νήπιον ὄντα. Lego, *bimum admodum*, ut *parvulum* ex glossa sit. BONGARS. — Ego *parvulum* non libenter abiicio, dictionem auctori familiarem, ut XVIII. 3. 1. etc. Magis probo Freinshemium pro *vivum* rescribentem *suum.* BERNEC. — MS. *unum.* Forte *unicum.* Nullos namque filios habuit Aeacides, praeter Pyrrhum. VOSS. — Vidit Bongarsius legendum, *bimum admodum.* Et recte vidisse virum excellentem illa praestantissima editio confirmat, in qua sic, ut ille coniecerat, legitur. *Bimum admodum* est circiter, praeter propter bimum: in hac enim notione saepe legitur. cap. praecedente huius libri: *post menses admodum septem.* et lib. XI. *Inter haec octingenti admodum Graeci occurrunt.* Curtius: *Equites mille admodum.* Pro quo et alibi *quasi* ponit; ut Graeci ὡσεί. GRAEV. — Antea legebatur *vivum*, male. Sed in quibusdam impressis ante Bongarsium scriptum fuerat *bimum*, quod ipse probavit. Recte. Sic autem et Livius LII. de alio principe locutus fuerat. nam in Epitoma illius legitur: *Filio bimulo admodum regnum asserebat.* Atque ita illud *parvulum* mutari debet in *puerulum*, aut omnino delendum est. Nam si *bimus admodum* erat, *parvulum* addere nil quidquam attinet. FABER.

PYRRHUM BIMUM ADMODUM PARVULUM. Bongarsius, et secutus eum Berneccerus, edidere, *Pyrrhum vivum.* Sed fatetur tamen Bongarsius, se malle legere, *Pyrrhum bimum admodum;* ut *parvulum* ex glossa sit. Quidni ergo τὸ *bimum* retinuit, cum in antiquioribus typis expressis Iuntarum, Becharii et aliis id reperiret? Alii, cum et ipsis τὸ *vivum* non placeret, aliud pro eo legendum coniecerunt: et

Vossius quidem *unum*; Freinshemius vero *suum*. Illud *parvulum*, quod Bongarsius expunctum volebat, abesse vix potest. Et loquitur ita Noster XVIII. 3. 1. et 4. 4. Erit autem τὸ *admodum parvulum* τοῦ *bimum* ἐξήγησις quaedam; quasi diceret, *bimum*, id est, admodum parvulum. Vorst. — Omnino legendum, *bimum admodum*, expuncto *parvulum*; et *admodum* pro *circiter* accipiendum. Nam *admodum parvulus* non potest iungi, sed *admodum parvus*, sicut dicitur *admodum puer*. Scheff. — Non sane debuit negare Schefferus recte iungi *admodum parvulus*, quum sic iunxerit Noster lib. VII. 2. *Aëropum* parvulum admodum *instituit heredem*. et lib. XXXIV. 3. *Relicto* parvulo admodum *filio*. Eodemque modo *admodum adolescentulum* dixit Tacitus Ann. IV. 44. et Nepos in Hamilcare cap. 1. Wopkens. — Quart. Leid. *filium vinum a. p.* Magl. *filium admodum p.* Thuan. *filium unum. a. p.* quint. Leid. *filium unicum a. p.* quomodo legendum divinaverat Vossius. Abr. Gronov.

18. Ad necem quaereretur etc. *Quaeri ad necem*, ut Augustin. Epist. CCII. *Cum . . quodam loco se occultaret Episcopus, ubi se ad mortem quaerentium voces audiebat.* Livius Epitoma XL. *Cum Philippus liberos eorum . . . conquiri ad mortem iussisset* etc. Velleius II. 22. *Q. Catulus . . cum* ad mortem conquireretur, *conclusit se loco* etc. Sic et cap. 41. 2. Wopkens.

Subtractus. Ab Androclide et Angelo. Plutarch. in Pyrrho cap. 2. Bernec.

19. Glauci. Γλαυκίαν Plutarch. vocat. Bongars. — Alii libri *Glauciae*; quam scripturam firmat Plutarchus in Pyrrho cap. 4. Modius. — *Glauciae* pridem G. Maior edidit, et firmat eam scripturam Plutarch. in Pyrrho cap. 4. et Diodorus XIX. 80. Bernec. — Legendum omnino, ut Iuntarum et G. Maioris editiones habent, *Glauciae*, confirmante Plutarcho. Post Iuntae: *usque in adultam aetatem*. Graev. — Bongarsius et Berneccerus edidere *Glauci*. Sed notarunt tamen Maiorem edidisse *Glauciae*, ut Plutarchus et Diodorus vocant. Et sic editionem quoque Iuntinam habere testatur Graevius. Vorst.

Quae et ipsa genus Aeacidarum erat. In MS. *genus*. Quod elegantissimum est, et Is. Vossio arridet, atque adeo mihi. Faber. — In MS. legitur, *genus Aeacidarum*, quod ignoro, quare contempserint, cum sic Noster loqui soleat et alibi. ut II. 4, ubi de Orithia: *Auxilium deinde a Sagillo rege Scythiae petit: genus se Scytharum esse ostendit.* Scheff. — Ita Mediceus, sec. tert. quart. quint. Leid. eamque scripturam merito tuentur Viri docti. Propertius lib. II. eleg. 2. vs. 61.

Qualis et Ischomache Lapithae genus heroinae
Centauris medio grata rapina mero.

Seneca Medea vs. 179.

Medea Colchi noxium Aeëtae genus.

Act. Apost. XVII. 28. τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. et 29. Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ. Apocalyps. XXII. 16. Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ

τὸ γένος τοῦ Δαβίδ. Herodianus lib. I. cap. 13. init. ἡμεῖς δὲ τὸ οὐδὲν γένος ὅσον οὐδέπω ἀπολούμεθα. Ita duo MSS. atque ex coniectura Sylburgius. Vulgo, ἀπολλούμεθα. Abr. Gronov.

20. Addito in auxilium etiam adoptionis officio. Malim *ad auxilium* quam *in auxilium*. Neque enim temere sic loquuntur boni scriptores. Faber. — Faber malebat *ad auxilium*, neque aliter loqui bonos scriptores. Sed *in auxilium* non incommode intelligas, ut ei auxilio esset hoc adoptionis officium. *Auxilium* pro praesidio vel emolumento. ut Hirtius de B. Afric. cap. LXXXVIII. *Qui interfecto, L. Caesar, ut aliquid sibi ex ea re* auxilii *pararet*, con*vocato* etc. Nec vetat Latinitas *addito in auxilio* pro *add. ad auxilium* vel *auxilio* accipere. Nepos Catone cap. 2. *Et multas res novas in edictum addidit*. Plura Gronov. ad Senec. Thy. 994. Wopkens. — Medicei, quint. Leid. Bodl. Coll. N. *addito auxilio etiam ad. of.* Abr. Gronov.

21. Annorum undecim. *Δυοκαίδεκα ἐτῶν*, Plutarchus. Bongars.

Usque ad adultam. MSS. mei omisso τῷ *ad*, *usque adultam* quod probo. amat enim sic loqui Iustinus. In eisdem meis MSS. sit est dicam an abest in sequentibus quoque illis, *ut Tarentinos solus adversus Romanos tueri posse videretur*, vox *solus*. Modius.

Usque adultam. Ita MSS. Modiani, et amat sic loqui Noster, ut ostendit in Indice Freinshemius. Editi, *usque ad adultam*. Bernec. — Coll. N. *in adultam*. Medicei, sec. quint. Leid. ed. Aldint. *usque in ad.* pr. tert. quart. Leid. Periz. ed. Rom. *usque ad adultam*. Abr. Gronov.

22. Tantusque . . . haberi coeptus est, ut etc. Saxo lib. VII. pag. 122. 38. *Igitur apud Suecones tantus haberi coepit, ut magni Thor filius existimaretur.* Abr. Gronov.

COMMENTAR. IN LIB. XVIII.

CAP. I.

1. Igitur Pyrrhus. De Pyrrhi in Italiam expeditione, Plutarchus in Pyrrho. Pausanias lib. I. Florus I. 18. Orosius IV. 1. et Epitome Liviana. Bongars.

Et ipsis auxilium adversus Romanos indigentibus. Optimus MS. Bongars. *auxilium adversus Romanos pollicentibus*; ut Tacit. lib. Ann. 60. *Chauci cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt*. Gronov. — MS. quidam teste Bongarsio, *auxilium adversus Romanos pollicentibus*. Utrobique casus sexti est; cum praecedentibus *Samnitium* et *Lucanorum*. Refero igitur hoc ad illa quae supra in

Notis ad II. 3. 16. et VIII. 5. 10. congessimus. VORST. — In MS. quodam reperitur, *auxilium adversus Romanos pollicentibus*; quod nescio an convenientius sit historiae. Florus I. 16. ubi de bello Tarentino agit: *Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus.* Sed et quod apud Nostrum sequitur de sociis, firmare lectionem hanc videtur: *Valerius Laevinus festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia sociorum convenirent.* Socii profecto alii intelligi non possunt, quam Samnites illi et Lucani. SCHEFF. — Petiz. *auxilia.* pr. Med. Reg. sec. quint. Leid. Bodl. ed. Ald. Iunt. *et ipsis auxilium* [Iunt. *auxilia*] *adv. Romanos pollicentibus.* ABR. GRONOV.

SPE INVADENDI. Vide notata superius ad IV. 3. 5. BERNEC.

2. EXEMPLA MAIORUM. Virgil. III. Aen. 342.

Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles
Et pater Aeneas, et avunculus excitat Hector?

Ita XII. Aeneid. 439. BERNEC.

ORIENTEM SUBEGIT. Scribe, *subegisset.* FABER. — Sec. Med. Magl. Coll. N. ed. Rom. *subegerat*, nec male. ABR. GRONOV.

3. ANNOS QUINDECIM NATO. Pr. Leid. *annos* XI *nato.* sec. Leid. *annos* XX *n.* Coll. C. C. *annos* XII *n.* ABR. GRONOV.

IN SOLATIA LONGINQUAE SECUM EXPEDITIONIS. MSS. plures habent *solatio*, quod non puto temere repudiandum. Ita XVII. 8. pro *in templum*, veteres habent *in templo*, ubi vide, quae notavi. Firmaret quoque Phaedrus noster, si lectio esset integra I. 10. ubi ait: *Lepus semianimus mortis in solatio.* Sed praefero, quod habet Heinsius, *mortis en solatia.* Sic enim edendum fuerat in mea editione, pro quo vitiose legitur nunc *in solatia.* SCHEFF. — Etiam Franeq. habet *in solatio*, quod in quibusdam MSS. approbabat Schefferus. Sed damnat hoc melior Latinitas, nisi vehementer fallor. *Solatia* autem pro solatio, dixit etiam Iustinus lib. I. 8. *Orbitatis dolorem* . . in *ultionis* solatia *intendit*. lib. XIX. 3. *Deferre se tamen civibus suis non modica* solatia, *quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari possent.* lib. XXXVIII. 2. *Mithridati Cappadociam, et Nicomedi*, ad solatia *eius, Paphlagoniam ademit*. Sic enim Dorv. 1. et 3. cum Franeq., non *ad solatium.* Talia sunt *in supplementa, in auspicia, in remedia*, aliaque pluralia pro singularibus, quae vidimus lib. VIII. 6. 1. lib. XI. 2. 2. lib. XV. 3. 6. et alibi. Passim sic quoque poetae. Ovidius Metam. XII. 80.

Quisquis es, o iuvenis, solatia *mortis habeto*,
Dixit, ab Haemonio quod sis iugulatus Achille.

Unde ita forsitan legendum Phaedri Fab. IX.

Lepus semianimus mortis in solatia (scil. ait):
Qui modo securus nostra inridebas mala,
Simili querela fata deploras tua.

hoc est, tum lepus semianimus hoc dicto se in morte sua solatur. Vulgo ibi legitur *mortis in solatio*, i. e. dum fruitur mortis suae solatio; quod neutiquam plane repudiaverim. WOPKENS.

ADDUCTIS. Legendum, *abductis*. BONGARS. — Quid opus est? FREINSHEM. — *Abductis* legendum suspicabatur Bongarsius, cuius venustam coniecturam firmat sec. Med. Vide notam Avi ad Livium lib. XXXIX. cap. 49. ABR. GRONOV.

4. VALERIUS LAEVINUS. Plutarcho in Pyrrho cap. 16. Ἀλβῖνος, litteris transpositis et ι interiecto, legendum Λαιβῖνος. Pugna commissa est ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ Πανδοσίας πόλεως καὶ Ἡρακλείας. Plutarch. ibid. Heraclea autem auctore Plinio III. Nat. Hist. 11. pr. inter Sirin est et Acirin fluvios. Unde in Orosio IV. 1. legere audeo, *apud Heracleam et Pandosiam urbem, fluviumque Sirin:* quamvis MS. habeat, *Heracleam Campaniae urbem, fluviumque Lirin*, cum nulla sit Campaniae Heraclea, et Liris fluvius ab hoc loco alienus sit. Sequutus est autem Orosius Flori corruptum exemplar. Ideo ut Orosius, ita et Florus I. 18. 10. emendandus. BONGARS.

INUSITATA ANTE ELEPHANTORUM FORMA. Plinius VIII. 6. BONGARS. — Plinius scribit, Italiam non visos hactenus elephantos *boves Lucas* appellasse, quippe in Lucanis primum visos. Adde Varronem lib. VI. de Lingua Latina, Florum I. 18. 11. Solinum cap. 25. Frontinum II. Strateg. 4. 13. BERNEC. — Scribo, *invisitata ante elephantorum forma*. Liv. IV. 33. *Quum repente patefactis Fidenarum portis nova erupit acies, inaudita ante id tempus invisitataque.* et XXVII. 39. *Invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti.* Curt. IX. 1. *Magnitudinis invisitatae reperere serpentes.* ubi vulgo editur, *inusitatae*, sed male. GRONOV. — Optime Gronovius, *invisitata*, id est, non ante visa Romanis. FABER. — Scribe cum Gronovio: *invisitata ante elephantorum forma*, hoc est, bestiae nunquam antehac visae. Hoc enim Latinis est *invisus* et *invisitatus*. Quod saepe corruptum est in *inusitatus*. GRAEV. — Nondum mihi persuadet Gronovius *invisitata ante* legendum, quum quae aut raro aut nunquam visa sunt, passim *inusitata* dici soleant. Neque vocula *ante* necessariam facit istiusmodi correctionem, nisi et emendari velis ista lib. XII. 3. 8. *Habitum . . insolitum antea regibus Macedonicis . . assumit.* i. e. hactenus insolitum. Quamobrem nec in Livio XLV. 42. sine libris sollicitaverim ista: *naves . .* inusitatae ante *magnitudinis in campo Martio subductae sunt.* Vide etiam infra ad lib. XXV. 1. WOPKENS. — *Invisitata* malebat Avus, qui idem adiectivum etiam restituit Livio lib. IV. cap. 33. et V. 17. atque XXVII. 39. ex MSS. item infra XXV. 1. 6. *quibus elephantos ad terrorem, velut invisitatas barbaris formas rex ostendi iussit.* Ita etiam MS. Bongars. sec. Med. Coll. N. Seneca lib. III. de Ira cap. 17. *cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea velut novum animal aliquod et invisitatum diu pavit.* Curtius lib. IX. cap. 1. *magnitudinis invisitatae serpentes.* Ibid. cap. 6. *invisitatas belluas inducat.* Ita MS. utroque loco. Plinius lib. X. cap. 47. *In Hercynio Germaniae saltu invisitata genera alitum accepimus.* Ita tres MSS. Gellius lib. VI. cap. 3. *serpente invisitatae longitudinis*, et *serpentem invisitatae*

immanitatis. Apuleius lib. VIII. Metam. pag. 155. *aper immanis atque invisitatus exsurgit*. Idem Florid. 10. *quorum forma invisitata, vis cognita*. Zonaras lib. VIII. Annal. cap. 2. ὁ δὲ Πύῤῥος οὐδὲ τὸ ἔαρ ἀναμείνας ἀπήει στράτευμά τε πολὺ καὶ ἔκκριτον ἐπαγόμενος, καὶ ἐλέφαντας εἴκοσι, ζῶα μήπω πρότερον τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὀφθέντα. Syncellus pag. 271. τὸ δὲ πλεῖστον ἀποβαλὼν τῆς δυνάμεως, οὓς τε εἶχεν ἐλέφαντας, οὐκ ἄλλοτι Ῥωμαίοις ὀφθέντας πρὸ τούτου. Abr. Gronov.

Mox cedere praelio coegit. Cl. Dukerus ad Livium lib. XXXIV. 47. malebat, *mox excedere*, ut τὸ *ex* absorptum fuerit a praecedente particula *mox*. Quum vero omnes MSS. constanter dent *excedere*, mihi verisimile fit, vocem *praelio* e margine in contextum migrasse: eaque etiam desideratur in Coll. N. ed. Rom. Verbum *cedere* eodem sensu absolute usurpavit auctor I. 6. 13. *Pulsa itaque cum Persarum acies paullatim cederet*. Ibid. cap. 10, 21. *semel atque iterum cedentibus Persis*. et XXXI. 6. 5. *cum cedentes suos rex cerneret*. Abr. Gronov.

Repente. Sec. Med. *derepente*, quod adverbium optimis scriptoribus est usitatum. Plautus Mostell. V. 2. 57.

Atque ille exclamat derepente maximum.

Terentius Hecyra IV. 1. 3.

Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam.

ubi Donatus: *Derepente*, ὑφ᾽ ἕν. *Nam si separaveris, non est Latinum* de repente. Cato in Orat. pro Rhodiensibus apud Gellium lib. VII. cap. 3. *Ea nunc derepente tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam relinquemus*. Cicero Orat. pro Ligario cap. 5. *Tu derepente irrupisses*. Suetonius Vespas. cap. 23. *cum inter cetera prodigia Mausoleum Caesarum derepente patuisset*. Gellius lib. X. cap. 12. *imbres et tonitrus fieri derepente*. Apuleius Apol. pag. 81. *derepente animi mutatum*. Abr. Gronov.

7. Nec hostibus incruenta victoria fuit. Saxo lib. VIII. 149. 18. *incruentam victoriam retulit*. et lib. XIII. pag. 246. 26. *incruentam victoriam habuit*. Abr. Gronov.

10. Ducentos captivos. De quibus versus Ennii elegantes sunt apud M. Cicer. de Offic. I. 11. Bongars.

11. In quo par fortuna priori bello fuit. Istud *bello* glossema est puerile. Huic loco alius locus est plane germanus XXII. 3. *Sed secundi certaminis eadem fortuna, quae et prioris, fuit*. Faber. — *Priori bello* pro prioris belli, id est, praelii fortunae. Solent auctores ita concise loqui. Vide Notas ad I. 7. 14. Vorst. — Faber illud *bello* delet. Puto non necesse esse. Scheff. — Sec. Med. *prioris belli*. quint. Leid. *in q. par veluti fortuna priori bello f.* Abr. Gronov.

Iterato praelium cum Romanis facit. Ad Asculum urbem. Bernec.

CAP. II.

1. Cum centum viginti navibus. Centum triginta habet Valer. Max. III. 7. Bongars. — Ita cautum videtur foedere, de quo Polybius III. 25. agit. Vorst. — Coll. N. *cum* CXV *n.* ed. Rom. *cum* CXXV *n.* Abr. Gronov.

A peregrino rege. MSS, vocem *rege* non agnoscunt: et quid? si non rex, sed populus peregrinus Romanis intulisset bellum, Carthaginienses aegre id ferre non potuissent? Sed non modo illud *rege* mihi a glossatore intrusum videtur, verum et *a peregrino*, cum non magis causa aegre ferendi sit in hoc, quam in altero. Hoc enim Carthaginienses tantum dicebant aegre se ferre, quod cum populus Romanus multa feliciter et gloriose gesserit bella in terris peregrinis, nunc ne in Italia quidem possit esse tutus et tranquillus. Scheff.

2. Ut quoniam externo hoste oppugnarentur. Praetulerim, *ab externo hoste.* Faber. — Faber malebat *ut quoniam ab externo hoste oppugnarentur*, atque ita vetus etitio: quemadmodum et in his lib. XIII. 1. *Cum exercitus Macedonum tot non* ducibus, *sed* regibus *regeretur:* prisca ed. praepositionem iniectam habet. Sic unus pluresve libri praepositionem ignorant lib. V. 11. *Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur.* et ibid. *Neque armis a tanto exercitu vinci, neque dolo capi potuerunt.* lib. XXII. 4. *Cum a sociis crudelitate eius offensis desertus esset.* lib. XXVIII. 2. *Italiam . . universam ferme a Gallis occupatam.* lib. XXXVIIII. 4. *Audire se, a Pyrrho rege Epiri . . fusos tribus praeliis Romanos.* Nullam autem codicum differentiam deprehendo lib. XXX. 4. *Non enim alio* exercitu *Annibalem et Poenos . . sed* his *ipsis . . militibus subactos.* Ita Livius XXXVI. 7. *Cum, quibus adversus Philippum valuerint*, iis *nunc fore videam ut ipsi* oppugnentur. Florus II. 18. *Novissime maximo* duce *oppressa civitas, nullum de se gaudium hosti reliquit.* Tacitus Ann. XV. 1. *Ut ne* duce *quidem Romano incursarentur, sed temeritate obsidis.* Valer. Max. III. 2. 7. *Romani Gallorum* exercitu *pulsi, cum se* etc. cum not. Torrenii. Phaedrus Fab. LXIV.

Quum victi mures mustelarum exercitu etc.

ubi adeatur Burmannus. Prudentius Peristeph. Hymno V. 371.

. . Via,
Quam fratre *caesus impio,*
Abel beatus scanderat.

et Cathemer. Hymno VI. 112.

Imam petit Gehennam,
Christo *peremtus vero.*

Paulinus Nolanus Poëmate V. 28.

Gentes in regna vocavit
Stirpis adoptivae meliore propage *colendus.*

Wopkens.

4. Speculaturus consilia. Ut solebant Carthaginienses. Vide Frontin. Strateg. 1. 2. 3. et 4. Ars magnis Principibus etiamnum familiaris, de qua Piccartus Observation. Dec. VII. 4. Adde Fam. Stradam in Actis anni 1581. pag. 486. Bernec. — Sallustius Iug. cap. CVIII. *Ibi cum Boccho Numida . . familiariter agebat; praemissus ab Iugurtha . . orator et subdole* speculatum *Bocchi* consilia. Wopkens.

Arcessiri. Scribe, *arcessi.* Gronov. — MSS. *arcessi.* Graev. — Sec. Med. MSS. Bongars. *arcessi.* Coll. N. *quo eum venturum f. s. Arcessire* et *arcessere* quoque miscentur infra XXVI. 3. 3. *qui ad nuptias virginis Demetrium a Macedonia arcesserent.* ubi tert. quart. Leid. Magl. MSS. Bongars. ed. Flor. Ald. Iunt. *accersirent* pro *arcessirent.* Verbum *arcessire* etiam occurrit apud Saxonem lib. II. pag. 29. 30. *filiumque Sueciam arcessiri iubet.* et lib. V. pag. 69. init. *Westmarum quoque et Colonem cum filiis accersiri* (leg. *arcessiri*) placuit. Abr. Gronov.

5. Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii Carthaginiensibus fuerat. Propositio vera, ut dialectici dicere solent, in sensu diviso, non sensu composito. Vult enim dicere, Carthaginiensibus eandem causam fuisse mittendi auxilia Romanis: innuit autem occulte Carthaginienses non Romanorum gratia haec auxilia misisse, sed sua causa; nempe ut Pyrrhum in Italia retinerent, nec Siciliam ingrederetur, quam ipsi armis vexabant. Caeterum quod ait Iustinus, Fabricium a senatu ad Pyrrhum missum pacem composuisse, secus a Plutarcho traditur: sed Cyneam a Pyrrho Romam missum pro impetranda pace etiam Cicero docet; ibi vero obstitisse Appium Claudium Caecum, ne cum rege pax fieret. Notior est historia, quam ut multis verbis indigeat. Glarean. — Mens auctoris legi postulat: *Nam Carthaginiensibus eadem causa mittendi auxilii Romanis fuerat.* Sebis. — Mihi τὸ *Romanis* glossemati simile videtur. Bernec. — Sebisius voces *Romanis* et *Carthaginiensibus* transponendas putat. At Berneccero τὸ *Romanis* glossemati simile videtur. Ego omnia recte se habere existimo, et voces modo traiectas esse: id quod in scriptis veterum est perfrequens. Sensus quidem est, eandem causam Carthaginiensibus fuisse, vel eandem causam Carthaginienses habuisse auxilii Romanis mittendi. Vorst. — Locus hic non sanus viris doctis videtur. Mihi ne integer quidem. Et puto post *Romanis* deesse aliqua, quibus ostendebatur, cur Romani Carthaginiensium auxilia haberent suspecta, sicut sequitur, cur Carthaginienses ea Romanis voluerint obtrudere. Docet vox *eadem*, quae semper respicit quid antecedens simile, quale hoc in loco nihil extat. Scheff. — Novem MSS. ed. Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. *mittendi auxilia.* Coll. N. *auxilia sua.* Abr. Gronov.

6. Fabricius Luscinus. Alii hunc missum ferunt, ut de captivis redimendis ageret. De Romanorum continentia lege Valerium IV. 3. Hoc voluit Varro lib. II. de Vita Pop. Rom. *Qua abstinentia viri mulieresque Romae fuerint, quod a rege munera eorum vo-*

luerit nemo accipere. Bongars. — Sec. Med. sec. quart. quint. Leid. Periz. ed. Bechar. Flor. Med. Paris. Bongars. *Luscinus.* Gellius lib. XVII. cap. 21. *C. Fabricius Luscinus.* Adde Valerium Maximum II. 9. 4. et IV. 4. 10. Ammianum Marcellium lib. XXX. cap. 1. et Eutropium II. 9. 1. Rom. Ald. Iunt. *Luscinius.* Abr. Gronov.

7. Cyneas. Fuit hic Demosthenis auditor, cuius eloquentia plures urbes, quam suis armis subactas esse dicebat Pyrrhus. Plutarch. Pyrrh. cap. 28. Adde Livium XXXIV. 45. Bernec. — Scribendum *Cineas*, ex melioribus libris. Graev. — Alii *Cineas.* Arbitror tamen veram scripturam esse, *Cyneas*, idque eo magis quod hoc nomen ita scriptum apud Pausaniam est, ubi de quodam Eretriae proditore agit, Philabro F. Cyneae. pag. 215. Adde quod origo vocis notissima est, a galea scilicet, quam Graeci *κυνῆν* vocant. Faber. — Graevius vult, *Cineas*, ex libris melioribus. Scheff. — Ita quoque hoc legati Pyrrhi regis nomen scribitur apud Valerium Maximum IV. 3. 7. et Ioannem Saresberiensem lib. V. cap. 7. pag. 278. eamque scripturam tuetur Faber. Idem *Κιννέας* dicitur Zonarae lib. VIII. cap. 2. et 4. atque Himerio in Propempt. apud Photium Cod. CCXLIII. pag. 1119. ubi ait: *ὦ τοσοῦτον ἰσχύσας τοῖς λόγοις, ὅσον καὶ τὸν Θετταλὸν ἀκούω Κιννέαν, ὃς σὺν βασιλεῖ Πύῤῥῳ γῆν ἐπιὼν πᾶσαν καὶ θάλασσαν, πρὸ τῶν μηχανημάτων τοῖς λόγοις τὰς πόλεις ἔκλινεν.* Verum *Κινέας* Plutarcho in Pyrrho pag. 391. et *Cineas* Ciceroni lib. I. Tusc. Disp. cap. 24. lib. IX. ad Fam. Epist. 25. et de Senect. cap. 13. Eutropio lib. VIII. cap. 2. et 4. et in Epit. Livii libri XIII. idemque hoc loco dant pr. Med. ed. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

9. Missi a senatu in Aegyptum legati. Praepositio *in* desideratur in decem MSS. atque ed. Med. Vide notam Bernecceri ad XIV. 5. 4. Bechar. *missa a s. Aegyptum legatione.* Abr. Gronov.

Munera sprevissent, interiectis etc. Etiam hic locus mihi mutilus videtur. Oratio certe non cohaeret, *cum legati sprevissent, invitatis missae sunt.* Debebat enim scripsisse, *invitati sunt ad coenam, eisque missae aureae coronae.* Puto post *sprevissent* aliquid excidisse. Scheff. — Schefferus putat non recte haec, *cum legati sprevissent, invitatisque missae sunt*, sibi invicem cohaerere: debuisse enim scribi *invitati sunt* ad *coenam*, *eisque missae aureae coronae:* proinde post *sprevissent* aliquid excidisse ipsi videbatur. At nihil hic mutilum est, nihil quod non rectissime cohaereat: Cum, missi a senatu in Aegyptum, legati ingentia . . munera sprevissent, iis postea ad coenam invitatis aureae coronae missae sunt, quas etc. Ita *iis* subaudiendum ante dativum illum *invitatis*, de qua ellipsi egimus ad lib. XIII. 8. 6. Male autem comma fixerunt editores post vocem *legati*, quia non attendebant particulam *cum* hic solenni traiectione postponi his, *missi a senatu in Ae. legati*, quibus naturae ordine praeponi debuerat: eodemque modo transpositum *velut* vidimus lib. XIII. 4. 24. Sic male post *pueris* distinxerunt lib. XXIX. 1. *His regibus pueris etsi nulli senioris aetatis rectores erant, tamen* etc.

Et quia saepe fraudi fuit criticis haec Metathesis, sequentia subiiciamus illius exempla: Livius XXXIX. 47. *Nihil horum . . se satis liquido discere ab eo senatus* quum *cerneret posse . . quaeri iussit ab eo* etc. lib. XL. 24. *Ab Thessalonica Demetriadem ipsi* quum *iter esset, Asterium* etc. et cap. 25. *Ad hoc decem dierum induciae* quum *darentur, petierunt deinde* etc. et cap. 40. *Et ecquid auxilii in vobis est? actum iam de hoc exercitu erit?* quum *undique acclamassent . . duplicate turmas, inquit* etc. lib. XLI. 10. *Per eos dies T. S. Gracchus et L. P. Albinus ex Hispania Romam* quum *revertissent, senatus iis* etc. lib. XLII. 36. *Is Perraebiam expugnatam armis . . cetera quae aut ageret aut pararet rex* quum *argueret, respondere ad ea legati iussi.* Quibus ex Nostri lib. XXXVII. 3. 1. et aliunde plura addi non opus est. Confer quae ad ista lib. IX. 8. *Hic ubi* (pro ubi hic) *exarsisset* etc. Ceterum quatuor nostri MSS. praepositionem *in* ante *Aegyptum* hic omittunt, nec male, uti vidimus ad lib. VII. 1. 7. Wopkens.

Ad coenam invitatis aureae coronae missae. De *aureis coronis* vide, quae Freinshemius in Ind. ad v. *Corona* congessit. Et adde quod Diodorus Sic. XVI. 93. Philippum regem Maced. coronis aureis donatum scribit; et Nepos XXIII. 7. 2. Romanos corona aurea donatos a Carthaginiensibus. Vorst.

Quas illi honoris causa. Hoc est, ne liberalitatem regis aspernari viderentur. MSS. tamen *hominis* habent: unde Freinsh. *ominis* facit: quippe mali ominis fuisse, hospitalia munera non admittere. Bernec. — MSS. *hominis causa,* unde bene Freinshemius coniecit legendum esse, *ominis caussa.* Sed male interpretatur, tanquam mali ominis fuisset hospitalia munera non admittere. imo quia victoriae indicium erat corona. Triumphantes enim coronabantur. Sic apud Liv. XXII. 37. de aurea victoria ab Hierone senatui missa, *victoriam omenque se accipere,* dixit senatus, cum alia munera respuisset. Graev. — Quod Freinshemio Graevioque, cum in MSS. esset *hominis causa, ominis causa,* legendum videbatur, id diserte repraesentat Franeq. In Dorv. 2. exstat *omnes causa,* in 3. *omnes honoris causa.* Wopkens. — MSS. Bongars. Pr. Leid. *has.* quart. Leid. *hominis causa.* sec. Med. *ominis c.* quomodo legendum coniecerat Freinshemius. Abr. Gronov.

Statuis regis imposuerunt. Muneribus scilicet regis in ipsius regis honorem versis. quae certe non adulatio, sed Romana moderatio potius dici debuit. Narrat Athenaeus lib. X. 10. Aelianus II. Var. Hist. 41. et Laërtius in Xen. haud multum dissimile factum Xenocratis philosophi, qui muneri sibi datam a Dionysio rege coronam auream, domum a coena rediens, Mercurio, qui stabat ante regias aedes, iniecit. Adde Lipsii Notam 167. ad Tacit. II. Annal. Bernec.

10. Ab Appio Claudio. *Cum de Pyrrhi pace ageretur, ad eam causam Appium illum et caecum et senem delatum, memoriae proditum est.* Cicero Philipp. 1. 5. Adde L. 1. §. 5. D. de Postu-

ındo. et L. 2. §. 36. de Orig. Iur. BERNEC. — Magl. addit *Coeod.* .BR. GRONOV.

REGUM URBEM. Plutarchus in Pyrrho cap. 42. de Senatu tantum: *ασιλέων πολλῶν συνέδριον.* BONGARS. — Florus I. 18. 26. *Urbem ımplum sibi visam, senatum regum esse.* BERNEC.

12. FIRMATISQUE SOCIORUM CIVITATIBUS VALIDO PRAESIDIO. Liıus lib. XXI. 54. *Emporium prope Placentiam fuit, et opere agno munitum*, et valido firmatum praesidio. cum nota Gronovii. ʼOPKENS. — Saxo lib. XIV. pag. 248. 46. *urbem, Archam adversım se valido praesidio firmatam inveniunt.* ABR. GRONOV.

CAP. III.

2. TYRIORUM GENS. In MS. Bongarsiano legitur, *Tyriorum res*, ıod probo, et vocem *gens* pro glossa habeo alterius. *Rem* tali ınsu alibi quoque solet usurpare. Vide, quae notavi supra V. 3. :HEFF. — Quia *condere rem populi* pro illius statum, remp. minus ıtine videtur dici, hinc non audio illos codices, qui applaudente ıidem Scheffero, *res* hic habent pro *gens*. Dixi iam ad lib. V. 3. WOPKENS.

A PHOENICIBUS. Curtius IV. 4. 25. ab Agenore Tyrum condiım scribit. Hanc postea Romanorum coloniam Ulpianus L. 1. D. de ›nsib. celebrat, inde sibi originem fuisse memorans. BERNEC.

3. TERRAE MOTU. Strabo lib. I. et XVI. BONGARS.

ASSYRIUM STAGNUM. *Assyrium* pro Syrium dixit, quod saepe ıteres consueverunt. Vide autem, num Genesarum lacum velit, de ıo Plin. V. 15. Nullus enim propior Tyro. GLAREAN. — *Lacum* ıtelligit *Γεννεσαρῖτιν*, de quo Strabo lib. XVI. De Sidone et Tyro ıde eundem Strabonem, et Q. Curtium. BONGARS. — Adde Pomp. elam I. 12. Alterius Tyri, Phoenicum coloniae, quam praestringit ıvius Tyras, meminit Amm. Marcellinus XXII. 18. Vide Fabrum ımest. III. pag. 8. BERNEC. — *Assyrium stagnum* in libris Sacris ıre *Galilaeae* dicitur. Ita autem vocabatur, quod illa loca Assyrii nuerant. FABER. — Pr. Leid. *ad Siriam st.* Magl. *Syriam* s. ed. ›m. *Syrium stagnum*. ABR. GRONOV.

4. A PISCIUM UBERTATE. Sed D. Hieronymus in Quaestion. sive ıadit. Heb. in Genesin Tom. III. 206. d. *De Chanaan primus ıtus est Sidon*, inquit, *a quo urbs in Phoenice Sidon vocatur.* :RNEC.

NAM PISCEM PHOENICES SIDON VOCANT. Philo Bybliensis: *χρόις δὲ ὕστερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Ὑψουραίου γενεᾶς γενέσθαι Ἀγρέα, ὶ Ἁλιέα, τοὺς ἁλιείας καὶ ἀγρείας εὑρετὰς, ἐξ ὧν κληθῆναι ρευτὰς καὶ ἁλιεῖς.* Nam ציד *piscator.* Ita credebant Phoenis. VOSS.

5. NAVIBUS APPULSI, TYRON URBEM. Forte *navibus appulsis.* ʼr. XXX. 19. *Ibi eum* (Magonem) *legati ab Carthagine paucis ıte diebus in sinum Gallicum appulsis navibus adiecerunt.* Suet.

Oct. 98. *Vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae tantum quod appulerat* etc. GRONOV. — Vulg. distinctio bona non videtur. Quid enim *navibus appulsi?* Non dicis, ubi fuerint appulsi, quod tamen necesse est, ut integer sit sensus. Comma igitur post *Tyron* collocandum. Nempe *Tyros* insulam hic notat, non urbem, quod non observarunt editores. Stephanus: *Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος.* Strabo lib. XVI. *Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος.* SCHEFF. — Malebat Gronovius *navibus appulsis*, sed ut codices isti emendationi non favent, sic nec alterum Latinitati contrarium est, uti Perizon. ad Sanct. IV. 4. 73. aliique observarunt. Cicero in Verrem lib. V. 28. *Et ex Hispania fugientes ad Siciliam* appulsos *esse dicebat.* et cap. 56. *Ut eos qui essent* appulsi navigiis, *interficere possent.* Sulp. Severus Dial. I. 1. *Ut nihil cunctatus navim conscenderim, tricesimoque die Massiliam* appulsus, *inde hue decimo pervenerim.* Eumenius Paneg. cap. 19. *Nec impune Libyae littoribus* appulsi, *ipsas . . ceperant Syracusas.* Pacatus Panegyr. cap. 33. *Illos vela facientes data ventis classis* appulerat. Sic enim lege pro *attulerat.* WOPKENS.

ANTE ANNUM TROIANAE CLADIS. Hinc factum est, quod ego in primis animadvertendum puto, ut cum Homerus toties meminerit Sidoniorum, nullam tamen Tyriorum mentionem fecerit; (neque enim illud nomen apud principem poëtarum memini legere.) Quomodo enim in expositione rerum ad Troiam gestarum, Tyrios commemorasset, qui aut nulli, aut obscuri erant? Prudenter igitur ab Homero factum; etsi scio errare hic Iustinum. nam Tyrus haud dubie antiquior est, duabus aut tribus ferme generationibus. Sed illa tempestate nullum sibi apud Graecos nomen pepererat; nisi quod de Cadmo Tyrio etc. Sed haec recentiores scriptores. Uno verbo, illa tempora impeditissima sunt. FABER. — Pro *anno ante Troianam cladem.* Estque talis loquendi forma, qualis illa Ioh. XII. 1. πρὸ ἕξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα. et illa versionis Amos I. 1. πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. Orosius quoque saepe ita loquitur, ut I. 5. *ante annos urbis conditae* MCLX. Et ipse Noster vocula *post* prorsus similiter utitur. ut XXXVIII. 8. 1. *Post annos tres et viginti sumpti regni.* Vide et Notas ad XIV. 3. 8. VORST.

6. PERSARUM BELLIS DIU VARIEQUE FATIGATI. Errorem hunc esse puto, eumque pudendum maxime. Unde enim Persae illis temporibus, qui annis admodum sexcentis post Troiae excidium principatum Asiae, duce Cyro, invaserunt? Itaque duorum alterum verum est, aut turpiter lapsum esse Iustinum, si ita scripsit; aut si minus scripsit, veram scripturam esse, *Assyriorum*, non *Persarum.* FABER.

A SERVIS SUIS MULTITUDINE ABUNDANTIBUS. Florus III. 12. 15. *Quid bella servilia? unde nobis, nisi ex abundantia familiarum?* Tacit. IV. Annal. 27. *Urbe trepidat ob multitudinem familiarum, quae gliscebat immensum, minore indies plebe ingenua.* Iunge Thu-

cydidem IV. 16. 12. de Spartanorum Helotis: Livium III. 16. 3. Senecam de Clem. I. 24. princ. BERNEC.

7. ATQUE ITA POTITI URBE, LARES DOMINORUM OCCUPANT, REMPUBLICAM INVADUNT, CONIUGES DUCUNT etc. Haec perturbata sunt, et confusa; sic autem, meo iudicio, disponenda: *Atque ita rempublicam invadunt, lares dominorum occupant, coniuges eorum ducunt, et, quod ipsi non erant, liberos creant.* FABER. — Faber haec ita disponenda putabat, *Atque ita remp. invadunt, lares dominorum occupant, coniuges eorum ducunt, et quod ipsi non erant, liberos creant.* Sic simul *potiti urbe* eliminat, postque *coniuges, eorum* ipiicit, et *creant* pro *procreant* legit. Sed haec plane quae refutentur indigna sunt. WOPKENS.

8. QUI MITI INGENIO SENIS DOMINI etc. Quaedam editiones post τὸ *ingenio*, habent distinctionem, quae omnino delenda est. Sensus est, qui misereretur domini sui ob clementiam eius pristinam, et sub quo ei mitis ac liberalis fuerat servitus. GRONOV. — *Miti ingenio*, i. e. ob mite suum ingenium, vel quod miti esset ingenio: neque hoc cum sequente *senis domini* construendum cum Gronovio (quoniam tam *domini*, quam filioli *fortuna* movebatur hic servus) sed mite ingenium servi huius intelligendum. Pro solenni enim suo, de quo ad lib. IX. 7. 12. et alibi vidimus, ita duplicem ablativum hic iungit Iustinus, *qui miti* ingenio *senis domini* . . fortuna *moveretur*. Longe autem elegantius nostri tres Dorvelliani cum vet. editione, *dominosque non truci feritate trucidavit, sed . . respexit*. Neque enim satis apte cohaerent *truci feritate respicere dominos*, i. e. illorum rationem curamve habere. Et quamquam non desunt eiusmodi negligentiae exempla, qua verbum unum ita pro duobus ponatur, saepissime tamen ex librariorum negligentia prognata talia, dubitari non licet, et ex notatis ad lib. I. 9. aliundeque demonstrare proclive est. WOPKENS.

DOMINOSQUE NON TRUCI FERITATE, SED PIAE MISERICORDIAE HUMANITATE RESPICERET. Ed. Ald. *sed pia misericordia ac hum.* Magl. *feritate trucidaret, sed p. m. h. respiceret.* Periz. ed. Rom. *feritate trucidavit, sed pia mis. h. respexit.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Iunt. *fer. trucidavit, sed pia misericordia ac h. respexit.* Iunt. *respiceret*. ABR. GRONOV.

9. CUM VELUT OCCISOS ALIENASSET. Notanda significatio est, pro, *e conspectu removisset, celasset* etc. FABER. — *Alienasset*, hoc est, *occuluisset*, ut exponunt. At vellem mihi locum alterius alicuius monstrari, ubi *alienare* positum sit pro *occultare*. Putabam, scripsisse *ali curassent*, at hoc non videtur convenire praecedenti *velut occisos*. Deliberandum igitur est amplius, et videtur aliquid hic dici de loco, ubi eos servaverit. SCHEFF. — *Alienare* hic est a se removere vel excludere: meritoque hoc verbum hic defendunt Wasseus ad Sallustium Catil. cap. XXXVI. et Burmannus ad Lactant. Placid. Argument. lib. II. fab. 8. qui ibi omnino consuli meretur. Sulp. Severus Epist. IV. 1. *Et . . non poteram non dolere*,

quod per summam a te iniuriam alienabar, *si literas non misisses.* WOPKENS.

QUASI ACCEPTISSIMUM DIIS. MSS. *placitissimum.* Quod merito probat Gronovius. Valer. Flacc. *Placitosque Deis ne deserat actus.* GRAEV. — Quinam illi MSS. sint, cum quibus Gronovius, suffragante Graevio, *quasi placitissimum diis* legendum crederet, equidem nescio. In nostris sane omnibus vulgata comparet lectio, quae et haud dubie alteri praestat, quoniam superlativus ille *placitissimus* insolentior est, et *acceptissimus* ita occurrit lib. XIII. 2. 8. Pro *potissimum* autem Franeq. habet *placitissimum,* Dorv. 2. *pacatissimum.* Male. WOPKENS. — Coll. N. *regem de suo corpore.* Ita supra XII. 6. 3. idem MS. *unus de senibus Clitus.* Adde I. 4. 4. Thuan. quart. Leid. *eumque pacatissimum.* tert. *eumque placatissimum.* MSS. Bongars. *eumque placitissimum,* probante Avo ad Statium lib. XII. Theb. v. 302. Salvianus lib. III. adv. Avar. cap. 8. *sancta ac placita deo pignora.* Pro *diis* sec. Med. dat *deo.* ABR. GRONOV.

HOC ENIM EI NOMEN ERAT. Particula *enim* desideratur in sec. Med. Coll. N. ABR. GRONOV.

10. CETERIS IN ORIENTEM SPECTANTIBUS. Praepositio *in* abest pr. Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. ABR. GRONOV.

11. ID PRIMUM. Forte, *Is primum.* GRONOV. — Coniiciebat Gronovius *Is primum* etc. Sed optime se habet librorum, quantum constat, omnium scriptura, ut abunde liquet ex his, quae ipse vir insignis notavit ad Senec. Consol. ad Marciam cap. XIX. Virgil. Aen. III.

Nec sopor illud *erat.*

Tacit. Annal. XVI. 22. *Secessionem iam* id *et partes.* Quinctilian. Decl. IV. *Non fuit* illud *pugna, non acies.* WOPK. — Avus malebat, *Is primum.* Vide notas ad Livium lib. II. cap. 20. et Senecam Consol. ad Marciam cap. 17. ABR. GRONOV.

13. NON SERVILIS etc. Plato lib. VI. de Leg. sub finem ex Homero producit hos versus, qui nobis tamen Odyss. XVII. 322. paullo aliter leguntur:

Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς,
Ἀνδρῶν οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.
Dimidio mentis deprivat Iuppiter illos,
Servilis quoscunque viros sors ceperit unquam.

Contra ea Dionys. Cato III. Distich. 11. *Utile consilium etc.* et maxime Seneca Ep. 47. BERNEC.

14. QUANTUM INGENUA SERVILIBUS INGENIA PRAESTARENT. Anglicanus MS. *quantum dominorum ingenia servilibus praestarent.* Sed illud *dominorum*] manifeste est ex glossa. SCHEFF.

16. AC DEINDE AD NEPOTES TRANSIIT. Ed. Rom. Iunt. *ac deinceps.* sec. Med. *in nepotes.* Ita L. 32. ad Leg. Falcid. *quae* (obligatio) *in heredem transit.* L. 76. de Verb. Obl. *in heredes tamen transit obligatio.* ABR. GRONOV.

17. METUENDUM EXEMPLUM etc. Eodem usus argumento Marcellinus XVII. 28. *ad servos rebelles*, inquit, *ocius signa transferri, utilitas publica flagitabat*. BERNEC.

18. OB MEMORIAM VETERIS CAEDIS CRUCIBUS ADFIXIT. Quippe proprio servorum supplicio. Plaut. in Milite II. 4. 19. Tacitus Hist. II. 72. 4. et IV. 11. 9. Vulcatius in Avidio Cassio 4. Capitolinus in Macrino 12. BERNEC. — Ed. Iunt. *in memoriam*. sec. Med. *ob memoriam veteris sceleris*. Vincentius lib. IV. cap. 25. *omnes, qui in praelio superfuerant, ob mem. v. caedis a servis in dominos factae, crucibus infixit*. ABR. GRONOV.

19. GENUS TANTUM STRATONIS INVIOLATUM SERVAVIT. Diodorus quarto Alexandri anno ait Stratonem ob Darii amicitiam principatu eiectum, et Ballonymum factum regem. Q. Curtius initio lib. IV. eandem narrant historiam, regem ex hortulano factum Abdalonimum nominat, atque etiam ita hic auctor. Diodorus tamen Tyriorum, non Sidoniorum; Curtius contra Sidoniorum, non Tyriorum. GLAREAN.

GENUS URBIS EX INTEGRO CONDERETUR. Coll. N. *ex ingenuis cond.* ed. Iunt. *ex ingenuis restitueretur*. *Τὸ ingenuis et restitueretur* repeti videntur ex paullo ante praecedentibus, *restituit, ingenuis et innoxiis incolis insulae attributis*. ABR. GRONOV.

CAP. IV.

1. TYRII ALEXANDRI AUSPICIIS CONDITI. *Conditi*, id est, instaurati, reformati. Supra II. 15. 1. *urbem ex integro condere*. Sic et Graecum *κτίζειν* non tantum est ab initio instituere aut exstruere, sed et instaurare, reficere. VORST.

PARCIMONIA ET LABORE QUAERENDI. *Quaerere* pro rem quaerere, quaestum facere. Terentius Adelph. V. 4. 15. *Contrivi in quaerendo vitam atque aetatem meam*. et Heaut. I. 1. 87. *Laborans*, quaerens, *parcens, illi serviens*. Valer. Maximus IX. 4. initio: *Avaritia . . nec habendi fructu felix, et cupiditate* quaerendi *miserrima*. Aur. Victor Epit. cap. 20. *Ad* quaerendum *diligens, ad largiendum liberalis*. Atque ita Horatium Ovidiumque locutos observat Burmann. ad Quinctil. I. 12. *Dicant sine his in foro multi, et* acquirant, *dum* etc. ubi frustra Francium velle *et rem acquirent*, inde etiam colligi est, quod *acquisitio* aliquando pro lucri acquisitione usurpatur. ut vulg. Interpret. Actorum XIX. 25. *Scitis quia de hoc artificio est nobis* acquisitio. WOPKENS.

CONVALUERE. Legendum forte, *coaluere*. BONGARS. — Est qui mutat, *coaluere*, minime ad Iustini genium: cui *convalescere* significat crescere, seu potentia augescere. Sic III. 4. 1. et XXXVI. 2. 18. Seneca Epist. 18. 4. *Pauca sunt, quae dicuntur: sed si illa animus bene exceperit, convalescunt et exsurgunt*. BERNEC. — Bongarsius malebat *coaluere*, idemque exhibent Ald. Iunt. Praestat vulgatum. Vide Bernecerum h. l. et Vorstium ad III. 2. 7. Salvianus

lib. III. de Gubern. D. cap. 1. *cur probi iaceant, improbi convalescant.* ARR. GRONOV.

2. UTICAM CONDIDERE. Graecis Ἰτύκη. BONGARS. — Eadem Velleius I. 2. 9. et Mela I. 7. BERNEC.

3. REX TYRO. Malim *Tyri.* Didonis autem pater Agenor, filius Beli. BONGARS. — Silius Italicus lib. I. init. de Bello Punico, ubi de fano Didonis seu Elissae:

stant marmore moestae
Effigies, Belusque parens, omnisque nepotum
A Belo series: stat gloria gentis Agenor:
Et qui longa dedit terris cognomina Phoenix.

Lucem huic historiae toti foenerabuntur scitissimi illius Musarum Fabri Semestria III. 2. et 13. BERNEC. — In MS. legebatur *rex multo Tyro.* Et Ioannes Gerundensis Episcopus in Paralip. Hist. Hispanicae citat, *interim rex muloto Tyro decedit.* Vix itaque crediderim, sanum hunc esse locum. Puto scribendum, *interim rex Mutgo Tyro decedit. Mutgo* appellatur hic pater Pygmalionis, quem alii *Mutgonum,* et *Matgenum,* vocant. *Μέττην* is est Theophilo lib. III. ad Autolycum. *Methres* vero est Servio. Alii et *Belum* vocant. Non recte. VOSS. — *Rex Mutgo* Ioseph. contra Apion. I. pag. 927. est *Μύτγονος,* et *Mutines* Liv. XXVI. 21. GRONOV. — In MS. est, *rex mulcto Tyro decedit.* ut fere apud Gerundensem Episcopum in Paralipomenis historiae Hispanicae legitur: *Interim rex mulcto Tyro decedit.* quod ex Nostro sumptum est. unde suspicatur Cl. Vossius pro *mulcto* scribendum *Mutgo,* qui Pygmalionis pater fuit, sive *Matgenus* ex Sanchuniathone. Sed in aliis regibus Tyriorum appellandis, obiter moneo, mihi suspecta est fides Philonis Biblii, qui Sanchuniathonem Graece vertit. Nam Agreus, Halieus, Pygmalion, nonne nomina sunt mere Graeca? FABER. — Bongarsius mallet *Tyri.* Sed quid opus? Supra II. 13. 5. *Pons quem ille Abydo fecerat,* et infra XX. 3. 9. *Corintho nuntiata est victoria.* Is. Vossius nomen proprium regis hic excidisse putat; quia Bongarsius in V. L. testatur in Cod. aliquo MS. fuisse, *rex multo Tyro;* et Iohannes Gerundensis Episc. in Paralip. Hist. Hisp. locum sic citat, *Interim rex Mulcto Tyro decedit.* Legendum autem putat, *rex Mutgo Tyro decedit;* quia patrem Pygmalionis alii *Mutgonum* et *Matgenum* vocent. VORST. — Plane verum puto, quod censet Vossius, excidisse hic nomen regis *Mutgo.* Vide Vorstium. SCHEFF. — Hic fuit *Mettinus,* filius Badezori. Vide insigne fragmentum Menandri Ephesii de Regibus Tyriis, qui ab Hiramo usque ad Pygmalionem et Didonem apud Iosephum lib. II. contra Appionem. GRAEV. — Pr. Med. sec. quint. Leid. Coll. N. *rex multo Tyro decedit.* Pro *multo* Vossius optime emendavit *Mutgo.* Dido Agenoris vel Beli filia fuisse dicitur Eustathio ad Dionysium Perieg. v. 197. *Διδὼ ἡ τοῦ Πυγμαλλίωνος ἀδελφὴ, Ἀγήνορος θυγάτηρ ἢ Βήλου βασιλέως Τυρίων, ἡ καὶ Ἔλισσα καλουμένη καὶ Ἄνα, Συγχαίῳ* (lege, *Συχαίῳ*) *γενομένη*

γυνὴ ἀνδρὶ Φοίνικι, Τύρον ᾤκει· τοῦτον δὴ τὸν ἄνδρα Πυγμαλίων σὺν αὐτῷ ἀποδημοῦντά που δολοφονεῖ ἔρωτι χρημάτων. Ὁ δὲ δι' ὀνείρων σημάνας τὸ πάθος τῇ γυναικὶ, κελεύει φεύγειν· οὐκέτι γὰρ εἶναι πιστὰ τῷ Πυγμαλίωνι, ἐν δευτέρῳ χρημάτων τὰ φυσικὰ τιθεμένῳ δεσμά. Ἡ δὲ προσλαβομένη τινὰς τῶν Τυρίων, συναραμένη δὲ καὶ τὰ χρήματα, ἔρχεται ἐπὶ Λιβύην. Ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Orosius, *Elisa*. *Institutis* desideratur in Ald. Abr. Gronov.

5. Acerbae. Qui vulgo, et a Marone *Sichaeus* dicitur. In ora MSS. aliquot adscriptum est, *Hiarbae legendum:* falso Mauritanorum principem cum Didonis marito confundentes. Alii *Acervas* habent, *v* pro *b*. Servius in Virgilium notat *Sicharbam* eundem appellatum, et fragmentum de Didone, quod mihi ex veteri libro transcriptum communicavit popularis meus P. Daniel: in quo totus hic locus adducitur ex Trogo Pompeio in Epitomis. Bongars. — Adde Salmas. in Solin. 823. d. 1. Bernec. — Lege, *Sicharbae*, ex Servio et observatione Bongarsii. Faber. — Suspicor, apud Iustinum fuisse *Aterbae*, vel *Atherbae*, quod aliis *Atherba*. Scheff. — Pr. Med. *Cervae*, et paullo post, *Acervae*, *Acerbam*, *Acervae*, *Acervas*. sec. *Cherbae*, et dein *Acherbae*, *Acherban*, *Atherbae* et *Atherba:* quae posterior scriptura proxime accedit ad coniecturam Avi lib. IV. Observ. cap. 20. *Adherba* et *Adherbam*. Ald. Iunt. *Acervae*, et *Acervam*. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *Sichaeo* et *Sichaei*. et dein *Sicharbam*, *Sicharbae* et *Sicharbas*. *Sichaeus* etiam Didonis coniux dicitur Virgilio lib. I. Aeneid. v. 343. et 348. Συχαῖος a Georgio Cedreno Comp. Hist. pag. 140. qui illum in venatione a Pygmalione interfectum fuisse refert: ἦν δὲ ἡ Διδὼ ἐκ μικρᾶς πόλεως Χαρτικῆς, τῆς Φοινίκης παραλίας οὔσης, μεταξὺ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος: ἥτις Διδὼ ἦν πλουσιωτάτη, ἔχουσα ἄνδρα Συχαῖον, ὃν ἐφόνευσεν ἐν κυνηγεσίῳ ὁ ἀδελφὸς τῆς Διδοῦς ὁ Πυγμαλίων, διαφθονούμενος αὐτῷ ὡς πολυευπόρῳ καὶ δυνάστῃ· καταδιώκοντος γὰρ σύαγρον ἔφιπποι (leg. σύαγρον ἔφιππος) ἤλασεν ἐκ τῶν ὄπισθεν κατ' αὐτοῦ τὸ δόρυ, καὶ ἀπέκτεινε, καὶ λαβὼν τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἔῤῥιψε κατὰ τοῦ κρημνοῦ· καὶ ὑποστρέψας, εἶπε τοῖς διαφέρουσιν αὐτῷ, ὅτι ἐκρημνίσθη διώκων τὸν σύαγρον. ἐβούλετο δὲ ὁ αὐτὸς Πυγμαλίων καὶ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν διαχειρίσασθαι, καὶ λαβεῖν τὰ χρήματα αὐτῆς· ἥτινι Διδοῖ ἐφάνη ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Συχαῖος ἐν ὁράματι, καὶ εἶπεν, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἐφόνευσέ με, δείξας αὐτῇ καὶ τὸν τόπον τῆς πληγῆς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· φύγε, μὴ καί σε φονεύσῃ. Καὶ λοιπὸν ἡ αὐτὴ Διδὼ λαθοῦσα τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, ἀνελάβετο πάντα χρήματα αὐτῆς· καὶ ἐμβᾶσα εἰς πλοῖον, ἀπέπλευσεν ἐκ τῆς Φοινίκης, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ κτίζει τὴν Χαρτάγαιναν, ἥτις ἐστὶ Νεάπολις. Abr. Gronov.

Sacerdoti Herculis, qui honos secundus etc. Sic XVIII. 6. 12. *Impuberes, quae aetas etiam hostium misericordiam provocat, aris admovebant.* Multa huiusmodi et apud alios sunt. Livius XXIII. 11. *Magistrum equitum, quae consularis potestas sit.* quem locum

sic emendat, et plura id genus ad eum congerit Gronovius. Vorst. — Cicero lib. IV. in Verrem cap. 61. *Homo nobilis, qui sacerdos Iovis fuisset, qui honos apud Syracusanos est amplissimus, agit mecum etc.* Abr. Gronov.

7. Etsi homines ignorabant. Pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. *ignorarent.* Abr. Gronov.

8. Generum. Id est, sororis maritum, ut ex Sophoclis Oedipo tyranno, et Probi Pausania, notavit vir incomparabilis Iac. Cuiacius Observation. VI. 17. Quomodo et Ditmarus, et Witichindus Saxo lib. I. loquuti sunt. Sed et Cedrenus, Iothor socerum Moysis vocat πενθερὸν ἢ γαμβρόν. Ut quicunque uxorem alteri dat, aut filiam, aut sororem, eius *gener* dicatur. Fortasse et qui ducit, *gener* dicitur, quo sensu ἐπιγαμβρεύειν legimus Matth. XXII. 24. Bongars. — Zonaras in Stauracio generale vocabulum restringit, γαμβρὸς ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ. Ceterum istiusmodi nomina cognationum et affinitatum, ab auctoribus non iurisconsultis confundi saepe corrumpique, demonstrat praeter alios Alb. Gentilis lib. V. de Nuptiis pag. 448. et seq. Bernec. — Quia mortuo patre Mutgone illi quasi socer erat. Ita Homerus. Faber. — Magl. *eumdemque cognatum.* quod ex glossa ortum. *Gener* non solum pro filiae, sed etiam pro sororis marito usurpatur, quemadmodum etiam *adfinis*, et *cognatus*. Vide Cuiacium lib. VI. Observ. cap. 17. et Savaronem ad Sidonium Carm. V. v. 443. *Absque pietatis respectu* etiam dixit Saxo lib. I. pag. 19. init. Abr. Gronov.

Sine respectu pietatis occidit. *Sine respectu pietatis*, ut Ruffinus Hist. Eccles. VIII. 13. *Feminis quoque veri candentes et rousti ardentes* (an leg. *F. q. veruta dente praeusto?*) *absque ullo humanitatis miserationisque* respectu *ingerebantur per* etc. Idem lib. V. 3. *Ne quis collectas reliquias humanitatis* intuitu *traderet sepulturae.* et cap. 24. extr. *Ita ut concederet Anicetus Polycarpo, etiam sacerdotali ministerio, honoris duntaxat* contemplatione, *perfungi.* Κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, Eusebius. Lib. X. 17. *Sive eum ipsa humanitatis* contemplatio, *sive divina perpulit providentia.* lib. XI. 5. *Tamen* consideratione *humanitatis . . facit hoc ipsum civibus . . clarescere.* Gregorius Turon. de Mirac. Martyrum lib. I. 48. *At ille humanitatis* intuitu *et Dei timore commonitus, capsam cum reliquiis in cellam penariam ponit.* Wopkens.

9. Aversata . . fugam tacito molitur. Pr. Med. pr. sec. tert. quint. Leid. ed. Bechar. *adversata*, male. Vide ad Tacitum lib. I. Hist. cap. 1. Saxo lib. III. pag. 58. 20. *neque se adeo virum aversaturam.* et lib. X. pag. 188. 37. *exsulem aversatus est.* Periz. ed. Ven. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *tacite.* Medicei, tert. quint. Leid. Bodl. Coll. N. *tacita.* Ita supra XVI. 4. 7. *primo tacitus cum Mithridate colloquitur.* ubi Periz. *tacite.* Infra XXI. 2. 8. *cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus.* XXXI. 2. 8. *Legatus vero Romanus tacitus Romam regreditur.* et cap. 13. *tacitus*

conscensa nave ad Hannibalem revertitur. Adde XXXIII. 8. 11. et 9. 4. Abr. Gronov.

10. Cupidae oblivionis. Plerique MSS. habent, *cupidae oblivionem*, vel *oblivione.* An vera lectio *cupidae oblivionum*, num *cupidae oblivionem* dixit secutus in verbali constructionem verbi, quod nonnumquam faciunt etiam Latinissimi scriptores. Scheff.

Renovaret. Iuntae: *renovet.* ut respondeat, quod sequitur, τῷ *occurrat.* Graev. — Quia sequitur mox *occurrat*, malim, ut, teste Graevio, editio Iuntina habet, *renovet.* Vorst. — *Renovet* praeter ed. Aldinam et Iuntinam exhibent MSS. Medicei, Magl. Bodl. Coll. C. C. pr. sec. quint. Leid. in quibus atque ed. Rom. Ald. Iunt. Salmur. exstat *neve ultra.* Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. *renovaret*, *neve ultra.* Pro *ultra* Cl. Heusingerus lib. II. Emend. cap. 4. malebat *ultro.* Abr. Gronov. — „Si in his" inquit Heusingerus „*ultra* tempus significat, nihil eo opus est, cum *amplius* praecesserit: scribe igitur *ultro.* Nam se cupidam esse oblivionis, ait, „ideoque e mariti domo migrare velle, ne ea invitam se ultro in „memoriam pristini doloris revocet." Fr.

Oculis eius etc. Cicero VI. Famil. Epist. 1. *Oculi augent dolorem, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt.* Bernec.

12. Elissa ministros migrationis a rege missos navibus. Nimirum templum Herculis, ad quod Acerbas sacerdos fuit, Palaetyri et in continente fuit: ut cum Elissa ad fratrem se migrare velle simularet, navem conscendere necesse habuerit. Vide XI. 10. 11. et ad eum loc. Notas. Vorst.

Prima vespera. Sec. Med. *primo vespere.* Abr. Gronov.

Involucris involuta. Puto *involucris* esse glossam, et scriptum a Iustino *segestribus*, aut *segestriis.* Faber. — Forte potest totum abesse. Scheff. — Nimis sane saepe ita verbum cum nomine cognato construitur, quam ut *segestribus involuta* legendum cum Fabro coniiceremus, aut bigam istam *involucris involuta* cum Scheffero pro iniectitia haberemus. Lib. XIII. 1. *Cum . . non ducibus, sed* regibus regeretur. lib. XXXVIII. 4. *Superbo* responso *hereditarium patri suo regnum obvenisse* respondit. et cap. 7. *Tantumque se avida exspectat Asia, ut etiam* vocibus vocet. Cicero Catilin. IV. cap. 1. *Haec omnia . . vos multis iam* iudiciis iudicavistis. Livius XXX. 3. *Si eodem* statu *resp.* staret. Sic alibi *occidione occidere*, *facinus facere*, plurimaque id genus ex Plauto collegit Pareus Lex. v. *Parallela.* Wopkens.

13. Acerbam. Gronevius IV. 10. Observ. ipsum Trogum *Adherbam* dixisse coniicit: id enim nomen Punicum esse, Graeca terminatione. Vorst.

Ciet. Forte, *ciens.* Bernec. — Scribe, *ciens.* Faber. — Bernecceru suspicatur, *ciens*; quia praecedit *deflens*, credo. Ego mallem *ciet et orat*, ut significentur duo, quod et compellarit eum nomine, et preces ad eum fuderit. Scheff. — Compositum *deflere* pro simplici flere. Dictys Cret. lib. III. 9. *Circa Sarpedonis cadaver*

cunctis deflentibus etc. ubi plura. Oxon. MS. *ciens*, *orat*. uti volebant Bernecccerus ac Faber. In Dorv. tribus cum ed. vetere *exorat*, sine *ciet* aut *ciens*. Schefferus malebat *ciet et orat* etc. Sed uti in vulgata lectione, sic passim alibi Noster eum aliis ἀσυνδέτως loquitur. Sic hoc ipso capite *Tunc fratrem dolo aggreditur:* fingit *se ad eum* etc. et rursum: *Tunc ipsos ministros aggreditur: sibi quidem* ait *optatam olim mortem* etc. lib. I. 6. *Matres . . occurrunt: orant in praelium revertantur*. lib. IX. 5. *Sed revertenti . . occurrunt:* negant *se transitum daturos*. lib. XII. 12. *Tunc universi milites adeunt:* orant *suppliciis suis* etc. lib. XX. 2. *Quo metu territi Locrenses ad Spartanos decurrunt: auxilium supplices deprecantur*. lib. XXI. 3. 3. *Vocat*, *hortatur*. lib. XXIV. 8. 3. *Procurrunt*, *clamant*. lib. XLII. 5. 7. *Mittit*, *postulat*. ubi copulam rursum frustra plane volebat Schefferus iniici. Livius XXIV. 23. *Deinde per eos senatum adeunt: ab Annibale se missos* praedicant etc. Sic ille aliique passim. adde quae infra ad lib. XXXIV. 3. 6. adque Dict. Cretensem V. 17. Wopkens. — Coll. N. ed. Ald. ant. *ciet*, *orans*. Ienson. Rom. Bechar. *exorat*. Abr. Gronov.

Quas habuerit causam mortis. Plerique MSS. atque editiones ante Salmuriensem et secundam Graevianam publicatae exhibent, *habuerat c. m.* Prius tamen non damnandum, si paullo ante legatur *reliquerit* ex Bodl. pr. quart. quint. Leid. *causas mortis* sec. Med. Abr. Gronov.

14. Acerbos cruciatus. Pr. Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. *amaros cruc.* sec. Med. praecedens verbum *ait* transponit post *immiserat*. Abr. Gronov.

15. Iunguntur et senatorum. Sec. Med. *Iunguntur ei sen.* Itemque cum Periz. *accipit*. Abr. Gronov. — Ab. Gronovius ex Medico MS. scribi vult *Iunguntur ei senatorum* etc. Noluisset autem, credo, si menti obversata fuissent ista lib. XIX. 3. *Ad cuius conspectum plangentium* agmina iunguntur. lib. XXIV. 7. *Emanus Thessalorum duces*, *qui se ad praedae societatem* iunxerant (ante), *amputari moras iubent*. Wopkens.

Sacris Herculis. Institutis primum ab *Iromo*, Tyri rege (qui in sacris Regum libris *Chiram* vocatur) sub id tempus, quo Salomon Hierosolymis imperabat. Ioseph. Antiq. Iud. VIII. 2. Sed tamen sacra Herculis et manserunt Tyri, et inde postea translata sunt Gades. Strabo lib. III. Iustin. XLIV. 5. 2. Bernec. — Intellige, non sacrificia, quod ridiculum est, sed sacramenta, symbola, mysteria etc. Faber.

Cuius sacerdos. Quint. Leid. *cui sacerdos*. Abr. Gronov.

CAP. V.

1. Primus illis appulsus terrae Cyprus insula fuit. Quum MSto quodam sit, *Primo illis appulsis terra C. i. f.* allubescere quispiam posset *Prima illis appulsis terra C. i. f.* Sed recte se habet

vulgata lectio, in qua *appulsus terrae* est terra, ad quam appulsus fit vel appellitur. ut Livius XXVII. 30. *Ut Attalum, quem classe Euboeam petiturum audierat, portubus et* littorum appulsu *arceret*. Conferatur Valer. Maximus lib. V. 3. Ext. 3. Salamis *et Artemisium Xerxis* naufragia *numerantur*. i. e. naufragiorum loca. Florus II. 6. *Trasimenus lacus tertium* fulmen *Annibalis, imperatore Flaminio . . Quartum et paene ultimum* vulnus *imperii Cannae, ignobilis Apuliae vicus*. Tibullus lib. IV. 1. 141.

Rapidus Cyri dementia Ganges. WOPKENS.

2. SACERDOS IOVIS. Sacerdotem Iunonis ait fuisse Servius ad lib. I. Aeneid. 447. id quod et ex ipso Virgilio colligitur. Unde puto, apud Nostrum quoque scribendum *Iunonis* pro *Iovis*, vitiumque ortum ex compendiosa scriptione. SCHEFF.

DEORUM MONITU. In impresso quodam legitur *Dei*. Et sane fuit sacerdos unius Iovis, vel Iunonis, ut ab ipsa unica monitus fuisse videatur. Quid ergo si Noster scripsit, *Deae commonitu?* IDEM. — Sec. Med. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Mediol. Paris. Ald. Iunt. *dei monitu*. Iidem MSS. eaedemque edd. *sociumque* (Bechar. *socium*) *fortunae offert*. Coll. N. *sociumque fortunae se offerret*. pr. Leid. *sociumque praebuit*, omissa voce *fortunae*. ABR. GRONOV.

COMITEM SE ELISSAE SOCIUMQUE FORTUNAE PRAEBUIT. Veteres editiones cum Iuntina, *comitem se Elissae sociumque fortunae offert*. quod et Britanni in duobus codicibus repertum merito receperunt. Inferius iidem: *hortatique sunt, ut urbem ibi conderent*. GRAEV. — In edit. Iuntarum, *sociumque fortunae;* quod mihi valde placet. FABER. — Angli una voce auctius, *sociumque fortunae praebuit*. Quam lectionem puto genuinam. Certe cur synonymia uti hoc loco, et *comitem sociumque* scribere Iustinus debuerit, ratio est nulla. At vero *socium fortunae* elegantissime vocabat eum sacerdotem. Sic lib. I. cap. 5. habet *socium coeptis*. SCHEFF.

4. MOS ERAT CYPRIIS, VIRGINES ANTE NUPTIAS etc. Lactantius Divinar. Instit. I. 17. *Venus auctor mulieribus in Cypro moris illius fuit, ne sola praeter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur*. Armeniis similem fere morem tribuit Strabo lib. XI. f. et Lydis Herodotus I. 93. item Aelian. IV. Var. Hist. 1. Punicis Valerius Max. II. 6. 15. Phoenicibus D. Augustinus de Civ. Dei IV. 10. Theodor. Hist. Eccl. I. 8. BERNEC. — Morem hunc in ipsa Africa eas ad posteros transmisisse apparet ex eo, quod Valerius Max. II. 6. 15. scribit, Siccae in Africa fanum esse Veneris, in quod se matronae contulerint, atque inde procedentes ad quaestum dotes corporis iniuria contraxerint. VORST.

STATUTIS. Forte, *statis*. GRONOV. — Quod Gronovius, et ad Valer. Flaccum II. 488. Burmannus *statis* malunt legi pro *statutis*, id a more Iustini alienum est; qui sic nusquam utitur voce *status*, sed contra *statutam diem, horam*, pro stata, certa, rursus dicit lib. I. 10. 4 et 8. et lib. XXXVIII. 10. 8. Vulg. Int. Exod. XIII. 10. *Custodies autem huiuscemodi cultum* statuto *tempore*. I. Regum I. 3.

Et adscendebat vir ille de civitate sua statutis *diebus, ut adoraret* etc. et cap. II. 19. *Quam adferebat* statutis *diebus, adscendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solennem.* Sulp. Severus Hist. II. 13. *Neque tamen cum regi fuerit libitum, sed* statuto *tempore admittitur.* Augustinus de Civ. Dei X. 4. *Ei beneficiorum eius solennibus* (sic malim quam *solennitatibus*) *festis et diebus* statutis *dicamus sacramusque memoriam.* WOPKENS.

LIBAMENTA VENERI SOLUTURAS. Saxo lib. III. pag. 42. 18. *foedis superis libamenta persolvit.* ABR. GRONOV.

6. PRECIBUS MATRIS ET DEORUM MINIS VICTUS. Idem lib. VI. pag. 99. 43. *perseverantissimis omnium precibus victus.* MSS. *matris deorumque.* ABR. GRONOV.

7. INTERPELLASSET. Sic auctor iterum XV. 3. 3. et XLIV. 20. Eleganter Curtius VI. 6. 14. *Ne in seditionem res verteretur, etiam interpellandum erat bello.* et IV. 6. 11. *Saxa cotesque interpellant specum.* Capitolinus in M. Ant. Philos. cap. 8. *Interpellavit istam felicitatem securitatemque imperii Tiberis inundatio.* Vide de hac voce Freinshemii Indicem, et Burdelotium in Petronium pag. 238. pr. BERNEC.

8. MUTUARUMQUE RERUM COMMERCIO. Quod Spartanis quoque tribuit auctor III. 2. 1. et Germanis Tacitus cap. 5. idemque cum Aristoteles Politic. I. 6. tum Plinius XXXIII. 1. princ. ut antiquissimum, et maxime conveniens naturae, commendat. BERNEC. — Livio dicitur *mutuus usus* lib. XXXIV. *Commercio Graecorum Hispani gaudebant. Huius mutui usus desiderium, ut Hispana urbs Graecis pareret, fecit.* et XXXVIII. *Id oppidum multarum gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere.* GRONOV.

9. DEINDE EMPTO LOCO. Virgilius I. Aeneid. Strabo XVII. Appianus *Λιβυκῇ*, Eustathius in Dionysium, et ceteri passim auctores de Carthagine multa, de qua silere rectius putat Sallustius Iug. 19. 3. quam parum dicere. BONGARS. — MS. Bongarsianus habet *dein cepto.* Unde colligo, lectionem veram esse, *dein capto.* Posuit autem *capto* pro *accepto.* Sane ut hoc modo legamus, ratio requirit. Simulabat Elissa brevi se abituram cum suis. Quid igitur emeret sibi locum? Et docent manifesta verba, petiisse tantum, *ut suos posset reficere.* Hoc ergo fine dabant incolae, ipsa capiebat locum. Quidem et Virgilius habet, *merentique solum*, et Servius, *ut emeret tantum terrae.* Sed illi causam hanc non addunt, quam habet auctor. Consule et Appianum, qui nonnihil facit ad nostram emendationem. SCHEFF.

QUI CORIO BOVIS TEGI POSSET, IN QUO FESSOS . . . . . REFICERE POSSET. Posterius isthuc *posset* delerem, et pro *reficere* legerem *reficeret.* FABER. — Faber, *reficeret.* Nempe praecedit, *tegi posset*, ut hic *posset* ingrate repetatur. Occurrunt tamen similia etiam alios apud scriptores, ut nihil temere videatur immutandum. Vide nostrum indicem ad Hyginum. SCHEFF. — *Tegi.* Male utitur

auctor verbo: rectius Appianus de Bell. Pun. pag. 1. *ὅσον βύρσα ταύρου περιλάβῃ.* et Livius XXXIV. 61. 10. *quantum loci bovis tergo amplecti potuerunt.* Nec aliter Virgilius Aeneid. I. 372.

Taurino quantum possent circumdare tergo.

Vide Voss. de Idolol. lib. I. pag. 243. Bernec. — Observat Servius, notanter scripsisse Virgilium non *tegi*, sed *circumdari*, quia scilicet alterum manifeste falsum est. Nescio igitur, an hoc verbo uti Noster voluerit, et non potius scripserit, *cingi*. Scheff. — Vide Stephanium ad haec Saxonis Gramm. IX. pag. 177. *At Ivarus corio in exiles admodum corrigias scissim extructo, habilem exaedificandae urbi agrum implicuit.* Wopkens. — Virgilius lib. I. Aeneid. v. 371.

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.

uti Servius notat: „Dido appulsa ad Libyam, cum ab Hiarba pel„leretur, petiit callide, ut emeret tantum terrae, quantum posset „corium bovis tenere; quod cum ille permisisset, corium in tenuis„simas corrigias sectum tetendit, occupavitque modum stadia viginti „et duo. Quam rem leviter tangit Virgilius dicendo, *de nomine*; et „non *tegere*, sed *circumdare*.“ Pr. tert. Leid. *dein cepto loco*, pro *capto loco*, ut legit Schefferus, Pr. Med. sec. Leid. *deinde* (Med. *dein*) *accepto loco*, scilicet quem petierant. Themistius Orat. XXI. pag. 260. *Καθάπερ δήποτε Καρχηδονίους χωρίον ἰσομέτρητον βύρσῃ παρὰ Λιβύων αἰτησαμένους, εἰς λεπτὸν ἱμάντα κατατεμόντας τὴν βύρσαν πολυπλασιάσαι τὴν δωρεάν· καὶ νῦν ἔτι Καρχηδόνιοι Βύρσαν τὸν τόπον ἐπονομάζουσιν, εἰρωνευόμενοι τῇ σμικρότητι τοῦ ὀνόματος πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ χωρίου.* Iuxta Servium emti loci spatium fuit viginti et duorum stadiorum, quod corio bovis quamvis in tenuissimas corrigias secti cingi posse prorsus incredibile est: quare alium dolum Didonis subfuisse, suspicabatur eruditissimus Hydius ad Abrahami Peritsol Itinera mundi cap. 6. pag. 44. „videlicet „Didonem tantum terrae emisse, quantum Bovinum Corium (vivente „adhuc Bove) uno die circumire potuit. Nam cum Bos sine corio „ire non potuerit, ideo (tacita Bovis mentione) solo corio faciendum „et emetiendum praetendebat, Bove ipso simul dolose subintellecto. „Vel alias, forte fuerit tantum terrae, quantum ambiri potuerit a „Corio Bovino hominis manu portato; aut tale quiddam. Huiusmodi „enim foemineo et ingenioso dolo (propter rei novitatem et elegan„tiam) resistere et contradicere non potuerit Rex, sui etiam forte „impotens et amore captus. Foeminae enim innata aliqua astutia, „et aliquo (praesertim si formosae sint) sexus sui privilegio, omni „semper aevo viris subdole imponere solebant. Alias autem, si tale „quid (ut praedictum) non admittitur, historia est valde improbabi„lis: cum sane Corium Bovinum in segmenta partitum vix dimidium „iugerum ambire potuerit; quae tam minuta terrae portio condendae „urbi sufficere non potuit.“ Abr. Gronov.

BYRSAE. Strabo XVII. pag. 522. 45. *Byrsam*, hoc est, tergus, sit arcem fuisse in media urbe Carthagine, loco edito, in cuius vertice templum Aesculapii fuerit, quod Asdrubalis uxor, urbe capta, secum concremarit. BERNEC.

10. VICINIS LOCORUM. Solet ita vox *vicinus* etiam genitivo iungi, ut *proximus* et *finitimus*. Cicero Offic. III. 29. *Fidem in Capitolio* vicinam Iovis *Optimi Maximi esse voluerunt*. Ovidius Fastor. VI. 399.

Sensit anas vicina loci, *iussumque* etc.

Lucanus IX. 431.

At quaecunque vagam Syrtim complectitur ora,
Sub nimio proiecta die, vicina *perusti*
Aetheris, *exurit messes* etc.

cum nota Burmanni.

11. EX FREQUENTIA HOMINUM VELUT INSTAR CIVITATIS EFFECTUM EST. *Velut* videtur otiosum esse, et ex margine, ubi explicationis causa scriptum fuerit, irrepsisse in textum. *Instar civitatis* nihil aliud est quam similitudo civitatis, aliquid quod civitati simile est. Quid ergo opus erat *velut* addi? VORST. — Quemadmodum in his lib. XII. 3. *Coniugesque . . animo iam* quodammodo *complectentibus*, immerito scrupulum movere Vorstium vidimus, ita frustra hic delendum putabat *velut*. Suetonius in Galba cap. 10. *Ac e primoribus prudentia atque aetate praestantibus* velut instar *senatus . . instituit*. Accedat Salvianus Gub. I. pag. 16. *Et quidem iam* quasi *ad instar futuri iudicii iudicavit*. Hegesippus I. 11. *Quamvis exercitus eius* quasi *more pecorum obtruncaretur*. Florus III. 5. *Ruentem ulterius hostem quadam* quasi *manu repulit*. Iustin. VI. 2. *Quasi quadam tempestate*. Et passim obvii istiusmodi pleonasmi. WOPKENS.

14. CARTHAGO CONDITUR. Conditae a Didone Carthaginis memoriam propagarunt Tyrii in nummo Helagabali, qui Didonem stolatam, dextra scipionem, laeva sceptrum tenentem, stantem ante portam urbis, cui instaurandae incumbit faber, et ante pedes Didonis figuram virilem ligone terram aperientem, et a tergo purpurae Tyriae concham repraesentat. In superiore ambitu TYRIORUM, et in imo ΔΕΙΔΩΝ. Eumdemque typum adhibuerunt iidem in nummis Otaciliae Severae et Valeriani senioris cum hac inscriptione COL TYRO METRO, quorum postremum ad Stratonis historiam, quam narrat auctor supra cap. 3. h. l. refert Tristanus tom. III. Comment. pag. 8. sed eruditissimum istum virum in eo nummo considerando et describendo mire hallucinatum fuisse, ostendit Cl. Vaillantius tom. II. Numism. aer. Imp. Rom. in Col. perc. pag. 338. ABR. GRONOV.

PRO SOLO. Ita XIX. 1. 3. Antiquitatem observa moris illius pendendi vectigalis, quod *solarium* Ulpianus, nostri *Bodenzins* appellant. Infra XIX. 2. 4. *Stipendium urbis cond.* dicitur. Sc. Gentilis Origin. pag. 344. m. Vinet. in Auson. pag. 49. BERNEC.

15. In primis fundamentis etc. Num legendum, *imis fundamentis?* Sed fortassis *prima fundamenta* sunt *summa*, sive suprema pars fundamentorum, sicut *prima platea* dicitur, ut sit sensus, statim cum inciperent fundamenta effodere. Quomodo et de Capitolio Livius: *caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse.* Pro *aperientibus fundamenta* Noster *in primis fundamentis* dixisse videtur. Scheff. — Eustathius ad Dionysium Perieg. l. l. *Οἱ δὲ καὶ τοῦτο περὶ Καρχηδόνος φασὶν, ὡς ἄρα οἱ περὶ τὴν Ἔλισσαν, ἤγουν οἱ μετὰ τῆς Διδοῦς, ὀρύσσοντες εἰς πόλεως κτίσιν, καὶ βοὸς εὑρόντες κεφαλὴν, ἀπέσχοντο τοῦ ὀρύσσειν, οἷα ὀπτευσάμενοι μόχθους καὶ δουλείαν συνεχῆ, ὃ καὶ οἱ βόες πάσχουσιν· ὀρύξαντες δὲ περί που φοίνικα πεφυτευμένον, εὗρον κεφαλὴν ἵππου, καὶ συμβαλόντες σημαίνεσθαι σχολὴν αὐτοῖς, καὶ παρ᾽ ἄλλων δόσιν τροφῆς, καθὰ καὶ τοῖς ἵπποις, ἔκτισαν ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ τὴν Καρχηδόνα, καὶ ταῦτα* (lege, *κἂν ἐνταῦθα*) *πότιμον ὕδωρ μὴ ἔχοντι. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο καὶ Κακκάβη ἐκλήθη.* Abr. Gronov.

Quod auspicium quidem fructuosae terrae. Vox *terrae*, quae in plerisque MSS. desideratur, exstat in quarto Leid. Idem cum reliquis MSS. *quod ausp. fr. quidem.* Abr. Gronov.

Servae urbis. Liv. XXXIV. 81. *Servae et vectigales urbes.* et Ulpianus L. 20. §. 1. D. de Adquir. rerum dom. *Servus fundus.* Gronov.

16. Equi caput. Ideo *Κακκάβη* dicta, quod ipsorum lingua est *caput equinum.* Stephan. Bongars. — Adde Virgil. Aen. I. v. 448. Eiusmodi auspicia priscis in condendis urbibus curiose observata, praeter alia exemplo est Roma apud Livium I. 55. 7. Bernec.

17. Ad opinionem novae urbis. Infra XXIII. 2. 12. Bernec.

CAP. VI.

1. Maxitanorum Iarbas. Vett. quidam *Muxitanorum*, vulgo *Mauritanorum.* eum Eustathius in Dionys. pag. 30. a. regem facit *Μαζίκων.* Apud Stephanum de Urbib. *Μάζυες* sunt, *οἱ Λιβύης νομάδες· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες, καὶ ἕτεροι Μάχμες.* Docto lectori iudicium relinquo. Bongars. — *Mazyces*, Lybicos populos, habet etiam Amm. Marcellinus XXIX. 25. et 27. De his auctori sermonem hic esse, sentit etiam in Exercitationibus Plinianis pag. 322. c. magnus ille Salmasius. Bernec. — Melius sine aspiratione, *Iarbas*, quomodo Graeci et Virgilius. Bernec. — Sec. Med. *Mustitanorum.* sec. Leid. *Massitanorum.* tertius et Magl. *Maurorum.* ed. Rom. *Murtanorum.* Bechar. Med. Ald. Iunt. *Mauritanorum.* Ausonius Epigr. 118. v. 7. de Didone:

Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbae,
Servavi, fateor, morte pudicitiam.

Eustathius ad Dionysium d. l. *τοῦ δὲ Νομάδων καὶ Μαζικῶν βασιλέως Ἰάρβαντος ἐκβάλλοντος αὐτὴν κ. τ. λ.*

2. Cultiores victus eum etc. Iuntae etiam cum aliis editionibus: *Cultiores mores victusque.* Deinde in iisdem est, *ituram se,*

quo sua et urbis fata vocarent. Quod male repudiarunt recentiores editores. Mox Iuntae: *Cum inter caetera mala peste laborarent.* Graev. — Aliae editiones, *cultiores mores victusque.* Faber. — Antiquiores editiones, interque ceteras Iuntina, una voce plenius, *cultiores mores victusque.* Vorst.

3. Sed quem inveniri posse? De glossa est, quod Dorv. 1. et 3. cum ed. prisca habet, *sed quemquam inveniri non posse* etc. Soletque ita in oratione obliqua pronomen *quis* cum infinitivo construi. ut lib. XXVIII. 2. Quos *autem homines Romanos* esse? lib. XXXVIII. 5. Quod *enim a se non* praebitum *illis obsequium? non Phrygiam Paphlagoniamque dimissas?* Livius XXXIV. 58. Quid *igitur simile* esse, *ex ea possessione* etc. et cap. 62. Quem *proprium agrum Carthaginiensium in Africa* esse? Sic saepius ille, ut et Tacitus aliique. Wopkens.

4. Pro salute patriae. *Neque cives idonei aliquid habent antiquius salute communi.* Varro Rer. Hum. lib. XX. citante Nonio in voce *Antiquius.* Bernec. — *Si pro salute patriae*, hoc est, quod recusarent: at vero tali modo particulam *si* usurpare Nostrum non opinor. Quare mallem *qui* pro ea substituere. Scheff. — *Si . . recusarent* in Indice exponitur, quod recusarent. Equidem mallem cum Scheffero *qui . . recusarent* rescribere: nisi ita constanti omnium librorum scripturae esset acquiescendum, ut sensu praegnante hoc illam dicere statuamus, *a regina castigati et interrogati si* vel *an pro salute* etc. Cicero Famil. III. ep. 9. *Quod te adeunt fere omnes* (ut rogent) *si quid velis.* Valerius Maximus I. 8. Ext. 10. *Calanus . . se ardenti rogo superiacturus, interpellatus ab eo* (rogatusque) *si quid aut mandaret aut dicere vellet, brevi te, inquit videbo.* Florus I. 18. *Atque hostem rati emicant, sine discrimine insultant* (rogantque): *qui autem aut unde Romani?* (Sic recte, puto, Franeq. cum editionibus. ut lib. III. 11. *Quis* est autem *Caesar?*) Sulp. Severus Hist. II. 8. *Adhibitoque eos terrore increpabat* (rogabatque) *quisnam impensa consumeret?* Caesar Gall. II. 30. *Primum irridere ex muro, atque increpitare vocibus . . . quibusnam manibus . . tanti oneris turrim in muro se conlocare confiderent.* Gregorius Tur. Hist. Franc. X. 10. *Cum custodem silvae arctius distringeret, quis haec in regali silva gerere praesumsisset* etc. Wopkens.

Ipsi facienda esse, si velit urbi consultum esse. Si me audies, illud prius *esse* delebis. Faber. — Prius *esse* delenti Fabro annuit editio vetus. Videtur tamen Iustinus scripsisse *si velit urbi consultum. Elissa hoc dolo capta* etc. Atque ita *esse* omittitur post *consultum* lib. XI. 14. *Non ita se saluti suae velle consultum, ait, ut* etc. Rariusque verbum hoc adiicitur. Wopkens. — Prius *esse* delebat Faber; verum posterius ignorant Medicei, Magl. sec. quint. Leid. Infra XXIII. 1. 9. *non in totum dicens consultum male Achaeis.* Abr. Gronov.

5. Ituram se quo suae urbis fata vocarent. Editio Iuntina teste Graevio elegantius, *Quo sua et urbis fata vocarent.* Vorst. —

Pronomen *se* abest sec. Med. Idem cum Magl. Periz. Coll. N. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *quo sua et urbis fata* (Ven. *facta*) *vocarent.* Bodl. *quo sua et suae urbis.* Abr. Gronov.

6. Pyra . . exstructa. Ita supra I. 3. 5. *exstructa, incensaque pyra.* Tert. Leid. *constructa.* Magl. pr. quart. Leid. Coll. N. et C. C. ed. Rom. *instructa.* Abr. Gronov.

Inferiasque ante nuptias missura. Tabula marmorea Pisana: QUI PRIVATIM VELINT MANIBUS EIUS INFERIAS MITTERE. Abr. Gronov.

Sumto gladio pyram ascendit. Servius non vulgo vulgatus, sed meus manu exaratus ad illud Virgilii Aen. I. 344.

Imperium Dido Tyria regit urbe profecta.

Dido, inquit, *vero nomine Elissa antea dicta est: sed post interitum a Poenis Dido appellata fuit, id est, virago, Punica lingua: quod cum a suis civibus cogeretur cuidam de Afris regibus nubere; et prioris mariti amore teneretur; forti se animo et interfecerit, et in pyram iniecerit, quam se ad expiandos prioris mariti manes extruxisse fingebat.* Modius.

9. Septuaginta duobus annis. Hic plurimum variant auctores: quidam ante Troiam captam conditam volunt, inter quos Philistus apud Eusebium, et Appianus: quidam post captam Troiam, antequam Roma conderetur: neque hi in numero annorum consentiunt. Paterculus I. 6. 4. annos quinque et sexaginta ante Romam: Livii Epitoma lib. LI. annos DCC stetisse Carthaginem refert: eversa autem est anno Urbis DCVII. Fuerat ergo ante urbem conditam annos XCIII. Solinus 30. annos 737, vel ut in veteri codice Vineti legitur, DCLXXVII. Eusebius venisse in potestatem Romanorum anno a conditione sui DCLXXIII. (ita est in MS.) vel ut alii affirmant DCCXLVIII. prior numerus uno anno plus habet, quam Paterculi ratio. M. Cicero I. de Republica: *Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos, sine consiliis et disciplina.* Sed haec accuratius explicabunt Bochelli mei ad Eusebium Observationes Chronicae. Bernec. — Consulendus et Scaliger Animadvers. Euseb. ad annum MCLXVII. et MDCCCLXXI. maxime vero canonibus Isagogicis. Cum auctore nostro congruit traditio Catonis apud Servium ad Virgilii Aeneid. I. v. 271. et IV. v. 459. Vide Cluver. Sicil. pag. 43. f. et 46. f. et 485. Bernec. — Pr. Leid. Cantabr. *annos.* Bodl. Periz. *ante quam Alba.* Carthaginem conditam fuisse centum quadraginta tribus annis et octo mensibus post aedificationem templi Salomonis refert Iosephus lib. III. contra Apionem cap. 18. *ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναός· γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ.* Abr. Gronov.

11. Et scelere pro remedio. In MSS. plusculis legitur *scelerum.* Sed *religio scelerum* commode non videtur dici. An scripsit, *et scelere tum pro remedio?* Scheff.

12. HOMINES UT VICTIMAS. Vide Curtium Ruf. IV. 3. 33. BONGARS. — Et Silium Italicum lib. IV. 767. Quamquam praeter Carthaginienses, hoc immanitatis dirae sacrificium Dionysius Halicarn. I. 38. Gallos etiam aliasque gentes occidentales sua etiamdum aetate, sub Augusti principatu, tenuisse scribit, consentiente Caesare Bell. Gall. VI. 16. et Plinio XXX. 1. f. Sed et de maioribus nostris Tacitus Germ. cap. 9. Quo vero ritu Poeni liberos immolarint, refert Plutarchus in libro de Superstitione cap. 21. et Diodorus XX. 14. Rationem habet Varro lib. XVI. Divinar. Rer. citante August. VII. 19. de Civ. Dei: *Ideo a quibusdam pueri Saturno soliti sunt immolari, sicut a Poenis, et a quibusdam etiam maiores, sicut a Gallis: quia omnium seminum optimum est genus humanum.* Ceterum humana sacrificia facunde exsecratur Lactantius I. 21. Adde Ioan. Wierum de Praestig. Daem. I. 7. et Freinshemii Florum III. 4. 2. d. BERNEC.

IMPUBERES ARIS ADMOVEBANT. Morem hunc Poeni sine dubio Tyro et ex Phoenicia secum attulerunt. Certe Phoenices aliasque finitimas gentes ea in re ipsi quoque Israëlitae aemulati fuerunt. VORST.

ETIAM HOSTIUM. Ita fere infra XXVI. 2. 5. BERNEC.

PACEM DEORUM. Proprie verbum est Pontificale: Nonius propitiationem interpretatur. Ita Livius VII. 2. 1. *Pacis deum exposcendae causa, lectisternium fuit.* Plautus Amphitr. V. 1. 75.

Ut Iovis supremi, multis hostiis, pacem expetam.

Silius Ital. lib. XV. v. 439.

Gramineas pacem superum poscebat ad aras. BERNEC.

PRO QUORUM VITA DII ROGARI MAXIME SOLENT. Suetonius Augusto cap. 13. *Patrem et filium pro vita rogantes.* Lactantius de Mort. Pers. cap. XVII. *Ut per omnes deos pro vita eius rogaretur.* ubi vide Intt. uti et ad Phaedri Fab. XLI. *Tantum pro vita rogent.* Gregorius Turon. Hist. Franc. VI. 8. *Cur hodie hominem, pro cuius vita rogaveram, non laxasti?* WOPKENS.

CAP. VII.

1. ADVERSIS. Melius primae editiones, *aversis.* Virgil. *Aversa deae mens.* Inde, *aversari facinus* etc. FABER. — Recte Faber cum primis edd. scribebat *aversis*, atque ita quoque Dorv. 1. et 2. WOPKENS. — Orosius lib. IV. cap. 6. *Itaque Carthaginienses adversis diis propter istiusmodi sacra* etc. Pr. Med. Bodl. sec. quint. Leid. *sceleri.* sec. Med. ed. Colon. in margine, aliaeque quas consuluit Bongarsius, *aversis*, quod Fabro et Munekero ad Albricum cap. 22. placebat. Saxo lib. IX. pag. 179. init. *aversis dello pectoribus.* et praepositione addita Hegesippus lib. I. cap. 9. *aversusque a praelio, arte tractabat sibi subditos.* Quae constructio usitatior est. Dativo etiam hoc adiectivum iunxit Quintilianus lib. VII. Inst. Orat.

cap. 1. *ne illud spectans iudex reliquorum defensioni sit aversior.* ABR. GRONOV.

DIU FELICITER. Duo MSS. et vulgati, et Orosius IV. 6. *infeliciter:* quod non probo: sequitur enim *Siciliae partem domuerant.* BONGARS. — Facit praecipue sequens num. 7. et 13. ubi de praeda victoriaque Siciliensi. BERNEC. — Ed. Bechar. Ald. Iunt. Froculphus I. 3. 18. *diu infeliciter*, male. Vide Bongarsium ad h. l. ABR. GRONOV.

GRAVI PRAELIO VICTI SUNT. Vincentius lib. IV. cap. 70. *gravi bello v. s.* ABR. GRONOV.

2. MALEUM. *Mazeum* edidit in Orosio Fabricius, quomodo habet unus MS. BONGARS. — In aliis codicibus erat *Macheum.* Quod non potest esse nomen Punicum. Forsan verum est *Malchus* vel *Malcus.* Id etiam nominis est regi Nabathaeorum apud Hirtium de bello Alexandrino. *Malchum* vero regem significare etiam pueri norunt. VOSS. — Puto legendum esse *Malchum.* Id enim est nomen Phoenicium et Hebraicum, uti non solum ex Sacro Codice, sed et aliis constat. Nam Porphyrio philosopho, qui Phoenix fuit, nomen fuit, ut et patri eius, Malcho. מלך *Melech* autem, unde *Malchus*, Hebraeis *regem* significat. GRAEV.

3. QUOD PRECIBUS NEQUEANT. Eiusmodi preces armatas, πειθανάγκην Cicero ad Attic. IX. 16. eleganter appellat, hoc est, interprete Platone Epist. 7. δεήσεις μεμιγμένας ἀνάγκαις. preces cum necessitate ac vi coniunctas. *Preces erant, sed quibus contradici non posset*, inquit Tacit. Hist. IV. 46. de militibus stipendia orantibus. *Quod rogant, cogere possunt.* Livius XXXII. 21. Huc pertinet vox illa centurionis in Senatu Romano, qui gladii capulum ostendens, *Si vos non feceritis*, inquit, *hic faciet.* Suet. Aug. cap. 36. BERNEC. — *Nequeant* sc. efficere vel consequi. Florus III. 3. *Repulsi igitur, quod precibus nequiverant, armis petere constituunt.* Nepos Timoleonte cap. 3. *Nam quod ceteri reges imperio* potuere, (sc. tenere) *hic benevolentia* tenuit. quod attentari non debuit. Noster lib. IX. 6. *Ultionemque quam ab adversario non* potuit, *ab iniquo iudice exegit.* WOPKENS.

5. DEOS HOMINESQUE TESTARI. Iuntae cum aliis: *testati.* Inferius iidem: *Nec multo post affectati regni accusatus.* GRAEV. — *Testati* recte antiquiores typis expressi. Quod in editione Bongarsii et Bernecceri est *testari*, id adeo ineptum est, ut sphalma typographicum esse videatur. VORST. — Non puto ineptum hoc esse, certe nil frequentius bonis scriptoribus, quam infinitivum ponere pro imperfecto. Et in MSS. pro eo legitur *testantur*, quod sine dubio ex glossa est. Iuntina *testati* habet, quod amplectuntur alii. SCHEFF.

RECIPERATUM PATRIAM VENIRE. Vincentius: *recuperatum patriam venisse.* ABR. GRONOV.

NON VIRTUTEM SIBI PRIORE BELLO . . . DEFUISSE. Idem: *non sibi virtutem in pr. b. d.* ABR. GRONOV.

7. CARTALO MALEI DUCIS FILIUS. Sec. Med. *Carthago.* et

paullo post *Carthalo*, adstipulante Orosio lib. IV. cap. 6. Zonaras lib. VIII. cap. 15. *καὶ ὁ Καρθάλων κατέσχεν Αἰγίθαλον.* Pro *Malei* et *Maleum* Vossius optime restituit *Malchi* et *Malchum.* Bechar. *Machaei*, et paullo ante *Machaeum.* Ald. Iunt. *Mazaei* et *Mazaeum.* Rom. *Mazei* et *Mazeum:* quomodo apud Orosium et Freculphum I. 3. 18. hoc nomen scribitur. ABR. GRONOV.

A TYRO, QUO DECIMAS HERCULIS. Carthaginienses, quod ex Tyro in coloniam essent deducti, decimam omnium, quae in proventuum rationem cadebant, Herculi coloniae suae patrono Tyrum transmittere solitos scribit Diodorus XX. 14. BERNEC. — Lego *Herculi;* et magis Latinum est. FABER. — Medicei, pr. Leid. cum sex aliis et ed. Rom. *Herculi*, quomodo legendum coniecerat Faber. Pr. tert. quart. Leid. Coll. N. ed. Rom. et Vincentius, *decimam* scilicet partem: ut apud Liv. lib. V. cap. 21. *tibique hanc decimam partem praedae voveo.* Deuteronom. XII. 17. *decima frumenti et vini.* Ezdra lib. II. cap. 13. 5. et 12. *decima frumenti, vini et olei.* ABR. GRONOV.

PRIUS PUBLICAE SE RELIGIONIS OFFICIA EXSECUTURUM. Saxo praef. pag. 1. f. *privatis curis publicae religionis officia anteponere.* ABR. GRONOV.

8. QUAM REM ETSI INDIGNE FERRET PATER, NON TAMEN VIM ADFERRE RELIGIONI AUSUS EST. Medicei, pr. sec. quint. Leid. Bodl. Coll. N. *quam rem tametsi.* Saxo lib. XIV. pag. 301. 36. *ego vero tametsi circumstantia damna pervideam, tamen ut animae tuae vestigium ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuam.* et lib. XV. pag. 364. f. *Igitur tametsi Scanorum potissimis stiparetur, ad supplendum tamen arbitrorum numerum etiam Thordonem nuntio vocatum.* Infra XXIX. 1. 8. *His regibus pueris tametsi nulli senioris aetatis rectores erant, tamen* etc. Ita sex MSS. XXXVIII. 4. 16. *quorum tametsi singula bella sustinere Romani possent, universis tamen obruantur.* Cicero Or. pro Roscio Amer. cap. 20. *tametsi miserum est, tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere.* et pro Quintio cap. 5. *tametsi causa postulet, tamen quia postulat, non flagitat, praeteribo.* Gellius lib. VII. cap. 21. *tametsi* haberi *atque* dimitti *contraria sunt; unum atque id ipsum tamen utroque in verbo ostenditur.* Adde paterna ad Macrobium lib. I. Comment. in Somn. Scip. cap. 5. pag. 22. Lactantius lib. III. cap. 12. *qui tametsi nescierunt immortalitatis viam, res tamen non fefellit.* Periz. ed. Bechar. Ald. Iunt. *aegre ferret.* Tert. quart. Leid. *vim inferre religioni.* Vincentius: *vim religioni inferre.* ABR. GRONOV.

9. INTERIECTIS DEINDE DIEBUS. Vincentius, *I. autem d.* ABR. GRONOV.

PETITO COMMEATU. Hoc est, abeundi licentia. Vulgo *salvum conductum* appellant. BERNEC.

INFULIS SACERDOTII. Vincentius, *sacerdotis.* ABR. GRONOV.

TUNC IN SECRETUM ABDUCTO PATER AIT. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *tum in secretum* (Ven. Flor. *secreto*) *pater*

adducto ait: quod peius vulgato. Vincentius: *cui in secretum abducto ait pater.* Livius lib. I. cap. 29. *tum abducto in secretum viro Tanaquil ait:* ubi Aldus quoque edidit, *adducto.* Idem lib. XXX. cap. 14. *abductum in secretum Masinissam sic adloquitur.* Abr. Gronov.

10. In conspectum . . venire. Dorv. 2. *in conspectu . . venire:* male omnino, quamvis hanc Latinitatem certatim amplectantur viri docti. Dixi ad Dictyn Cretens. I. 10. et saepius alibi. Wopkens. — Tert. quart. Leid. Periz. Vincentius lib. III. cap. 70. *in conspectu.* Abr. Gronov.

14. Patrem iudicabo. Malim cum Dorv. 2. *patrem cogitabo.* Sensus: ego magis imperatoris, quam patris officio animum advertam. Sic plane lib. XLII. 4. *Sed Orodes plus hostem, quam fratrem* cogitans, *in conspectu suo trucidari eum iussit.* Confer quae ad lib. XIX. 2. Wopkens. — Sec. Med. *cogitabo.* Vide Berneccerum ad XIX. 2. 6. Ed. Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *indicabo.* Gronov.

Statuamque in te exemplum. *Exemplum* hoc loco idem valet, quod *poena.* Gellius lib. VI. cap. 14. *Veteres quoque nostri* exempla *pro maximis gravissimisque poenis dicebant.* Confer Avum lib. IV. Observ. cap. 11. Abr. Gronov.

Ne quis posthac infelicibus miseriis patris illudat. Periz. ed. Bechar. *post haec.* Vincentius: *ne quis posthac filius infelicibus patris miseriis illudat.* Saxo lib. IV. pag. 65. f. *ut infelicitatis suae vulneribus alienorum fastus illuderet.* Abr. Gronov.

15. Altissimam crucem. Ut solebat in noxio aliquo insigni. Sicut Poeni factitarunt in Regulo apud Silium Italicum:

vidi cum robore pendens
Italiam cruce sublimis spectaret ab alta.

Quo pertinuit irrisio Galbae, qui cuidam *imploranti leges, et civem Rom. se testificanti, quasi solatio et honore aliquo poenam levaturus, multo praeter ceteras altiorem statui crucem iussit.* Sueton. Galb. cap. 9. Bernec. — Sec. Med. *in altissima cruce.* Vincentius, *in aspectu urbis*, et cum Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *affigi iussit.* Coll. N. *crucifigi i.* Abr. Gronov.

16. Belli necessitatem excusat. Bene Latine. Sic Livius XXVI. 22. 4. *Valetudinem oculorum excusavit.* hoc est, in sui excusationem adduxit. *Excusare magnitudinem negotiorum.* Tacit. V. Annal. 1. *Diversa excusare*, hoc est, diversas recusati patrocinii causas praetendere. Ibid. III. 11. Bernec. — *Belli necessitatem excusat*, id est, eo se excusat quod bellum contra patriam gerere necesse habuerit. Livius XXIII. 8. *Ipse valetudinem excusans.* Suetonius Aug. cap. ult. *Excusata rei familiaris mediocritate.* Curtius IV. 10. 8. *excusare consternationem suam.* et III. 12. 17. *excusare ignorationem suam nunquam visi regis.* Inde et per nomen dicunt,

excusatio honoris, *aetatis*, *adolescentiae*, *oculorum*. Cicero pro Coel. *Defendere vitia alicuius excusatione adolescentiae.* Vorst.

Contentumque victoria sua, punitis auctoribus miserorum etc. Doctissimus Peyraredus ita legit, et distinguit, *contentumque victoria sua*, *punitis auctoribus*, *misertum civium* etc. Quam coniecturam verissimam esse puto. Voss. — Ita apud Isacum Vossium legit et interpungit Peyraredus: *Contentumque victoria sua, punitis auctoribus*, *misertum civium* etc. Quam coniecturam veram esse putat vir doctissimus. Tamen antequam illius editionem vidissem, hoc ad oram libelli mei adscripseram: *Contentumque victoria, punitis auctoribus miseriarum civilium, iniuriosi exilii omnibus se veniam dare dicit.* Hanc coniecturam Ciceronis auctoritate confirmare possem. Faber. — Peyraredus, ut Vossius ait, legi vellet, *misertum civium.* Verum *auctoribus* omnino casum quemdam secundum requirere videtur. Quid si legatur *auctoribus miseriae civium?* vel certe *miserorum civium* est pro eo quod tam miseri cives essent. Vorst. — Sunt qui *misertum civium*, vel *miseriae civium* mallent. Mihi sic et corrigendus et distinguendus locus videtur: *auctoribus miseriarum, civium iniuriosi exsilii.* Scheff. — Heinsius ad Vellei. Pat. II. 88. ex priscis edd. et codice Gryphiano malebat *contentumque victoriarum suarum.* Et suffragatur quoque Dorv. 3. Ita idem V. D. ex Fuldanis membranis legebat lib. XLII. 2. *Scythae autem contenti victoriae*, *depopulata* etc. In sequentibus autem, uti et Fabro placuit, legebat *punitis auctoribus miseriarum civilium.* Sufficeret, ni fallor, *punitis auctoribus miseriarum civium:* quandoquidem ita diversa eiusdem casus nomina iungere amat auctor, ut lib. XII. 16. 6. et saepius alibi observavimus. Veniebat quoque sub stilum, *afflictoribus miserorum civium.* Wopkens. — Peris. *victoriarum suarum*, quod placebat Nob. Heinsio ad Velleium II. 88. Ed. Ald. Iunt. *contentusque victoria sua.* Ven. *contentusque victoriarum suarum.* Flor. Paris. *contemptusque victoriarum suarum.* Mediol. *contemptumque victoriarum suarum.* Abr. Gronov.

Punitis auctoribus, miserorum civium, iniuriosi exsilii etc. Hic locus ita interpungendus videtur: *punitis auctoribus miserorum civium iniuriosi exsilii*, *omnibus se veniam dare dicit: atque* etc. *Miseros cives* vocat partem exercitus, quae superfuerat praelio, quamque exsulare iusserant Carthaginienses. Vincentius: *punitisque auctoribus exsilii sui et sociorum*, *urbem legibus suis reddidit*, *interfectis X senatoribus.* *Omnibus* i. e. ceteris, vel aliis omnibus. Ita εἰς πάντας dixit D. Paulus in Epist. I. ad Thessalon. 3. 12. Ὑμᾶς δὲ ὁ κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς. Abr. Gronov.

18. Nec multo post ipse adfecti regni accusatus. Sec. Med. Magl. ed. Rom. *nec multo post tempore ipse.* Ienson. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *nec m. post tempore affectati.* nec aliter Bechar. in qua vitiose impressum, *affectari.* Abr. Gronov.

Et bellicae gloriae laudes creverunt. Pr. Med. Bodl. sec. Leid. *gloriae primo laudes crev.* quint. *bellicae primo gloriae l. c.* Abr. Gronov.

COMMENTAR. IN LIB. XIX.

CAP. I.

1. Mago Carthaginiensium. Is Mago se ipsum interfecerat ob rem male gestam contra Syracusanos: ob quam causam in crucem sublatum est corpus mortui a Carthaginiensibus. Plutarchus in vita Timoleontis cap. 33. Bernec.

Arte quam virtute firmasset. Pr. Leid. Bodl. *formasset*, male. Abr. Gronov.

2. Per vestigia paternae virtutis decurrentes. Saxo lib. I. pag. 6. m. *cuius mirifica indoles ita paternas virtutes redoluit, ut prorsus per earum vestigia decurrere putaretur.* et lib. XI. pag. 177. f. *per aviti negotii vestigia decurrit.* Abr. Gronov.

Magnitudini patris successerunt. Infra XXII. 1. 1. *Qui magnitudini prioris Dionysii successit.* Vorst.

3. Afros vectigal pro solo urbis multorum annorum. Supra XVIII. 5. 14. *Statuto annuo vectigali pro solo urbis.* et infra XIX. 2. 4. *Afri compulsi stipendium urbis conditae Carthaginiensibus remittere.* Vorst.

7. Tum et dictaturae undecim et triumphi quatuor. Medicei, Magl. quint. Leid. Bodl. ed. Rom. *tum dictaturae.* sec. Leid. *triumphi IX.* Abr. Gronov.

Dictaturae. Romano more loquitur, et vim potius eius potestatis similitudinemque cum Romana, quam proprium vocabulum respicit. Indicem Freinshemii vide, ubi plures qui ita locuti. Simili ratione Curtius V. 2. 11. et Noster supra II. 11. 15. *praetorium* nominant, et infra XXXI. 2. 9. *Consulem.* et XXI. 5. 7. *Aediles.* Bernec.

Triumphi. Servius ad illud Virgilii Aeneid. IV. v. 37.

Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit.

Quidam dicunt, inquit, *Afros nunquam triumphasse. Plinius autem secundo Hist. Nat. et Pompeius Trogus Afros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert, eos saepius de Romanis triumphasse, suasque porticus Romanis spoliis adornasse.* Bernec.

8. Veluti cum duce etc. Similis locus supra VI. 8. 1. Bernec. — Iuntae melius: *veluti cum duce vires Poenorum concidissent.*

Graev. — Graevius malebat cum Iuntina, adstipulante quoque Dorv. 2. *concidissent.* Sed quoniam his *cum duce* minus recte subauditur *concidente*, quam *cadente*, praestat omnino simplex verbum *cecidissent.* Atque ita Noster lib. VI. 8. *Post paucos deinde dies Epaminondas decedit, cum quo vires quoque reip.* ceciderunt. Ovidius Metam. VII. 347.

Cecidere *illis animique manusque.*

Lucanus III. 729.

Victum aevo cecidit *robur.*

et lib. IX. 406.

Sic ille cadentes
Incendit virtute animos.

ita enim legi praestat, quam *paventes.* Cicero de Amic. cap. 7. *Bona spe praelucet in posterum, nec debilitari animos aut* cadere *patitur.* Liv. II. 40. *Non tibi . . ira* cecidit? et cap. ultimo: *Castrisque amissis* ceciderant *animi.* Sic idem lib. I. 11. Wopkens. — Ed. Rom. *veluti si cum d.* Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *v. c. d. P. vires concidissent.* Paris. errore typographico, *condidissent.* Abr. Gronov.

9. Leonidam. Diodorus XIX. 80. Acrotatum Cleomenis regis filium appellat; et videtur eadem esse historia, nisi quod forsan ex errato Iustini temporum ratio minus congruit. Freinsh.

Concurrentibus. Censeo Iustinum scripsisse: *Ad Leonidam fratrem regis Spartanorum decurrentibus.* hoc est, eius opem implorantibus. Sicut enim *succurrere* est, opem ferre; sic *decurrere*, opem implorare, non infrequenter apud Nostrum: supra XIV. 2. *Optimum visum est ad Alexandri Magni Argyraspidas, invictum exercitum, et tot victoriarum praefulgentem gloria decurrere.* Quin et Cicero pro Quint. 15. *Ad haec extrema et inimicissima iura tam cupide decurrebas.* infra XXVIII. 1. *Ad regem Macedoniae Demetrium decurrit.* Gronov. — Graevius legendum coniicit *decurrentibus*, quod verbum opem implorantibus proprium; unde nec male ex Florent. et Dorv. 2. cum A. Gronovio legas lib. XL. 1. *Ad externa populus auxilia* decurrit. Attamen, nullo codice praevio, a vulgata scriptura hic non decesserim. Qui Leonidam sibi ducem deligebant, sub illoque se coniungebant, satis apte *ad illum concurrere* dici poterant. ut lib. XLII. 2. *Igitur Iason . . cum* ad *eum certatim principes iuventutis totius ferme Orientis* concurrerent etc. Sallust. Catil. LVI. *Interea servitia* (malim *servitium*) *repudiabat, cuius initio* ad *eum magnae copiae* concurrebant. et Fragm. Hist. I. 13. *Et* ad *eum* concurrere *homines omnium ordinum corruptissimi.* Florus III. 21. 11. *Itaque ad nomen tanti viri late* concurritur. Wopkens.

Varia victoria proeliatum fuit. Verbum deponens impersonaliter usurpatum. Ad quem modum Livius, *tumultuatum est, vociferatum est.* Vorst.

10. Quo Poeni humanas hostias immolare etc. Porphyrius de Abstinentia lib. II. dicit Iphicratem finem imposuisse τῇ ἀνϑρω-

ποθυσία. Καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἐποίουν τὴν θυσίαν, ἣν Ἰφικράτης ἔπαυσεν. Pindari Schol. in Pythiis Ode II. hoc Geloni tribuit: *Τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν φησὶν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν παύσασθαι αὐτοὺς, Γέλωνος προστάξαντος· ὅτε δὲ καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς χρήματα εἰσφέρειν. Τίμαιος διαγραφῆς τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἀναγέγραφε.* Ita scribendus ille locus. Voss. — Supra XVIII. 6. 12. *Homines ut victimas immolabant.* Cui mori non modo Darius, sed et alii offensi; interque hos Iphicrates Atheniensis, et Gelo Siculus, ut ex lib. II. Porphyrii de Abstin. et Scholiaste Pindari notavit Vossius. Tradit et Plutarchus in Apophth. inter conditiones pacis, quas Carthaginiensibus ad Himeram devictis Gelo tulerit, et hanc fuisse, ne liberos in posterum Saturno immolarent. Vorst.

11. Mortuorumque corpora cremare potius, quam etc. *Ipsum cremare non fuit apud Romanos veteris instituti: terra condebantur.* Plin. VII. 54. et Iudaeorum morem notat Tacitus Hist. V. 5. Bongars. — Id vero mirum alicui videatur (quod et Barn. Brissonius lib. II. de Regno Persar. observat) Persarum Regem Carthaginiensibus humandi consuetudinem ut abominabilem interdixisse, quae Persis tamen ipsis in usu fuerit, ut apparet ex Herodoto III. 16. et Xenophonte lib. VIII. Cyripaed. sub finem. Ut proinde non ab re Ioan. Kirchmannus lib. I. de Fun. Rom. cap. 2. suspicetur, hunc Iustini locum traiectione corruptum, et ita rescribendum esse: *mortuorum corpora terra potius obruere, quam cremare, a rege iubebantur.* Quae transpositio cum veteri Persarum consuetudine ad amussim convenit: nec aliena est a ritu ipsorum Carthaginiensium, quibus *τὴν νεκροκαυστίαν* seu cremationem cadaverum, etiam ante Darii istius aetatem in usu fuisse legimus. Et potuerunt illi iussu Persae aliquantisper a crematione abstinuisse: ad quam tamen, ut fuit illorum ingenium, paulo post redierunt. Quamquam id quidem certum est, seculis posterioribus cremationem Persis etiam usitatam fuisse: quod cum ex Amm. Marcellino XIX. 3. princ. tum Procopio lib. I. de Bello Persico pag. 17. 12. est manifestum, ubi Sesosi praeter cetera crimini datur, quod uxorem contra fas legesque Persarum humaverit potius, quam cremaverit. Contra Ctesias cap. 56. Bernec. — Lege, *mortuorumque corpora cremare* (subintellige, *prohibebantur*, quod proxime praecedit) *quae potius terra obruere a rege iubebantur.* Et sic contrarius existit sensus. Persae enim cremare cadavera vetabant Carthaginiensibus, quod ignem, quem pro deo colebant, pollui summopere cadaveribus existimarent: pretiosissima vero quaeque in ignem immittere non verebantur, additis hisce verbis sua lingua, *κύριε πῦρ ἔσθιε,* ut refert Max. Tyr. Gronov. — Kirchmannus de Fun. Rom. I. 2. traiectionem hic factam, atque ita potius legendum putat, *mortuorumque corpora terra potius obruere, quam cremare:* quia ex Herodoto constet, Persas non cremasse, sed terra obruisse cadavera. At Freinshemio, ut eadem sententia obtineatur, postrema illa verba, *a rege iubebantur*, ut ineptum glosse-

ma expungenda videntur, legendumque, *Poeni humanas hostias immolare, et canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare potius quam terra obruere.* Vide notas eius ad Curt. III. 12. 15. Vorst. — Kirchman. de Funeribus, *terra potius obruere, quam cremare.* Freinshemius ad Curt. verba, *a rege iubebantur*, ceteris servatis, putat delenda. Scheff. — Si quid mutandum foret, rescribi quoque posset *m. c. cremare soliti, iam terra o. a r. i.* Sed error Iustini videtur, Persis cremandorum cadaverum morem tribuentis, qui illa terra obruere solebant, ut iam significavimus ad finem libri XI. Wopkens. — Magl. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. et Vincentius lib. IV. cap. 71. *et canina carne vesci pr.* Periz. omisit verbum *prohibebantur.* Dein pr. quart. Leid. Thuan. Coll. N. ed. Rom. *mortuorum quoque corpora.* Magl. *et corpora quoque mortuorum.* Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *mortuorum corpora.* Vincentius: *iubebanturque mortuorum corpora cremare p. t. o.* Nobilissimo atque Amplissimo Viro Io. van Nispen in Disput. Iurid. Inaug. de Sepulcro violato cap. 10. *que* in *quam* propter praecedens *potius* ab interpolatore perperam mutatum, atque idcirco hic locus ita emendandus et interpungendus videbatur: *vesci prohibebantur mortuorumque corpora cremare, potiusque terra obruere a rege iubebantur.* Eadem quoque coniectura in hoc loco restituendo usus est Parens. Ceterum Kirchmanni emendationem, quae Bernecccero non displicebat, calculo suo comprobat Cl. Heindrich in Carthag. Republica lib. II. sect. 1. cap. 9. eam vero improbat in Epistola ad Io. Crassum Pignorius lib. I. Symb. Epist. 28. pag. 104. ita autem vir ille eruditissimus: „Scio Ioannem Kirchmannum lib. I. de Funer. Romanor. cap. 11. verborum collocationem transposuisse, reposuisseque apud Iustinum, *mortuorumque corpora terra obruere potius, quam cremare a rege iubebantur.* Verum cum ego abstineam ab hac metamorphosi, perpendo tamen Herodoti verba, qui lib. III. cap. 16.) narrans Cambysen iussisse, ut Amasidis cadaver cremaretur, adiecit impie fecisse. Persas enim Deum Ignem esse arbitrari, ideoque nefas esse Deo depasci cadavere hominis: quamobrem Ignem inquinare arbitrati sunt illi ipsa morte acerbius, ut inquit nescio quis apud Suidam in voce *Αὐθι*, deque hoc Ignis cultu apud Persas non est quod dubitemus, quando etiam ipse Ctesias in Excerptis Persicis, et Clitarchus apud Diogenem Laërtium id testati sunt. Itaque in eam sententiam impellor, ut existimem Darium hoc iussisse in odium Magorum, quos fere ad internecionem ceciderat, (hunc enim illum eundem esse arbitror) qui etiam Festum Magophoniae instituerit, cuius meminerunt Herodotus et Ctesias. Magorum autem institutum fuit Ignis veneratio, uti notat Maximus Tyrius, et e recentioribus Dalechampius ad Athenaeum, Sirmondus ad Sidonium, et Otho Heurnius in Indico cap. 28. Neque sane Persa non fuit et Cambyses, qui, ut vidimus, cadaver Igni obiecit depascendum. Vel etiam (si tibi Amice non improbabitur) leni manu emendo Iustinum, ut videlicet scripserit: *dum haec aguntur,*

„*legati a Dario Persarum rege Carthaginem venerunt, afferentes* „*edictum, quo Poeni humanas hostias immolare, et canina vesci* „*prohibebantur, mortuorumque corpora cremare, quae terra obruere* „*a rege iubebantur.* Hic nullam traiectionem verborum vides, imo „percommodum sensum. At obnuntiantibus omnibus, quotquot ego „viderim, exemplaribus, religio mihi est aliquid in Iustino mutare. „Quocirca vulgatam lectionem sollicitandam non puto; tum quia „Persae corpora terrae non obruebant, ut fuse explicat ex Agathiae „lib. II. Heurnius loco citato, tum quia rex tactus forte odio Ma„gorum, Cambysis etiam exemplo, et alterius cuiuspiam, ut vidimus „penes Ctesiam, Poenis exteris hominibus aliquid voluit indulgere." Abr. Gronov.

13. Cupide paruere. De humanis tamen sacrificiis id negat Curtius IV. 3. 39. ubi *sacrilegium hoc*, inquit, *verius quam sacrum Carthaginienses a conditoribus* (Tyriis) *traditum, usque ad excidium urbis suae fecisse dicuntur.* Nisi forsan idem, quod modo de crematione suspicabamur, hic dici possit, illud intermissum ad tempus, et in usum postea revocatum: quod ipsum etiam fere Tyriis accidisse Curtius ibidem affirmat. Tertullianus Apolog. cap. 8. scribit, Carthaginienses principatu Tiberii fuisse prohibitos id facere, crucifixis etiam sacerdotibus: nihilominus tamen perseverasse in eo sacrificio, etiam sua aetate, sed occulte. Plutarchus Apophtheg. cap. 20. Gelonem tradit Carthaginienses, ad Himeram devictos, coëgisse inter conditiones pacis hanc etiam adscribere: *Ipsos in posterum liberos Saturno nunquam immolaturos.* Ceterum in orbe Romano desitas ἀνθρωποθυσίας lege lata ab Imp. Hadriano, narrat Porphyrius lib. II. de Abstinentia ab esu animalium ex Pallante. Bernec. — Hoc *cupide* suspectum mihi est, pugnat certe cum eo, quod praecedit, *ne per omnia contumaces viderentur*; docet enim, fuisse simulatum potius obsequium, quam verum. At in tali quae cupido? An scripsit, *ut cupidi?* hoc est, tanquam libenter hoc facerent. Scheff. — Perversa rursum elegantia Schefferus coniiciebat *ut cupidi paruere:* quia obsequium hoc tantummodo simulatum erat. *Cupide* hic est sine mora aut detrectatione ulla, ut lib. VI. 6. *Fessi igitur tot bellis Graeci*, cupide *paruere.* quod nempe sine ista bellandi lassitudine non fecissent. lib. XXIV. 6. *Quos . . ad celandam fraudem*, cupide et *ultra modum verae affectionis amplexus* etc. Wopkens.

CAP. II.

1. Hamilcar bello Siciliensi. Supra IV. 2. 7. Diodorus XX. 30. Bongars.

Imilcone. Pr. Med. *Himilchone.* et §. 7. *Hamilcho*, Magl. *Amilcone*, et *Himilco.* quint. Leid. *Amilchone*, et *Hemilcho.* Periz. *Hamilcone*, et *Himilco.* Vincentius, *Yvulcone.* Bechar. *Almicone*, et *Almico:* verum cap. sep. §. 1. *imperator Amilco sordida* etc. Hic

dux *Melcho* appellatur a Freculpho l. IV. 3. cuius uterque codex Leid. praefert *Himilcho:* quomodo etiam hoc nomen scriptum est in plerisque MSS. Orosii lib. IV. cap. 6. in cuius novissima editione pag. 226. Nota Cl. Haverkampi, quae operarum errore subiecta est verbis Orosii, *ducem suum Mazeum*, referri debet ad τὰ *Imilco rex Carthag.* nam *Mazeum* eo loco constanter repraesentant Orosii MSS. Florentini et Leidenses, ac Freculphus l. III. 18. Abr. Gronov.

2. Hannibal, et Hasdrubal, et Sappho. Miror quid venerit in mentem auctori, quod *Asdrubalem* Annibalis patrem facit: cum *Amilcarem* omnis faciat historia. Fortasse fuerit hic Annibal senior, Annibalis magni patruus: nam et tempus congruere videtur. Bernec. — Meminerunt huius *Annibalis* Xenophon lib. I. Hist. Graec. et Diodorus lib. XIII. Mortuus est hic in Sicilia anno 1. Olymp. XCIII. Inter huius obitum, et alterius Annibalis nativitatem intersunt anni plus minus CLX. Non potest itaque patruus fuisse magni illius Annibalis. *Sapphonem* alii auctores non norunt: et forte corruptum est nomen. In MS. erat *Sappho.* An *Psapho?* Certe hoc est nomen Punicum. Vide Apostolii Paroemias, et Arsenii Apophthegmata. Voss. — Is. Vossius putat legendum, *Psapho.* Vere. Faber. — MS. et Iuntae: *Sapho.* Bene Vossius: *Psapho.* Graev. — Medicei, Magl. pr. tert. quint. Leid. Bodl. ed. Ven. Flor. Ald. Iunt. *Sapho.* Abr. Gronov.

3. Ea tempestate gerebantur. MSS. plures habent *regebantur.* Consentiunt et impressi quidam, nisi quod *regebatur* exhibeant. Nec fortassis aliter Iustino fuit scriptum. Nam et alibi sic solet. ut lib. V. cap. 10. *Substitutis decem, qui rempublicam regerent.* Scheff. — Quod alibi *rempublicam regere* dixit Iustinus, ista ratio nihili omnino est, cur, cum quidam MSS. et edd. *res . . regebantur*, vel *regebatur*, habeant, posterius illud adsciscendum videretur Scheffero. Nepos Hamilc. cap. 1. *Quum ante eius adventum et mari et terra male* res gererentur *Carthaginiensium.* Nec minus *gerere rempub.* quam *regere* dixerunt Latini, ut ostendit. Erud. Arntzenius ad A. Victor. Epit. cap. 47. 5. Wopkens. — Medicei, Magl. sec. quint. Leid. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *regebantur.* Med. *regebatur.* Abr. Gronov.

5. Centum ex numero senatorum iudices deliguntur. Vides hic, quando iudices sint instituti, et quae fuerint eorum partes. Illorum potentia postea valde crevit, ut apud Romanos Gracchanis temporibus. Nunquam tamen penes illos fuit summa imperii, ut penes iudices Hebraeorum; ut putavit vir magnus Samuel Bochartus in Geographiae Sacrae tom. II. sed semper penes Suffetes et Senatum; quamvis *Suffetes* significet *iudices.* Apud Carthaginienses tamen sic proprie dicebantur summi magistratus, qui Romae consules erant; ii cum senatu regebant rempublicam. Ab his distinctus erat iudicum ordo hic institutus: licet *Suffetes* etiam dicerentur, ut ex Livio constat. Sed non praeerat reipublicae, non minus sane quam Romae equester ordo, cum in eum translata esset iudicandi potestas,

quamvis et ii *fata fortunasque principum haberent in manu*, ut Florus loquitur III. 17. Quin et illos cap. 12. libri eiusdem *regnasse* dixit, ut Liv. lib. XXXIII. *Iudicum Carthaginiensium ordinem dominatum esse*, hoc est, magna fuisse potentia, qua immoderate sint usi. GRAEV.

6. IMPERIA COGITARENT. G. Maior in editione veteri, probante in variis lectionibus Bongarsio, mallet *agitarent:* quomodo Noster I. 3. 5. dixit *agitare regnum*, hoc est, regnare: et Seneca Epist. 120. *agitare publicum*, hoc est, vectigal exercere, publicanum esse. Mihi non displicet *cogitarent*, eo sensu quo Tacitus Annal. XIII. 11. 2. *Non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret*. Noster iterum XLII. 4. 4. *plus hostem quam fratrem cogitans*. BERNEC. — Rectius videtur *agitarent*. Nam in praecedenti quoque num. 5. *omniaque ipsi agerent* etc. BERNEC. — Aliae Editt. *agitarent*. Melius. FABER. — Ait Bongarsius quosdam emendare, *imperia agitarent;* idque non male ab illis fieri iudicat. Et probat quoque Berneccerus in Notis posterioribus. Esset ergo id simile ei quod I. 5. 5. legitur, *agitato regno*. VORST. — *Imperia cogitarent*, i. e. imperiis intenti essent, vel intentos se ostenderent. lib. XXXIV. 2. *Itaque praedam, non praelium* cogitantes, *et vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt* etc. Tacitus Annal. XII. 11. *Additque praecepta . . ut non dominationem et servos, sed rectorem et cives* cogitaret, *clementiamque ac iustitiam . . capesseret*. Quem locum recte iam adduxit Berneccerus, qui tamen, secus quam ratio suadebat, *imperia agitarent* cum nonnullis libris legi malebat. Confer quae ad lib. XVIII. 7. 14. WOPKENS.

7. IMILCO. Diodoro XIV. 51. Ἰμίλκων. Is totam ferme Siciliam, exceptis Syracusis, occupaverat. BONGARS.

PESTILENTIS SIDERIS VI. Pestem eam describit Diodorus XIV. 71. et 72. BERNEC. — Sec. Med. *p. sideris lue*. quint. Leid. *pestilentia sideris*. ABR. GRONOV.

8. 9. 10. Similem publici luctus hypotyposin vide supra V. 7. 4. etc. BERNEC.

8. QUAE RES CUM NUNTIATA CARTHAGINI ESSET etc. Cum quatuor nostris aliisque etiam MSS. repono *nuntiata Carthagine esset*. ut lib. V. 10. *Nunciatur* Lacedaemone, *bellum Athenis exarsisse*. lib. XX. 3. Lacedaemone *nuntiata est victoria*. lib. XII. 3. *Haec cum nuntiata* in Parthis *Alexandro essent* etc. lib. XLIV. 4. *Haec cum* in Parthia *nuntiata essent* etc. lib. XLIII. 5. *Quam rem domi nuntiatam publico funere M. prosecuti sunt*. lib. XXXIV. 2. *Haec ubi* Romae *nuntiata sunt*. etc. ubi alia vide. WOPKENS. — Pr. Med. Bodl. *Carthaginem*. pr. sec. tert. quart. Leid. Thuan. Coll. N. ed. Rom. *Carthagine*. sec. Med. *quae res cum Carthagini n. esset*, *non secus ac si urbs ipsa c. esset*, *moesta civ. fuit: omnia ululatibus personabant: d. pr. domus erant*. ABR. GRONOV.

9. OMNIA PRIVATA OFFICIA DAMNATA. *Damnare* pro negligere omittere. Augustinus Epist. CCXLIII. *Domorum nostrarum curam*

damnare *atque abiicere cogimur.* Curtius V. 4. *Itaque* damnatis *intempestivis sacrificiis, peritos locorum convocari iubet.* lib. VIII. 2. *Itaque verticem petrae, omni alio praesidio* damnato, *petiverunt.* lib. X. 9. *Ac mox* damnata *spe salutis . . confugit in templum.* Livius XXVII. 18. *Hostem* praedamnata *spe aequo dimicandi loco . . stare in conspectu.* *Spernendi* verbo sic usus Prudentius Cathemer. Hymno VII. 147.

Placet frementem publicis ieiuniis
Placare Christum: mos edendi spernitur.

Wopkens. — Orosius: *cuncta privata publicaque officia damnata.* nec aliter Freculphus I. IV. 2. apud quem ex Orosio et MS. Leid. *cuncta* pro *cunctae* reponendum. Vincentius: *cuncta publica privataque officia damnata sunt.* Abr. Gronov.

10. Portum. Editi plerique *portam*, quod mendosum esse, tota narrationis series arguit. Bernec.

Egredientesque paucos e navibus. Iidem: *de navibus.* Abr. Gronov.

11. Ut vero dubia. Simillima Tacitus Annal. IV. 63. 3. Liv. XXII. 54. 8. Bernec.

Matrum ululatus et flebiles querelae. Flor. Ald. Iunt. *matrum et ululatus et querelae flebiles.* Abr. Gronov.

CAP. III.

1. Inter haec procedit inops e navi sua imperator. Orosius et Freculphus, *inter haec procedit et ipse inops de navi.* Pr. Med. *procedit et ipse e navibus imp.* Praepositio *e* abest Magl. pr. tert. Leid. Coll. N. ed. Rom. *Amilco* addunt ed. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Hamilcho* Ven. *Inter haec proceditque ipse de navi sua imp.* Vincentius. Abr. Gronov. — *Inops* Burmannus ad Val. Flacc. III. 608. hic accipit pro consilii egente, animi aegro. Ego malim pro omni ope consilioque carente. Sallust. Iugurth. cap. XIV. 7. *Quod paulo ante rex genere, fama atque copiis potens, nunc deformatus aerumnis,* inops, *alienas opes exspecto.* Virgilius IX. 290.

At tu, oro, solare inopem *et succurre relictae.*

In codice autem Franeq. alioque praepositio *e* deest ante *navi sua,* ut aliquando post verbum *procedere* omittitur. Tacitus Annal. II. 34. *Tiberius . . processit palatio, procul sequi iussis militibus.* Apuleius Metam. IX. pag. 106. *Et statim ut cubiculo primum processerat, insistens* etc. Virgilius Aen. XII. 169.

Procedunt castris, puraque etc.

Lactantius IV. 8. *Siquidem spiritus naribus, ore sermo procedit.* Salvianus Gub. III. pag. 76. *Illum punit, cuius ore procedit.* ubi in posterioribus edd. *e* ante *cuius* exhiberi non opus est. Talia sunt *progredi contuberniis,* Taciti Ann. I. 41. *Portu progredi,* Virg. Aen. III. 300. *Provehi portu,* ibid. v. 73. *Prorepere terris,* Ho-

ratii lib. I. Sat. 3. 99. *Prosilire stratis*, Val. Flacci I. 310. Adde quae ad lib. XXI. 1. 5. Wopkens. — *Sordida servilique tunica discinctus.* Vocabulum *discinctus* commate separari debet a praecedentibus, nec enim cohaerent, *discinctus tunica*, sed *discinctus procedit*, quod de eo dicitur, qui cinctus non est, quod in luctu ingenti, per neglectum omnis ornatus fieri solebat. Scheff.

Plangentium agmina iunguntur. Freculphus: *plangentia iunguntur agm.* Verum *plangentium iung. agm.* rectius legitur apud Orosium et Vincentium. Abr. Gronov.

4. Deferre. Rectius forte *referre*. Bernec. — Ut *deportare solatia suis* dixit pro apportare lib. XX. 2. sic *deferre* hic pro adferre. Paulinus V. Martini lib. IV. 316.

Christus ad afflictum solàtia *misit amicum*
Alloquio delata *pio*.

Prudentius Peristeph. V. 566.

Paullisper huc illabere
Christi favorem deferens.

Orosius VI. 7. *ut nunquam in id temporis mercatores ad se admiserint vina ceteraque venalia* deferre. Lego *deferentes*. Vulg. Int. Iudith. XII. 2. *Ex his autem quae mihi* detuli, *manducabo. Cui Holofernes ait*, *Si defecerint tibi ista*, *quae tecum* detulisti, *quid faciemus tibi?* Hegesipp. I. 14. *Fugiendi spem* detulit *et viam monstravit.* Sic ille et alii passim. Noli igitur cum Bernecero, renitentibus libris, reponere, *referre se tamen* etc. Wopkens.

6. Quam possessione vacua etc. Scribe, *quam possessione vacuam f. d. m. sicuti caducam occuparint.* et paulo post, *pertineat* pro *pertinet*. Gronov. — Legerim *sicuti caducam*, *occuparint:* atque ita iam Gronovio placuit, qui tamen, citra quam necesse esse puto, simul rescribebat *praedam . . possessione vacuam fortuitis d. m.* Occuparant praedam, sicuti caducam, dum possessio eius per fortuitas dominorum mortes erat vacuefacta. Sic *vacua possessio* dici solet, quamvis non semper eodem sensu, ut lib. XXXI. 3. *Deductisque ab urbibus praesidiis . . veluti* vacua *rursus* possessione *sollicitatus*, *multas civitates repentino bello invasit.* lib. XXVII. 3. *Quasi* vacantem *Asiae* possessionem *invasurus.* Liv. XXX. 28. *Annibalem ex Italia decedentem* vacuam possessionem *eius reliquisse populo Romano.* lib. XXXV. 12. *Et Antiochum in* vacuam *Europae* possessionem *venturum.* Cicero de Orat. III. 31. . . . possessio, *in quam homines quasi caducam atque* vacuam . . *involaverunt.* Vide Nepot. in Timoleonte cap. 3. et Quinctilian. Declam. XII. 4. *Vacua mortibus*, ut lib. XXXVIII. 1. *vacuam* morte *regis Cappadociam.* Tacit. Agric. cap. 40. *Provinciam . . vacuam tum* morte *Atilii Rufi.* Wopkens. — Avus malebat *vacuam* et *caducam.* Ald. Iunt. *caducam*, *occupaverint*. Abr. Gronov.

7. Quod ad hostes pertinet, victores se recessisse. Tert. Leid. *quantum ad hostes.* sec. Med. *pertineat:* quomodo legendum suspicabatur Avus. Pr. Med. *se revertisse.* Abr. Gronov.

10. RELICTOS. MSS. quidam habent *legatos*. An lectio vera fuit *relegatos?* Sic *relictos* glossatoris foret. Nec mihi displicet. SCHEFF. — Offendebat illud *relictos proderet* Schefferum, dum tentat *relegatos m. s. proderet*. Et exstat in quibusdam MSS. *legatos* pro *relictos*. Sed ita haud dubie scripsisset Iustinus *velut relegatos m. s. proderet*. Et pari modo *in mediis hostibus* relictos *esse*, dicitur lib. XXII. 8. 9. Mihi potius videtur legendum *relictos m. s. perderet*. ut lib. XII. 6. *Ne ita mortem unius doleat, ut universos perdat, quas in ultimam deductos barbariam, inter infestas et irritatas bello gentes* destituat. ubi tamen Gronov. coniicit *prodat;* idque hoc loco firmare nititur. Vide Observ. III. 20. Et sane *prodere* plus plerumque, quam relinquere, destituere, deserere, valet, exitiique causam esse saepissime denotat. ut lib. XXII. 8. *Rex exercitus sui* desertor, *filiorumque pater* proditor. WOPKENS.

PRODERET. Hoc est, desereret, destitueret. Sic infra XXII. 8. 14. *pater filiorum proditor.* Martial. IX. 73. *proditor Helles*, emendante Grutero, cum legatur vulgo *portitor*. Livius XXVI. 36. 9. *Publica prodendo, tua nequicquam serves.* Hoc sensu Virgil. Aeneid. X. 593. Graeci quoque ita *προδιδόναι*. ut Herodianus lib. VI. pag. 138. *Τὰ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς δι' ἀμέλειαν προδεδωκώς*. quod Politianus, ut solet, optime vertit: *qui res in oriente per negligentiam prodidit.* ubi *perdidit* rescribendum male censent emendatores, qui et eruditissimi Xylandri versionem in Dione lib. XXXVIII. non bene castigant, *praestiterit nunquam suscipere bellum, quam susceptum prodere*, substituuntque *deserere*. Nobis proprie hoc dicitur, *verwahrlosen, verliederlichen*. BERNEC. — *Prodere* hic est deserere, periculo exponere, perdere. Ut illo Terentii Heaut. III. 1. 69. *Prius te proditurum tuam vitam et potius pecuniam omnem.* et in illo eiusdem Adelph. IV. 5. 58. *Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum, quod quidem in te fuit.* Caesar quoque sic usurpat B. Civ. I. 30. quod scribit, *Queritur in concione sese proiectum ac proditum a Pompeio* etc. VORST.

11. PROSECUTAM MULTITUDINEM VELUT POSTREMO ADLOQUIO DIMISIT. Orosius: *cunctos, qui lacrymantes prosequebantur, ultimo dimisit alloquio.* Novissima editio *demisit*, male. ABR. GRONOV.

12. MORTEM SIBI CONSCIVIT. *Ἑαυτοῦ καταγνοὺς θάνατον, ἀπεκαρτέρησε.* Diodorus XIV. 77. BONGARS. — Orosius, Freculphus atque Vincentius: *ac deinde obseratis (ac demum* Vinc.) *ianuis, exclusisque etiam filiis, gladio dolorem vitamque finivit.* ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XX.

CAP. I.

1. DIONYSIUS. Quo pacto hic Sicilia devicta Italiam aggressus sit, lege Diodorum lib. XIV. BONGARS.

E SICILIA CARTHAGINIENSIBUS PULSIS. Praepositio abest sec. Med. et pr. Leid. Vincentius lib. IV. cap. 72. *fugatis a Sicilia Carthaginiensibus.* ABR. GRONOV.

GRAVE OTIUM. Infra XXXV. 1. 1. Velleius II. 78. 4. *Caesar, ne res disciplinae inimicissima otium corrumperet militem, crebris expeditionibus, patientia periculorum, bellique experientia durabat exercitum.* Seneca Epist. 56. *Magni imperatores cum male parere militem vident, aliquo labore compescunt, et expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.* Adde Curtium VI. 6. 14. et VIII. 9. 1. Victor de Caesar. cap. 36. *otium militum suspectum Reip.* BERNEC. — Quartus Leid. *grave hostium.* tert. *gravem hostem.* ed. Rom. *gravem hostem otium.* ABR. GRONOV.

2. SIMUL UT MILITUM. Medicei, sec. tert. quint. Leid. Coll. N. Bodl. *simul ut et militum.* ABR. GRONOV.

ACUERENTUR. Utitur eo simili Florus II. 3. 5. *Nec aliter utraque gente, quasi cote quadam populus Rom. ferrum suae virtutis acuebat.* SEBIS.

3. PRIMA MILITIA. Omnes nostri et forte alii MSS. *Prima illi militia.* WOPKENS. — Pronomen *illi* omittitur in Vossiana et secunda editione Graeviana, aliisque recentioribus. Supra XII. 2. 5. *Primum illi bellum cum Apulis fuit.* et XXIII. 1. 3. *Primi igitur hostes illi Bruttii fuere.* ABR. GRONOV.

3. 4. 5. Hi dicti non *Itali*, quomodo prisci et germani Italiae populi: sed *Italiotae*, quod essent e Graecia in Italiam adventitii: sicuti *Siciliotas* et *Phthiotas* a *Siculis* et *Phthiis* discriminamus. Hinc appellatum *philosophiae* quoddam *genus Italicum*, quod auctore Pythagora Samio a Graecis in Italia coli coepisset. Horum item erant *Italicae mensae* luxu infames, de quibus Plato Epist. 7. et ex eo Cicero Tuscul. V. 35. BERNEC.

FINITIMOS QUOSQUE ADGREDITUR. Iunt. *quoque*, male. Supra VII. 6. 5. *facillimis quibusque adgressis.* ABR. GRONOV.

6. VESTIGIA GRAECI MORIS. Vide Gruteri Dissertationem 45. ad Tacitum. BERNEC.

7. TUSCORUM POPULI. Tyrrheni, a Tyrrheno Atys filio, Herculis nepote. Strabo lib. V. ceteri. Seneca de Consol. ad Albinam cap. 6. *Tuscos Asia sibi vendicat.* Confer hunc locum cum Solini cap. 8. Vide et Virgilium lib. I. VII. et XI. Aeneid. et Tacit. Annal. IV. 65. BONGARS.

A Lydia. Sic et Velleius I. 1. 9. et 10. Appianus Punic. pag. 35. e. et alii. Dionysius tamen Halicarnass. I. 36. Tuscos non advenam, sed indigenam gentem, nec vanis argumentis, facit. Bernec.

8. Venetos. Hos a devictis Troianis ortos (et quae non gens originem inde mentitur?) auctores plerique cum Nostro tradunt: ut Cato apud Plin. III. 19. Livius I. 1. 2. et 3. Virgilius Aen. I. 246. Silius Italicus VIII. 604. etc. Strabo tamen V. pag. 134. f. eosdem ab *Enetis*, Galliae populis, Oceano accolis, descendisse verisimilius putat. Ab *Enetis* porro dicti *Veneti*, sicut ab *οἶνος vinum*, et similia. Adde Dionys. I. 20. Bernec.

Antenore duce misit. Usus verbi *mittere* poëticus. Paulinus de V. Martini I. 11.

Quem procul in nostram misit foecunda salutem
Pannonia.

Valer. Flacci Argon. I. 360.

Hinc quoque missus *adest*, *quamvis* etc.

cum nota Burmanni. Huc etiam refer lib. IX. 8. *Quamobrem Philippum saepe vulneratum praelia* remisere. lib. XXXVI. extremo: *Sic Asia Romanorum facta, cum opibus suis vitia quoque Romam* transmisit. Wopkens.

9. Adria. Quae Ptolemaeo et emendatioribus Plinii codicibus, Hermol. Barbaro in Castig. teste, *Atria*. *Αἰθρίαν* quoque dictam et a Diomede fuisse conditam, notat Stephanus: *Romanorum* coloniam facit Livius Epit. XI. Bernec.

Adriatico mari nomen dedit. Idem affirmant Polybius II. 14. Livius V. 33. 8. Strabo lib. V. pag. 148. Plinius III. 16. Eustathius in Dionys. pag. 19. pr. quorum contra consensum nihil valet unus Aurelius Victor in Ael. Adriano hunc honorem *Adriae Marucinorum agri Piceni oppido*, quod a nostro diversum est, tribuens. Bernec. — Medicei, sec. Leid. Perix. *Hadria*, et cum quint. *Hadriatico*. Abr. Gronov.

10. Et Arpos. Prius *Argyripa* dicta. Virgil. lib. XI. Aeneid. 264. quo loco lege Servium. Bongars. — Adde Appian. in Annibalic. pag. 331. c. Plinium III. Hist. Nat. 11. Stephanum in *Ἀργυρίππα*, et Scholiasten Lycophronis. De hoc oppido accipiendus Horatius lib. I. Satyr. 5. 86. Bernec. — Ex antiquioribus typis expressis adieci copulativam *et*, quae abesse posse non videtur, postquam praecessit *Adria quoque*. Vorst.

11. Graecos auctores. *Pisam*, seu *Pissam*, seu *Pisas* (nam varie scribunt auctores) a Pisis, Elidis in Peloponneso urbe, deducit Strabo lib. V. pag. 154. 12. Plinius III. 5. Itinerarium Rutilii lib. I. v. 573.

Elide deductas suscepit Etruria Pisas. Bernec.

Et in Thuscis Tarquinii a Thessalis et Spinambris. *Spinae* potentis quondam urbis meminit Strabo lib. V. prope Ravennam, et Plinius lib. III. cap. 16. Strabo Ravennam a Thessalis conditam,

eodem loco scribit; unde hoc loco legendum puto: *et in Thuscis Tarquinii a Thessalis, et Spina et Ravenna.* Nam *Spinambris* inauditum verbum est apud geographos. GLAREAN. — Probatur mihi Glareani coniectura, ut legamus, *Tarquinii a Thessalis, et Spina, et Ravenna. Ravennam* enim a Thessalis conditam docet Strabo. Malim tamen *et Spina urbs*, quod a veteri lectione propius abest. *Spina* autem πάλαι Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος. Strabo lib. V. BONGARS. — MSS. habent, *Inspinambris.* Lego, *Spina in Umbris.* Plurimi enim veterum confundunt Umbrorum et Tusciae terminos. VOSS. — Recepi insignem emendationem Isaaci Vossi: *Spina in Umbris.* Paulo ante ex Iuntis, *Et Arpos.* Mox iidem *Caere* scribunt, et *Phalisci.* GRAEV. — Illust. Vossii coniecturam in textum recepi; tam enim illa et certa est et docta, quam vulgata lectio, *Spinambris*, antehac ridicula fuit. FABER.

SPINAMBRIS. Nulla est civitas Graeca sic vocata, a qua Italiae urbs quaedam originem ducere potuerit. Coniecerunt igitur viri docti aliter legendum esse. Et novissime quidem felicissimeque Is. Vossius coniecisse videtur, quod legendum sit, *Spina in Umbris.* Et iuvit coniecturam eam, quod cod. quidam MS. habet, *Inspinambris.* Fuit sane Italiae urbs *Spina* nomine: eamque Graecam fuisse et Strabo prodidit. Porro ut dicitur *Spina in Umbris*, sic praecessit, *Pisae in Liguribus*, et *in Tuscis Tarquinii.* ut hoc item coniecturam Vossii iuvet. VORST.

PERUSINI QUOQUE ORIGINEM ACHAEIS etc. Appianus autem lib. V. Bell. Civ. Perusiam a Tyrrhenis in Italia conditam, et ob id Iunonem Tyrrhenorum more in ea urbe coli solitam tradit. Adde quae Servius adnotavit ad Virgil. X. Aeneid. 198. BERNEC.

12. CEREN. *Caeren* alii scribunt: quam a Pelasgis conditam refert Strabo. De urbium conditoribus, auctorum dissensiones hic notare, non est mei propositi: et tanta est inter eos varietas, ut ne urbis quidem Romae origo constet. BONGARS. — Becharii et aliae antiquiores editiones, *Caere.* Et est sane *Caere* indeclinabile quoque. Livius lib. V. *Caere pervexit.* Ceterum dicitur quoque *Caeres, itis*, et *Caeres, ētis.* Vide quoque Notas nostras in Val. Max. I. 1. 10. VORST. — Praeter Becharianam et Iuntinam etiam Aldina dat *Caere.* Periz. *ceteras.* ABR. GRONOV.

13. FALISCI, NOLANI. Servius ad Virgil. Aen. VII. 695. BERNEC. — Inter hos nonnulli MSS. inserunt *Iapygios.* Et sunt Iapygii Magnae Graeciae populus, Messapii alias vocati, quod ex Polybii lib. III. apparet, ut fortassis omitti non debuerint. SCHEFF. — Ald. Iunt. *Phalisci.* Bechar. Ven. *Falisci*, (Ven. *Phalisci*) *Iapygii.* Flor. Paris. *Phalisci*, *Hyapengi.* ABR. GRONOV. — Solinus cap. 2. *Nolam a Tyriis*, seu potius, emendante Salmasio, *Thuriis*, qui mox *Thurini* Nostro sunt, conditam scribit: Velleius I. 7. 5. a *Tuscis.* Cum auctore nostro consentit Silius Ital. lib. XII. v. 16.

Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.

BERNEC.

Abellani. De *Abella*, quae et *Avella* (unde *nuces avellanas* deducit Macrobius Sat. I. 14.) vide Servium ad Virgil. Aen. VII. v. 740. Coloniam posterioribus temporibus factam, auctor est Frontinus. Bernec. — Quart. Leid. *Avellani.* Vide Cl. Drakenborchium ad Silium lib. VIII. v. 545. Edd. veteres et Bongars. *Abelani.* Abr. Gronov.

15. Tarentini. Memorabilem historiam conditae urbis *Tarenti* vide apud Strabonem lib. VI. Pausaniam in Phocicis, Statium ad Virgil. Aen. III. 551. aliosque. Bernec.

Spurios. De quibus supra ad III. 4. 7. Bernec. — Lacedaemone profectos, qui Tarentum condidere sup. III. 4. 7. *Parthenias*, ἀπὸ τῆς παρθένου scilicet, vocatos fuisse scribit. Quae tamen appellatio ad idem illud pertinet, ut eos *spurios* fuisse intelligeretur. Additur enim *Parthenias* vocatos esse *ob notam materni pudoris.* Voerst.

16. Thurinorum urbem. Quae antea *Sybaris*; inde *Thurium*, et *Thurii*, et *Thuriae:* denique *Copiae* dicta. Livius XXV. 15. 12. *Thurini Tarentinis Metapontinisque, indidem ex Achaia oriundi, etiam cognatione iuncti erant.* Bernec. — Quint. Leid. Bodl. Periz. ed. Bechar. *urbes.* Ald. *Thuriorum*, ut supra XII. 2. 15. *Thurii.* Abr. Gronov.

Herculis sagittae. Aristoteles περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Bongars.

CAP. II.

1. Metapontini. *Metapontum* Stephanus aliique *Metabum* nominant. Strabo lib. VI. conditum tradit a Pyliis, qui cum Nestore ab Ilio navigarunt. Bernec.

Epeus. Virgil. Aen. II. 264.

et ipse doli fabricator Epeus.

Huius instrumenta in templo Minervae consecrata memorat et Aristoteles in Admirandis cap. 94. Bernec. — Meliores MSS. ed. Rom. Bechar. *Epeos.* Reliqui *Epios* vel *Ephios*, Graeca terminatione, quae in eodem nomine placuit Virgilio lib. II. Aeneid. v. 264.

et ipse doli fabricator Epeos.

Abr. Gronov.

2. Maior Graecia. Vide Festum in *Maior Graecia*, et quae ad eum Ios. Scaliger, et Strabonem lib. VI. Seneca ad Helviam cap. 6. *Totum Italiae latus, quod infero mari alluitur, Maior Graecia fuit.* Bongars. — Ad huius Graeciae differentiam nominat Livius VII. 26. 19. *Graeciam ulteriorem*, hoc est, vere *Graeciam;* ut haec sit *Citerior.* Quae nobilis Italiae portio, una cum Bruttiis, hodie *Calabriae* nomine censetur. Vide etiam Rittershusii not. ad Malchum pag. 134. Bernec.

3. Principio originum. Hoc *originum* suspectum mihi est; neque enim sensus eius aliquis sat idoneus. Deliberent, qui rectius

iudicio valent. SCHEFF. — Immerito vox *originum* Scheffero, quasi nullius hic idonei sensus, suspecta: ut liquet ex adnotatis ad lib. II. 1. 14. WOPKENS.

4. CUM PRIMUM. Gronovius Obs. I. 7. legit: *Cum primam urbem Sirim cepisset.* GRAEV. — Eleganti coniectura Gronov. Obs. I. 7. reponit *Cum primam* etc. Sed potuit Iustinus innuere, quid primum peractum a Metapontinis sit, non quae urbs ab illis prima capta sit: ac propterea sine librorum fide minus tuto hic quidpiam tentes. WOPKENS.

SIRIM. *Siris Italiae civitas πλησίον τοῦ Μεταποντίου.* Stephanus. Deinde *Heraclea* dicta. Plin. III. Nat. Hist. 11. *Σειρῖτιν* vocat Strabo lib. VI. BONGARS.

MINERVAE SIMULACRUM. Palladium, ad imitationem illius Troiani factum, quod erat argumento Sirin profugorum Troianorum esse coloniam. BERNEC.

5. OB HAEC CUM PESTE. Periz. ed. Rom. cum septem aliis et Vincentio lib. IV. cap. 23. *ob hoc.* ABR. GRONOV.

7. COGNITO ORACULO DEORUM. Ald. Iunt. *eorum.* sec. Med. *dei*, ut cap. seq. §. 3. *responso dei cognito.* ABR. GRONOV.

DEAE PACEM. Livius XXX. 13. 3. *Ab diis pars utraque, hostiis mactandis, pacem petiit.* ut mala scilicet averterent et parcerent. Nam hoc ipso verbo utebantur precantes. Plautus Merc. IV. 1. 12.

Apollo, quaeso te, ut des pacem propitius etc.
Meoque ut parcas gnato parce propitius.

Adde sup. XVIII. 6. 12. BERNEC.

PANIFICIIS. Plinius Praefat. ad Vesp. *Et diis lacte rustici multaeque gentes supplicant: et mola tantum salsa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio deos colere, quoquo modo posset.* BERNEC. — Iunt. *beneficiis*, inepte. ABR. GRONOV.

12. LONGINQUA MILITIA GRAVATI. Lege, *longinquam militiam gravati.* Vide Diatrib. Stat. cap. 24. GRONOV. — Gronovius, *longinquam militiam gravati.* Optime: differunt enim inter se, *gravari militia*, et *gravari militiam.* Gravantur militia, quibus militiae onus, labores et pericula gravia sunt et molesta. Militiam illi gravantur, qui illam refugiunt. FABER. — Gronovius legi mallet, *longinquam militiam.* Et sane *gravari*, cum significat grave ducere et recusare, casum quartum adsciscit. Horatius lib. IV. Od. 11.

Pegasus terrenum equitem gravatus.

Lucanus VII. 284.

Romanos odere omnes, dominosque gravantur.

Seneca I. 12. de Clem. *At illum acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui.* VORST. — Ubi de re, quam suscipere aut qua diutius perfungi recusamus, sermo est, *gravari rem* plerumque dicunt Latini: ideoque accusativum in ablativum mutant viri docti, uti et in his lib. XXXIX. 4. *Cleopatra cum* gravaretur socio

regni, *filio Ptolemaeo* etc. et Livii XXI. 23. *Supra septem millia hominum domos remisit, quos et ipsi* gravari militia *senserat*, aliisque in locis. Sed tanto in ablativum consensu librorum adducor propemodum, ut hanc rationem non semper ita observasse Latinos existimem, quin *gravari re* dixerint non solum illum, qui illa oneretur vel fatigetur, sed etiam cui illa gravis vel ingrata sit, quique illam ferre vel facere recuset, aut invito animo ferat vel faciat. Neque hac in re adversari sententiae meae analogiam linguae animadverto. Sic etiam Cicero de Orat. II. 90. *Quamobrem . . te aliquando, Crasse, audiamus . . Tum ille . . si . . aliquid intelligerem ab Antonio praetermissum, non essem tam inurbanus . . uti* eo gravarer, *quod vos cupere sentirem.* Symmachus lib. I. ep. 67. vel 73. *Nam sedulo audeo iudicare dignum esse, quem pensi habeat, et ne longum loquar, cuius* amicitia *non* graveris. WOPKENS. — Quemadmodum Avo, ita et Lipsio legendum videbatur, *longinquam militiam.* ABR. GRONOV.

14. QUAM SI DEOS IPSOS SECUM ADVECTURI. MSS. mei Fuldenses *avecturi.* ut lubet sane. MODIUS. — In MSS. Modii Fuldensibus, *avecturi.* Utrumlibet certo respectu bene: sicut supra XVIII. 1. 3. *adductis*, vel *abductis.* BERNEC. — Omnino recipienda veterum Modii membranarum lectio: *avecturi essent.* Paulo ante scribe cum Gronovio: *longinquam militiam gravati.* Nolebant suscipere expeditionem in tam longe a patria remotam gentem. Aliud est *gravari militia*, aliud *gravari militiam. Gravatur militia*, cui militia gravis est, qui molestias ex ea capit; *gravatur militiam*, qui eam recusat, non vult subire. Horat. IV. Od. 11.

Pegasus terrenum equitem gravatus.

non est, ut exponit vir doctissimus et disertissimus, cui grave molestumque erat ferre; tunc enim dicendum fuisset, *terreno equite gravatus:* sed nolebat pati, suscipere ferendum equitem terrenum. GRAEV. — Emendaveram, *avecturi;* quod Berneccerus in MSS. Modii reperiri affirmat. FABER. — Commodius videtur, quod in suis Codd. MSS. esse testatur Modius, *avecturi.* VORST.

FAUSTIS PROFECTI OMINIBUS. Omen illud quod Locrenses acceperunt, cum auxilium a Castore et Polluce eos petere iuberent Spartani, mirum quod non et Valerius Max. inter cetera recensuit. Sane perquam simile illud est quibusdam eorum, quae ipse I. 5. commemorat. VORST.

SOLATIA SUIS PRO AUXILIIS DEPORTANT. Petronius cap. CVIII. *Aderat interpellanti mercenarius comes, et unus alterque infirmissimus vector*, solatia *magis litis, quam virium auxilia.* WOPKENS.

CAP. III.

3. TACITAMQUE EAM REM. Pr. tert. quart. Leid. *istam rem.* ABR. GRONOV.

4. Cum in aciem processissent etc. Ad Sagram fluvium. Strabo lib. VI. Cicero de Nat. Deor. I. 2. et III. 5. Plutarchus in Aemilio cap. 41. Locrensium cum Rheginis fuisse decem millia; Crotoniensium CXXX millia Strabo refert; et ortum inde proverbium πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας, Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ. cuius meminit et Cicero de Nat. Deor. III. 5. Bongars. — Meminit etiam Eustathius in Boeotiam Homéri pag. 210. 28. Bernec. — Vincentius: *bellum inierunt XV millia Locrensium contra centum millia Crotoniensium, qui paucitatem suam et hostium multitudinem considerantes, ex desperatione sumpserunt animum, putaveruntque se victores fore, si non inulti morerentur. Itaque dum mori honeste* etc. Primus Leidensis quoque dat *centum millia:* dein tertius, quartus et Thuaneus, *sola XII millia.* Coll. N. *sola XI millia.* Abr. Gronov.

Nam sola quindecim millia. Frustra Dorv. 2. *solum quindecim millia.* lib. XXVIII. 4. *Cum quatuor millia* sola *ex pugna superfuisse conspexisset.* Cicero Attico V. epist. 17. *Qui solos novem menses Asiae praefuit.* Abr. Gronov.

5. Tantusque ardor etc. Vell. Paterculus II. 5. 2. *Q. Metellus*, cum in hostem suos ire periculoso loco iuberet, *facientibus omnibus in procinctu testamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito, quem moriturum miserat, militem victorem recepit: tantum effecit mistus timori pudor, spesque desperatione quaesita.* Vide Veget. de Re Mil. III. 21. et IV. 25. Virg. Aeneid. II. 354.

Una salus victis, nullam sperare salutem.

Bernec. — Saxo lib. XVI. pag. 374. 34. *quos* (milites) *tantus pugnandi ardor ceperat.* Abr. Gronov.

6. Sed, dum mori honeste quaerunt, feliciter vicerunt. Hunc locum imitatur Saresberiensis lib. VI. Policr. pag. 363. *Saepe alii dum honeste viriliterque mori cupiunt, feliciter vincunt.* ubi *cupiunt* est ex interpretatione τοῦ *quaerunt*. *Quaerere* etiam pro cupere, conari, usurpavit auctor supra II. 11. 3. *dum ulcisci suos quaerunt.* Valerius Flaccus lib. VI. v. 450.

Iuno duci sociam coniungere quaerit Achivo.

Saxo lib. XIV. pag. 268. 46. *dum patriae rebus consulere quaerit.* D. Ioanes Euangel. VII. 1. ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. Ibid. 19. τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; 20. 19. τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι; 30. et cap. X. 39. ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι. Adde VIII. 37. et 40. D. Lucas Act. Apost. XIII. 8. ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. quibus locis Latinus Interpres verbum *quaerere* quoque adhibuit. Abr. Gronov.

8. Duo iuvenes. Similia Florus I. 11. 5. et Frontinus I. 11. 8. Bernec.

Eximia magnitudine et albis equis et coccineis paludamentis. Sec. Med. Periz. *eximiae magnitudinis.* Primus Med. sec. quint.

Leid. *ex albis equis:* ut apud Ciceronem lib. II. de Nat. D. cap. 2. *In nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt.* Ed. Ald. Iunt. *ex albis equis coccineis chlamydibus paludati pugnare visi sunt.* Abr. Gronov. — Cum Mediceo MS. et Iuntina ed. etiam Dorv. 2. *ex albis equis* habet, pro *et a. e.* quemadmodum Cicero N. Deor. II. 2. Castorem ac Pollucem dicit *ex equis pugnare* visos. Sed ita potius hoc ordine scripsisset Noster . . *eximia magnitudine et coccineis paludamentis, ex albis equis pugnare visi sunt.* Ac recte satis dicitur, *duo iuvenes albis equis*, pro *cum a. e.* ut Florus II. 12. *Duo iuvenes candidis* equis, *apud Iuturnae lacum pulverem et cruorem abluebant.* Min. Felix cap. VII. *Qui anhelis, spumantibus* equis *atque fumantibus, de Perse victoriam . . nuntiaverunt.* Symmachus I. ep. 89. vel 95. *Eos . . tradidit, anhelis* equis, *plenos sudoris et pulveris . . indicium affectasse victoriae.* Praepositionem *cum* addidit Min. Felix Oct. cap. XXVII. *ut Iuppiter ludos repeteret ex somnio, ut* cum equis *Castores viderentur* etc. Nazarius Paneg. cap. XV. *Ferunt duos* cum equis *iuvenes, spectatos forma pariter et viribus, quia in dimicando praeter ceteros insignes fuissent, iussu imperatoris ad remunerandam industriam requisitos.* Cicero N. Deor. II. 2. *Cum . . duo iuvenes* cum equis *albis dixissent, regem Persen illo die captum.* ubi frustra Davisius *in equis albis* reponendum credebat. Ita *veste, in veste* et *cum veste* dicunt Latini, ut ad lib. XIV. 6. 9. monuimus. Wopkens.

Nec ultra apparuerunt. Vincentius: *nec ultra comparuerunt.* Abr. Gronov.

9. Famae velocitas. Adde supra II. 14. 9. item Plinium Hist. Nat. VII. 22. Florum III. 3. fin. Bernec. — Saxo lib. XVI. pag. 379. 16. *incredibili famae velocitate.* Abr. Gronov.

Corintho. Scribe, *Corinthi.* Gronov. — Cum viro summo emendari *Corinthi* vetant istiusmodi ablativi: lib. V. 4. *Iam Sesto.. duces instructis navibus exspectabant.* lib. XVIII. 4. *Cum interim rex Mutgo* Tyro *decedit.* Utrobique consule notas, ut et ad Hygin. Fab. CCXLVII. Caesarem Gall. VII. 32. Obseq. Prodig. cap. 114. Aur. Victor. Epit. cap. 37. et alios. Sic duo MSS. lib. VI. 1. *Qui amissa bello patria* Cypro *exsulabat.* Wopkens. — Avo legenti *Corinthi* suffragantur ed. Rom. Ald. Iunt. *Nam in eadem die . . . et Corintho et L. n. est vict.* Vincentius. Abr. Gronov.

Nuntiata est victoria. Ludis Olympiae auditam, scribit M. Cic. de N. Deor. I. 2. et ceteri: Strabo pro fabula id habet. Bernec.

CAP. IV.

1. Crotoniensibus nulla virtutis. De eorum pristina virtute praeter Strabonem lege M. Ciceronem Rhet. II. 1. De luxuria autem et vitae genere post attritas bellis frequentibus vires, vide Petronium in Satyrico, apud quem pro *scenas*, ne idem bis dicat, le-

gendum arbitror, *coenas. Quisquis suos haeredes habet*, inquit, *nec ad coenas, nec ad spectacula admittitur.* Bongars. — Dubitanti de hac emendatione Petroniana Freinshemius noster ostendit locum Livii, *scenam* a *spectaculo* distinguentis lib. VII. 2. 2. *Ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat) instituti dicuntur.* Bernec.

2. Oderant enim quae infeliciter sumserant. Saresberiensis: *Fortunae siquidem indignantes, oderant arma, quae adversus Locrenses infeliciter sumserant.* Abr. Gronov.

Pythagoras. Vide Laërtium in eius Vita. M. Ciceronem Tuscul. V. 4. Bongars. — Adde Cicer. de Oratore III. 34. Livium I. 18. Iamblichum, Apuleium pr. Florid. Bernec. — Sec. Med. *Pythagora.* Bechar. *nisi Pythagoras.* Saresberiensis: *nisi eis Pythagoras philosophus obstitisset.* Abr. Gronov.

3. Hic Sami Demarato locuplete negotiatore natus. Certe non magis Pythagoras Demarati filius, quam Tarquinius Mnesarchi. Forte scripsit Iustinus *Marmaco*, pro *Demarato.* Marmacum namque aliqui dixerunt appellatum fuisse Pythagorae patrem. Diog. Laërtius: *Πυθαγόραν ἔνιοι μέν φασιν υἱὸν εἶναι Μαρμάκου τοῦ Ἱππάσου, τοῦ Εὐθύφρονος, τοῦ Κλεωνύμου, φυγάδος ἐκ Φλιοῦντος.* Voss. — Atqui *Mnesarchus* dicebatur, non *Demaratus.* Quare Ill. Vossii coniectura mihi vehementer probatur, rescribentis, *Marmaco*; nam Diogene Laërtio teste, fuere qui Pythagorae patrem Marmacum vocarunt. Quin et scio me legisse in veterum scriptis eodem nomine Pythagorae filium appellatum fuisse. At apud Graecos avi nomen nepoti fere plerumque imponebatur. Quae utraque res coniecturam Vossii omnino confirmat. Faber. — Uterque Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. ed. Rom. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *negotiatore patre natus*, ut infra XXII. 1. 2. *patre figulo natus.* et XXIII. 4. 4. *genitus erat patre Hierocle, nobili viro.* Gualterus Burlei de vitis Phil. cap. 17. *Pythagoras natione Samius (ut ait Iustinus) negotiatoris divitis filius fuit, cui nomen Demaratus erat.* Saresberiensis lib. VII. cap. 4. *Fuit autem hic natione Samius, negotiatoris divitis filius, cui nomen Maratus erat.* Ex qua nominis proprii scriptura apparet, venerabilem Antistitem usum fuisse Iustini codice, in quo scriptum erat, *de marato*, quomodo etiam legitur in prima editione Speculi Historialis Vincentii lib. IV. cap. 24. In primo Leidensi etiam scriptum, *Samide marato.* Ceterum de hoc patris Pythagorae nomine scribit Cl. Dodwellus in Exercit. de Aetate Pythagorae pag. 161. „Alium porro *Philosopho* patrem *Damaratum* tribuit „Iustini Trogus, qui quartus proinde fuerit, et cum *Zacynthio* quin„tus, qui communi cum Philosopho historia continetur. Sed mihi, fa„teor, suspicio est cum *Lucumone* (qui postea *Tarquinius* erat *Pri„scus*) illum confundi *Pythagoram*, nec alium proinde a *Damarato* „*Corinthio Damaratum* illum fuisse *Samium*. Erant enim ambo exteri „in Italia celeberrimi tam *Tarquinius* ille *Priscus* quam etiam „*Pythagoras Philosophus.*“ Abr. Gronov.

Magnisque sapientiae incrementis ornatus. Quid est *sapientiae incrementis ornari?* Abhorrent ab hoc loquendi genere Latinae aures. Lege ex MSS. cum Gronovio, *magnis sapientiae incrementis formatus*, hoc est, cum sic esset institutus et formatus a magistris, ut magnos in sapientiae studiis fecisset progressus. lib. XVIII. 3. *Ab eo formatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent.* VIII. 2. *Ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisque formata.* Ovid. III. Metam.

Talibus ignaram Iuno Cadmeida dictis
Formarat.

Horat. *Tenerae mentes formandae studiis.* Graev. — In MS. Bongarsii legebatur, *magnisque sapientiae incrementis formatus*; atque ita scribi curavi. Nam vulgata lectio, *ornatus*, vitiosa est et inepta. In quibusdam impressis legitur *firmatus*, non longe a Manuscripti auctoritate. Faber. — Codices quidam MSS. teste Bongarsio pro *ornatus* habent *formatus.* estque ita et in antiquioribus typis expressis Becharii et Maioris. Amplector ergo illud cum Gronovio; praesertim cum et XVIII. 3. 10. eandem vocem eadem fere significatione usurpatam videam. Vorst. — Bongarsiani MSS. et Iuntina, probantibus doctis, *sapientiae incrementis formatus.* Scheff. — Mihi non displicet, quod in Dorv. 2. et impressis veteribus legitur *m. s. incrementis ornatus*, i. e. praeditus, insignis magnis sapientiae donis, vel copiis. ut Valer. Maximus VIII. 9. Ext. 1. *Pericles autem felicissimus naturae* incrementis, *sub Anaxagora praeceptore summo studio perpolitus et instructus, liberis* etc. lib. IV. 7. Ext. 2. *A quo maximum* incrementa *commodorum ultro oblata cepi.* Sic *incrementum* pro mole, magnitudine saepius dixit Columella. Hinc supra lib. XII. 2. coniiciebam: *cum Alexandro tanta omnium virtutum maturarum* incrementa *extitere, ut* etc. Wopkens. — Saresberiensis: *magnis itaque sap. formatus incr.* Pr. Med. sec. quint. Leid. Reg. II. C. C. Thuan. Ald. Iunt. Bongars. Vincentius: *incrementis ornatus.* Bodl. *ornamentis formatus.* Gualterus *sapientiae informatus incrementis.* Abr. Gronov.

Ad perdiscendos. Φιλομαθίας χάριν tyrannidem fugiens. Strabo lib. XIV. Bongars. — Ed. Bechar. *ad praediscendos.* Gualterus: *perdiscendum s. m. originemque m. spectandum.* et paullo post: *cognoscendum Minois et Lycurgi leges.* Abr. Gronov.

Summam scientiam consecutus erat. Gualterus: *summam scientiarum consecutus est.* Abr. Gronov.

4. Cretam. Quam priscis temporibus, legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem traxisse Graecorum praestantissimos, ait Strabo lib. X. pag. 328. 50. Adde Tacitum Annal. III. 26. 5. Bernec.

Lacedaemona. Gualt. cum Periz. *Lacedaemoniam.* Abr. Gronov.

5. Crotonam. Elegantius esset, *Crotona*; quamquam alibi *Salaminam*, pro *Salamina.* Faber. — *Crotona*, ut elegantius legi

observat Faber, exhibetur in Dorv. 1. et ed. vet. atque ita Dorv. 1. et 2. et prima manus 3. in fine huius cap. *cum annos viginti* Crotone *egisset*, pro vulgato *Crotonae*. Wopkens. — Avus ad Livium lib. I. cap. 8. malebat *Crotonem*; et paullo post §. 15. *Crotone*. Ed. Paris. Ald. Iunt. *Crotonem*, eaedemque cum Mediceis, Periz. ed. Flor. et Vincentio *Crotone* pro vulg. *Crotonae*. Saresberiensis: *ad Crotonicorum urbem applicuit*. ubi *Crotoniatarum* scripsisse videtur eruditus Antistes. Apud Gualterum mendose editum, *Ceuonam*. Abr. Gronov.

6. Casusque civitatium ea peste perditarum enumerabat. Medicei, quart. quint. Leid. Bodl. Coll. C. C. Periz. Vincentius: *casumque civ. hac peste perditarum*. *Hac* etiam dant Bechar. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Saresberiensis: *Laudabat ergo virtutem quotidie, et vitia luxuriae denudabat, et casuum urbium perditarum enuntiabat causas*. Abr. Gronov.

7. Tantumque studium ad frugalitatem multitudinis concitavit. Transposita esse verba puto. Sic legerem: *tantumque studium multitudinis ad frugalitatem concitavit*. Faber. — Faber legebat, *t. studium multitudinis ad frugalitatem p.* Sed alter ordo Iustino etiam alibi cum aliis placuit. ut lib. XV. 4. *Post divisionem inter socios regni Macedonici*. lib. XVI. 1. *In divisione inter fratres regni*. lib. XXII. 7. *Post profectionem a Sicilia Agathoclis*. lib. XXIII. 4. *Post profectionem a Sicilia Pyrrhi*. Prologo lib. XXXII. *Defectio ab Achaeis Lacedaemoniorum*. Cic. de Finib. I. 18. *Qui animos exedunt conficiuntque curis hominum*. Vellei. II. 29. *Sub adventum in Italiam S. Sullae*. Livius V. 34. *De transitu in Italiam Gallorum*. et lib. VI. 19. *Senatus de secessione in domum privatam plebis . . agitat*. Porro *concitavit* maluisse vir ille doctus videtur, quam *provocavit*; sed hoc sic rursum occurrit lib. XVIII. 6. *Quae aetas etiam hostium misericordiam* provocat. et lib. XXIV. 2. Provocare (i. e. accendere) *rabiem fraternae crudelitatis timebat*. De integritate tamen vulgatae huius lectionis subdubito. Wopkens.

Ut aliquos ex his luxuriatos incredibile videretur. Ed. Rom. *luxuriatos in optimam frugem conversos incr. vid*. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *lux. in optimam frugem conversos fuisse incr. vid*. Magl. *tantoque studio ad frugalitatem multidudinem revocavit, ut aliquos ex iis luxuriatos in optimam vitam conversos fuisse incred. vid*. Saresberiensis: *tantum quoque studii ad frugalitatem multitudinis provocabat, ut aliquos ex his lux. esse incr. vid*. Vincentius: *tantoque studio ad frugalitatem perdiscendam multitudinem provocavit, ut aliquos ex eis luxuriatos esse incr. vid*. Gualterus: *tantumque studium ad frugalitatem perdiscendam multitudini prov. ut aliquos ex eis luxuriatos unquam fuisse incred. vid*. Abr. Gronov.

8. Matronarum quoque separatam a viris doctrinam, et puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat etc. Ita Saresberiensis. Vincentius: *matr. quoque separatarum*. idque vul-

gato praefert Cl. Heusingerus lib. II. Emend. cap. 4. qui etiam legendum coniecerat *separatim*, quomodo scriptum in sec. Mediceo. Gualterus: *Matronas a viris separatas, et pueros a parentibus derelictos, ad pudicitiam et ad debita societatis obsequia suo studio reduxit; induxitque matronas, ut auratas* etc. Abr. Gronov.

9. Docebat nunc has. Vincentius: *docebat autem n. h.* Abr. Gronov.

10. Frugalitatem. Commendatam Senecae de Tranquill. Animi cap. 1. et 9. et Epist. 17. Plinio Epist. II. 4. et VI. 8. Bernec.

Omnibus ingerebat. Saxo lib. VIII. pag. 165. 46. *regi cognoscendae legationis aviditatem ingessit.* Saresberiensis lib. VII. cap. 5. pag. 419. *nisi Socrates verae laudis gloriam ei curasset ingerere.* Vincentius: *frug. omnibus disserebat.* Abr. Gronov.

11. Consecutusque disputationum adsiduitate erat, ut matronae etc. Vincentius: *consecutusque disputationum assiduitatem, erat ut matr.* Abr. Gronov.

Velut instrumenta luxuriae. Tertullianus lib. VI. cap. 2. de Habitu Mulieb. *instrumenta muliebris gloriae* vocat. eo loco, ubi legitur, *medicamenta ex fuco, quibus lanae colorantur*, emendandum videtur *malae*. Bongars. — Saresberiensis: *quasi lux. instr. d.* Apud Gualterum *vel* male editum est pro *velut.* Abr. Gronov.

Eaque omnia delata in Iunonis aedem ipsi Deae consecrarent. Gualterus: *et in Iunonis aedem delata ipsi d. c.* Abr. Gronov.

12. Prae se ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes esse. Margo Saresberiensis: Al. *praeferentes.* Al. *praeferens.* Prius etiam dat Vincentius; posterius Perizonianus. Gualterus: *docens vera matronarum orn. pudicitiam esse, non vestes.* Abr. Gronov.

13. Quantum profligatum sit . . manifestant. Ald. Iunt. *quantum profectum sit*, et *manifestabant.* Abr. Gronov.

14. Sodalitii iure sacramento quodam nexi. MSS. *Sodalitii iuris sacramento quodam nexi.* Quod exosculatur merito Gronovius Observ. IV. 17. praefatus sodalitii iuris sacramentum esse illud vinculum, quo continebatur societas illorum, qui coierant. Graev. — In MSS. Codd. aliquot scriptum est, *sodalitii iuris* etc. Quod probat Gronovius. Mihi autem credibile fit verbum aliquod hinc excidisse. Libenter certe legerim, *cum sodalitii iure velut sacramento quodam nexi* etc. Faber. — Sic etiam cum aliis MSS. tres Dorv.; neque esse credo, cur Gronovius aliique praeferrent aliorum codd. scripturam, *cum sodalitii iuris sacramento quodam nexi.* Perpetuo enim sic diversa nomina eodem casu iungit Iustinus, ut vidimus etiam ad ista lib. XIV. 4. *Solvo vos iureiurando*, quo *toties vos* sacramento *mihi devovistis. Exercere vitam* pro agere. Dares Phryg. Excid. Troiae cap. 5. *Asiam semper in desidia* vitam exercuisse *et ob id classem non habere.* ubi tamen aliis edi placuit *exegisse.* Wopkens.

SODALITII IURIS SACRAMENTO QUODAM NEXI. Ita omnino legendum censeo cum Gronovio, non *iure*, ut Bongarsius et Berneccerus edidere. Illud *iuris* in codd. MSS. esse ipse testatur Bongarsius. Mirum igitur quod non et ipse in textum recepit. Ceterum τὸ *iuris*, pleonasmum hic sapit. Posset etiam dici, *sodalitii sacramento quodam nexi*. Sic XXIX. 4. 9. *In societatis iure retinere* est pro societate retinere. VORST. — Ex MSS. Bongars. Vorstius, Graevio Gronovioque approbantibus. SCHEFF. — Angli *iure*. Atque ita MS. alii. Unde penitus persuasum habeo, esse glossam sequentis *sacramento* ac idcirco delendum. *Sacramentum sodalitii*, ut apud Vegetium et alios, *sacramentum militiae*. Faber legit, *sodalitii iure velut sacramento*. Frustra, cum de interposito iureiurando sit certum. SCHEFF. — *Iuris* etiam habent MSS. Bongars. Coll. N. et C. C. Thuan. a sec. m. quart. Leid. eamque scripturam tuetur Avus lib. IV. Observ. cap. 17. pag. 282. *Sodalitiis* quoque adiective usurpavit Ammianus lib. XV. cap. 9. f. *Druidae ingeniis celsioribus, ut auctoritas Pythagorae decrevit, sodalitiis adstricti consortiis*. ad quem locum notavit Henr. Valesius: „*Sodalitiis* hic sumitur adiective, ut apud Iustinum in eo loco, quem supra laudavimus, *sodalitio iure*. Sic enim habent omnes MSS. codices. Et similiter „in L. 1. D. de Colleg. *Collegia sodalitia*.“ In praecedenti nota hunc Iustini locum ita exhibuerat Vir summus: *Sed triginta ex iuvenibus cum sodalitio iure sacramento quodam nexi, separatam a ceteris civibus vitam* etc. ubi *triginta* male excusum est pro *trecenti*. In nullo autem MSS. codicum, quibus usus fui, *sodalitio iure* reperire mihi contigit. Reg. Cantabr. dant *solatii iuris*. pr. Leid. *sodalacii iuris*. Reliqui, exceptis illis, quos modo laudavi, *sodalicii*, *sodalitii*, vel *sodaliti iure*. In ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Bongars. quoque exstat *sodalitii iure*. Priceaeus in notis ad Apuleium legit, *sodalitii iure, ceu sacramento*. Apud Saresberiensem hic locus ita legitur: *Sed trecenti ex iuvenibus, cum sodalitii iuris sacramento separatam a caeteris civibus vitam agerent, quasi coetum clandestinae coniurationis habentes adversus Pythagoram, civitatem in se converterunt, quae eos, cum in unam domum convenissent, cremare voluit*. ubi τὰ *adversus Pythagoram* expungenda esse, vel pro *in se* reponendum *et se*, suspicabatur Schefferus libro Adversariorum, Miscellan. Observat. Vol. VIII. pag. 414. qui pro *separatam* quoque legisse videtur *separatim*. Periz. *separatam a civibus ceteris vitam exercerent, et quasi coetum*. ABR. GRONOV.

SEPARATAM etc. Seneca Epist. 5. *Id agamus, ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam: alioqui quos emendari volumus, fugamus, et a nobis avertimus* etc. *Hoc primum philosophia promittit, sensum communem, humanitatem, et congregationem: a qua professione dissimilitudo separabit*. Cicero citatus a Lactantio III. 15. *Philosophiae quidem praecepta noscenda: vivendum autem civiliter*. BERNEC. — Ioh. Saresberiensis, ubi

..nc locum citat, id est VII. 4. Policr. pro *exercerent* habet *agerent.* ..ORST.

CIVITATEM IN SE CONVERTERUNT. Nec immerito. Liv. XXXIV. .. 4. *Ab hoc genere summum periculum est, si coetus, et conci..., et secretas consultationes esse sinas.* Vide Rittersh. in Malch. ..g. 36. BERNEC. — Magl. ed. Flor. Ven. Paris. *convertunt.* ABR. ..NOV.

15. QUAE EOS, CUM IN UNAM DOMUM CONVENISSENT, CREMARE ..UIT. Periz. *quos omnes cum in unam domum invenissent, cre..re voluerunt.* ABR. GRONOV.

16. SEXAGINTA FERME PERIERE. Periz. ed. Rom. Bechar. Ven. ..r. Med. Paris. Ald. Iunt. *LX ferme homines p.* ABR. GRONOV.

IN EXILIUM PROFECTI. Saresberiensis addit, *sunt.* ABR. GRONOV.

17. PYTHAGORAS AUTEM CUM ANNOS VIGINTI CROTONE EGISSET, ..TAPONTUM MIGRAVIT. Septem MSS. ed. Rom. et Vincentius *emi..avit.* Vide supra V. 10. 8. Gualterus: *in Metapontum migravit.* ..emistius Orat. XX. pag. 285. de Pythagora scribit: αὐτός τε γὰρ Μνησάρχου τοσόνδε ἄρα ἀπέλαυσε τῆς πολυυμνήτου σοφίας, ὥστε ..υνάστης ἀεὶ διεβίω, διὰ τοὺς βασκαίνοντας καὶ κολούοντας, ἐκ ..μου μὲν εἰς Κρότωνα, διὰ Πολυκράτην· ἐκ Κρότωνος δὲ εἰς ..ρούς, διὰ Γύλωνα· Λοκρῶν δὲ οὐχ εἰς ἤδη, ἀλλὰ πάντες ..κροὶ οὐχ ὑπέμειναν Πυθαγόρου τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ μετεστήσαν-.. εἰς Τάραντα καὶ παρέπεμψαν· Ταραντῖνοι δὲ αὖθις, ὥσπερ ..τίον, εἰς Μετάποντον· οὗ δὴ καὶ ἐτελεύτησεν ἐν τῷ τεμένει .. Μουσῶν, τετταράκοντα, ὥς φασιν, ἡμέρας φεισάμενος σίτου. ..sonius Chron. A. M. 3506. malebat *annos decem:* at Cl. Bentle.. in Dissertat. de Phalaridis Epistolis pag. 74. *annos XL.* ex ..blicho de vita Pythag. cap. 36. Αὐτὸν μὲν γὰρ Πυθαγόραν ..ήσασθαι λέγεται ἑνὸς δέοντος ἔτη τεσσαράκοντα. ABR. GRONOV.

DECESSIT. Decessit vel inedia, vel interfectus a Syracusanis, .. agrum fabaceum circuit. Laërtius in Pythag. Tzetz. Chil. XI. ..6. BERNEC.

18. CUIUS TANTA ADMIRATIO FUIT, UT EX DOMO EIUS TEM.. FACERENT, EUMQUE PRO DEO COLERENT. Gualterus: *cuius tan.. in populo fuit opinio, ut ex d. e. t. facerent, et ipsum pro d.* Saresberiensis: *ipsumque pro deo colerent.* Diodorus Siculus in ..cerptis Porphyrog. pag. 246. ἴσα θεοῖς παρὰ τοῖς Κροτωνιάταις ..μᾶτο. ABR. GRONOV.

TEMPLUM. Cereris delubrum vocabant, vicumque Musis sacra.., ut idem ex Phavorino refert. Firmat Val. Max. VIII. 15. 1. ..t. pag. 291. m. Vide Casaub. ad Laërt. pag. 103. f. 1. BERNEC.

CAP. V.

1. SUPRA. Scilicet huius libri principio. BERNEC.

4. QUI ANTE MENSES etc. Puto scripsisse, *ante mensem.* VOSS. — ..c locutio non est integra; quid enim *ante menses?* debet adesse

numerus vel saltem verbo aliquo ostendi, cum certum non nominari, e. g. *ante menses aliquot*, vel *paucos*. Nunc tale nil occurrit. In MSS. legitur *meses*. Unde nescio, annon videri Noster possit scripsisse *menses sex*. Et est ratio, quia post incensam urbem Capitolium tenuerant obsessum per sex menses Galli, et post pacem fecerant, quo verisimile est tempore misisse, qui auxilia sua Dionysio offerrent, cum nimirum bellum cum Romanis esset finitum. De sex mensibus quod dixi, docet Florus I. 13. *Sex mensibus barbari circa montem unum pependerunt*. SCHEFF. — *Ante menses* scil. aliquot, de qua ellipsi vide Gronov. ad lib. VI. 6. nec non Davisium ad Min. Fel. cap. 11. et alios alibi. Illius autem immemores Vossius *mensem*, Schefferus *menses sex* rescribendum coniecerunt. WOPKENS. — Vossius legit, *ante mensem*; nec aliter ed. Rom. Ald. Iunt. Prius tamen sincerum est. Vide notam Avi ad VI. 7. 7. Periz. *ante paucos menses*. ABR. GRONOV.

ROMAM INCENDERANT. De Roma a Gallis capta et incensa pleni sunt auctorum libri. BONGARS. — Instar omnium esto Livius V. 41. et seqq. BERNEC.

ADEUNT: GENTEM SUAM etc. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *adeunt*, *gentemque suam*. ABR. GRONOV.

5. USUI EI FUTURAM VEL IN ACIE BELLANTI, VEL DE TERGO INTENTIS. Pronomen *ei* abest quint. Leid. *vel ante bellanti* sec. Leid. *vel ante in acie*, *vel de tergo int*. Ald. Iunt. ABR. GRONOV.

6. AUXILIIS GALLORUM AUCTUS, BELLUM VELUT EX INTEGRO RESTAURAT. Haec ita correxere, cum in MSS. legeretur: *bellum velut ex integro reliquit. restauratis autem*. Quod non frustra est. Ita enim emendandum erat: *auxiliis Gallorum auctus*, *belli*, *velut ex integro*, *reliquias restaurat*. *Iis autem* etc. Voss. — Ed. Veneta: *instaurat*. ABR. GRONOV.

7. INTESTINA DISCORDIA. Seneca Consol. ad Helviam cap. 6. *Non omnibus eadem causa relinquendi quaerendique patriam fuit. Alios excidia urbium suarum*, *hostilibus armis elapsos*, *in aliena*, *spoliatos suis*, *expulerunt: alios domestica seditio submovit: quosdam fertilis orae et in maius laudatae fama corrupit: alios alia caussa excivit domibus suis*. Adde Livium II. 16. 3. Sallust. Iugurth. cap. 78. 1. Tacit. Germ. 29. 1. BERNEC.

8. MEDIOLANUM. Quod aliis auctoribus *Mediolanium*, et *haec Mediolanus*, et *Mediolana*, pluraliter. Urbis originem exponit et Livius V. 34. 9. BERNEC.

COMUM. Saresber. Policrat. VI. 17. *Cornum*, in marg. *Cumas:* quod vitium mediis temporibus in codicibus fuisse testantur Otto Frisingensis et Conradus Urspergensis ab Ortelio citati. Vestigia tamen verae lectionis habuit Saresberiensis. SCHOETTGEN. — Ed. Bechar. *Contum*. Auctor libri de Gestis Treverorum, quem publicavit illustris Leibnitzius, cap. 8. pag. 9. post *Mediolanum*, addit *Ariminum:* cuius urbis mentionem quoque facit Albertus Stadensis in Chronico pag. 259. ubi ait: *Quidam Belgio*, *a quo Gallia Belgica*,

quae prius dicebatur Comata, CCC millia in Italiam secum duxit, et Mediolanum, Ariminum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum et Vincentiam condidit; et Illyricos sinus penetrans in Pannonia consedit. Postrema verba, *et Illyr. s.* etc. transcripsit ex lib. XXIV. 4. 2. ABR. GRONOV.

VERONAM. Huius originem et Livius V. 35. 1. ad Gallos cum Nostro referre videtur: at Plinius III. 19. ad Rhaetos Euganeosque. BERNEC.

VERGAMUM. Pro *Bergomum*, more posterioris aevi usitatissimo, *B* in *V* converso. BERNEC. — Haec barbari saeculi scriptura est. Recte Iuntae: *Bergomum.* Sicut et superius *Abellani* pro *Avellani.* GRAEV. — Antiquiores typis expressi, *Bergomum.* quod mirum cur Bongarsius mutarit; praesertim cum ipse notaverit, *Vergamum* more posterioris aevi formatum esse. VORST. — Saresber. *Bergamum*, in marg. *Vergamum.* SCHOETTG.

BERGOMUM. Ita cum Bechar. et Iuntina sec. Med. ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. atque Albertus. ABR. GRONOV.

TRIDENTUM. Plinius III. 19. Rhaetorum hoc, non Gallorum facit oppidum. BERNEC.

VICENTIAM. Memoratam Tacito Histor. III. 8. Plinio aliisque *Vicetia* est, imitatione Graecorum, qui ex *Albenses*, *Veronenses*, *Clemens*, et talibus, extruso *n*, Ἀλβήσιοι, Οὐερωνήσιοι, Κλήμης faciunt. Quomodo et Graecobarbaris *καστρέσιον* est *castrense*, *κιρκέσια*, *circensia*, ἔρμητα, *armenta* etc. De hoc toto loco vide Saresberiensem Policrat. lib. VI. cap. 17. BERNEC. — Saresber. *atque Vincentiam.* SCHOETTG. — Sec. Med. *Vicetiam:* quomodo in melioribus libris Plinii III. 19. legi testatur Lipsius ad Tacitum lib. III. Hist. cap. 8. Inscriptio: VICETIA et VICETINI. Adde Pignorium Epist. 26. ABR. GRONOV.

9. DUCE RHAETO. Sec. Med. sec. Leid. ed. Rom. Bechar. Med. *Reto*, et paullo post cum Periz. *Retorum* (Bech: *Retiorum*) pro vulg. *Rhaetorum.* Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *Rheto* et *Rhetiorum.* pr. Med. *Raeso* et *Rhetiorum.* Lege, *Raeto* et *Retorum.* Horatius lib. IV. Od. 4. v. 17.

Videre Raeti bella sub Alpibus
Drusum gerentem et Vindelici.

Orosius lib. VI. cap. 21. *Drusus Galliam Raetiamque sortitus.* Ita optimus Florent. Adde notam paternam ad Tacitum lib. II. Annal. cap. 12. *Gentem* quoque pro *gentes* dant eaedem edd. uterque Med. Magl. quint. Leid. Bodl. ABR. GRONOV.

GENTES RHAETORUM. Stephanus: Ῥαιτοὶ Τυῤῥηνικὸν ἔθνος. BONGARS. — Editio vetus praepositionem emisit ante *nomine.* lib. XLIV. 3. *Atque ibi urbem* nomine *antiquae patriae Salaminam condidisse.* At illa non nisi invito Iustino, in loco proposito abest. lib. XLIII. 1. *Urbem* ex *nomine uxoris Lavinium condidit.* Velleius Pat. I. 1. *Tres ibi urbes statuit, duas a patriae* nomine, *unam*

a victoriae memoria, *Mycenas*, *Tegeam*, *Pergamum*. Vide quae ad lib. VII. 1. WOPKENS.

10. REPARATO EXERCITU. Ed. Ienson. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *recuperato exerc.* ABR. GRONOV.

QUOD LUE DESERUERANT. Penultimam vocem omittit Vincentius lib. IV. cap. 72. ABR. GRONOV.

11. SUNIATUS. Magl. *Simicus*. Periz. *Sanniator*. Medicei, sec. quart. Leid. Bodl. ed. Ienson. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *Suniator*. Rom. *Surriator*. Ald. Iunt. *Suniacus*. ABR. GRONOV.

12. SEGNITIEM DUCIS. MSS. mei constanter *segnitiam ducis:* quod pro eodem est. Terentius And. I. 3. 1. *Nihil loci est segnitiae, neque socordiae.* alii dixerunt etiam *segnitas* pro eodem. Accius Aeneadis, sive Decio: *Eo nunc quod eorum segnitate ardet focus.* Item Andromeda: *Namque ut dicam te metu aut segnitate addubitare, haud meum est.* Ipse denique Cicero II. de Orat. 41. *Et quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.* MODIUS. — Medicei, Bodl. sec. Leid. Periz. ed. Rom. Flor. Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. *segnitiam:* nec aliter sec. Med. sec. quart. Leid. ed. Bongars. infra XXI. 2. 1. ABR. GRONOV.

FAMILIARITER. Vincentius: *familiari secreto.* ABR. GRONOV.

PRODITIONIS DAMNATUR. Ald. Iunt. *proditionis reus damnatur.* Rom. et MS. Coll. N. *proditionis eius d.* Magl. *eius prod. d.* ABR. GRONOV.

FACTO SENATUSCONSULTO. Pr. Leid. *f. senatus compulsu*, vitiose pro *consultu*, quomodo scriptum in Coll. N. et MSS. Bongarsii. De hac voce agit Avus ad Livium lib. III. cap. 62. ABR. GRONOV.

13. AUT LITTERIS GRAECIS, AUT SERMONI STUDERET. Quart. Leid. *sermone*. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Iunt. *aut Graeco sermoni studeret.* Ald. pr. Med. sec. quart. Leid. *aut literas Graecas aut sermonem studeret.* Cicero Orat. post red. in Sen. cap. 9. *quum vero etiam litteras studere incepit.* Plautus Milite V. 5. 44.

Magis metuant, minus has res studeant.

et Poenulo III. 1. 72.

Lenonem periurum ut perdas, id studes.

Inscriptio Lugdunensis ad S. Irenaei apud Illustr. Maffeium in Antiq. Galliae epist. XX. pag. 94. ELEMOSINAM ET ORACIONEM STUDUIT. ABR. GRONOV.

14. INSIDIIS AD POSTREMUM SUORUM INTERFICITUR. M. Cicero de Nat. Deor. III. 35. *Atque* (mallem *numque*) *in suo lectulo mortuus in Tympanidiis in rogum illatus est.* Diodorus XV. 74. refert, eum epulantem, et largius bibentem in morbum incidisse: fieri autem potest, ut cum insidiis suorum periret, id ebrietati tribueretur: quod Alexandro M. evenit. Vide Plutarchum et Probum in Dione. BONGARS. — Plinius VII. 53. gaudio exstinctum scribit, accepto tragicae victoriae nuntio. BERNEC. — MSS. ed. Bechar. Ald. Iunt. *ad postremum insidiis s. i.* Helladius in Chrestomathia de Dionysio

refert: ὅτι ὀνηλάτου μὲν υἱὸς Διονύσιος ἦν, ὁ τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη μ' δυοῖν ἀποδέοντα. Syncellus Chron. pag. 258. Διονύσιος Σικελίας τύραννος ἀπέθανε κρατήσας ἔτη ιή. lege λή. Abr. Gronov.

Insidiis suorum interficitur. Quod tamen nullibi scriptum arbitror. Faber.

COMMENTAR. IN LIB. XXI.

CAP. I.

1. Maximum natu ex filiis eius, nomine Dionysium. Alii scriptores dicerent, *nomine et ipsum Dionysium;* qui et ipse, ut pater, *Dionysius* dicebatur; et ita Iustinus alibi, *Fratremqne regis et ipsum Ariarathem nomine.* et XLI. 5. *Huius filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine.* Sic XLI. 4. *Morte Theodoti, metu liberatus, cum filio eius, et ipso Theodoto, foedus ac pacem fecit.* ubi, *et ipso Theodoto*, idem valet, ac, qui etiam Theodotus dicebatur. et XLII. 4. *Et ipse Phrahates nomine.* Faber.

2. Naturam eius. Plerique veteres *naturam eius*, ex quo *naturae ius* fecit doctor meus Iac. Cuiacius ad L. 5. de Pactis, quem vide. Error hinc natus est. In vett. libris diphthongus scribitur litteris separatis *ae*. Cum ergo in veteri esset *naturae ius*, negligens exscriptor, *natura eius* exscripsit, quod deinde audax corrector supraducta linea emendavit, ut legeretur *naturam eius*. Id et alii postea maiori etiam audacia mutarunt in *maturam aetatem eius*. Similibus mendis infectum Senecam, ostendit mihi Cl. et doctissimus Vir Nic. Faber libro de Ira II. 30. ubi legitur: *Pater est, tantum profuit, ut illi donanda iniuria eius sit.* cum in libris MSS. sit, *ut illi etiam iniuria eius sit*, nemo non doctissimo viro assentiatur, leg. *iniuriae ius sit.* et lib. I. de Clement. cap. 19. *Cum liceat innoxium aliis, et ob hoc securum, salutarem potentiam eius tractare.* Vett. Codices, *salutare potentia eius.* Quis non videat leg. *potentiae ius?* Sed Cuiacii emendationem probat auctor ipse II. 10. 2. *aetatis privilegium* dicit, *quod ius et ordo nascendi, et natura ipsa gentibus dedit.* et lib. XXXV. 3. 7. vocat *ius gentium.* Unde libenter emendarem locum libri XLI. 5. 9. infra, *quorum maior Phraates, more gentis, heres regni.* ut legeremus, *more gentium*, vel *iure gentium.* imperitus librarius pro *iore*, ut scribebant veteres, coniecit legendum, *more:* inde *more gentium*, tandem *more gentis.* supra lib. XVI. 2. 8. de Ptolemaeo: *Is contra ius gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, eiusque rei populo rationem reddiderat.* quae postrema verba notanda sunt, ut intelligamus, regem contra ius et receptos mores, nihil

absque consensu populi innovare posse. Nam et infra XXXIX. 3. 3. cum Aegypti regina minorem filium regem facere vellet, a populo compellitur, maiorem eligere. Herodotus VII. 2. ait, *νομιζόμενον εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν.* Neque lex divina quicquam patitur primogenito derogari. Deuteron. XXI. 14. Ius autem naturae esse ius gentium, notum est ex ICtorum libris. (§. 11. Instit. de Rer. Divis. et §. 42. d. t. *iure gentium, id est, iure naturali:* quia scilicet *naturalis ratio id inter omnes homines constituit.* §. 1. Instit. de Iure Nat. Gent. et Civ.) M. Cicero III. 5. de Offic. *Neque vero hoc solum natura, id est iure gentium* etc. De Dionysio iuniore lege Plutarchum et Probum in Dione, et Diodorum XVI. 5. cum seqq. et Gemistum. Bongars. — Coniecturam magni Cuiacii, qui *naturae ius* pro *naturam eius* legendum divinavit, firmant Magl. et sec. Leid. *futurum regnum* sec. Med. Abr. Gronov.

Si penes unum remansisset. Unde Stratius Attalo prudenter ingerit apud Livium XLV. 19. 14. *Si partem regni fraterni peteret, ambo infirmos distractis viribus, et omnibus iniuriis obnoxios fore.* Bernec. — Usitatissimum Nostro est tempora imperfectum et plusquamperfectum permutare. Ita ergo et nunc *remansisset* scripsit pro *remaneret.* Sequitur mox, *quam si portionibus inter plures fil. divideretur.* Vorst.

3. Aemulos imperii sui. Pronomen abest a sec. Leid. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

4. Quare. Forte, *quem.* Gronov. — Coniunctio *quare* minus apte haec cum superioribus nectit, nec satis in his *dissimulatum animum . . intendit,* constat Latinitas. Lege ergo cum MS. *Qua re paulisper dissimulata, animum prius* etc. ut cap. IV. Qua re *magistratibus per ministros* prodita, *scelus* etc. Et iam video hoc occupatum a Cl. Abr. Gronovio. Wopkens.

Qua re paullisper dissimulatum animum. Periz. *dissimulans.* Sec. Med. *qua re paullisper dissimulata, animum,* ut infra XXV. 4. 2. *dissimulatis caussis.* Abr. Gronov.

5. Igitur nexorum. Tacit. Histor. IV. 63. *Novum imperium inchoantibus utilis clementiae fama.* Bernec.

E carcere dimittit. Dorv. 2. *de carcere,* 3. *ex carcere,* Franeq. cum aliis *carcere* sine praep. Lucretius II. 923.

> *Quod si forte suum dimittunt* corpore *sensum*
> *Atque alium capiunt* etc.

Valer. Flaccus VII. 261.

> *Qualem nostra suo nunquam dimittere* portu
> *Vellet.*

Virgilius Aeneid. V. 98.

> *Animamque vocabat*
> *Anchisae magni, manesque* Acheronte *remissos.*

Ovidius Trist. V. 12. 26.

Et inter
Carceribus *missos ultimus ibis equos.*

Id genus sunt *carcere se fundere*, Val. Flacc. I. 610. sexcenta alia. In Iustino tamen praepositionem adservaverim. Confer quae supra ad lib. XIX. 3. WOPKENS.

PER TRIENNIUM REMITTIT. Aldina et Iuntina addunt, *fratres revocat.* ABR. GRONOV.

6. NON COGNATOS TANTUM etc. Plutarchus in Demetrio cap. 5. *Familiae Regum* (Alexandro M. succedentium) *paene omnes frequentes habent liberorum, frequentes etiam matrum neces et uxorum. Nam fratrum parricidia, ut POSTULATA geometrae sumunt, sic concedebantur habebanturque commune quoddam postulatum et regium ad securitatem.* Quo exemplo Turcarum quoque Principes imperium a parricidiis auspicantur. BERNEC. — Ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. Bongars. *sed etiam ipsos fratres int.* Magl. *sed ipsos etiam fratres int.* Periz. *sed et ipsos int.* ABR. GRONOV.

7. NE SPIRITUS QUIDEM CONSORTIUM RELINQUERET. Si quis ita loqueretur, *Titius mihi vitae societatem reliquit,* is male loqueretur. Possumus dicere, *ille mihi societatem honoris reliquit*, quia societas eiusmodi, donum est illius hominis; at de vita non itidem sentias. Quare consortium istud spiritus, seu vitae, nequaquam placet. Scripserat Iustinus, *ne spiritum quidem*, id est animam, *relinqueret.* FABER. — Hoc vocabulum *consortium* glossatoris mihi esse, non Iustini videtur. Non enim solet alibi temere hoc plebeio genere sermonis uti. SCHEFF. — Controversiam movent huic lectioni viri docti. Fateor *consortium* posse sine sententiae detrimento semel deleri; sed nec incommode, quin ἐν δυνάμει, repetitur. Sic XXIII. 2. *nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos viri spiritus exciperet.* Potuisset scribere: *nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremum viri exciperet.* Sed sic maluit. Et haec vocum iteratio cum apud poëtas, tum apud oratores et historicos saepe vi singulari est. Sed τῷ *consortium* expuncto legendum esse *spiritum*, viris doctis minime possum assentiri. *Consortium* est cohereditas. *Consortes* sunt coheredes. Hoc igitur dixit Iustinus: qui debebant esse cum eo heredes regni, illos ne communis huius vitae usura secum frui patiebatur; seu: qui cum illo debebant regnare, eos ne secum quidem vivere sinebat. Apud Ovid. in Epist. Heroid. *consortes generis* dicuntur eiusdem generis participes, sive consanguinei. Quidni ergo et *vitae consortes* dici possint ii, qui eiusdem vitae sunt participes. GRAEV.

TYRANNIDEM IN SUOS PRIUS QUAM IN EXTEROS AUSPICATUS. Lege ex MS. *in suos, quam in exteros.* quomodo loquuntur optimi scriptores. VOSS.

CAP. II.

1. SAGINAM. Adde XXXIV. 2. 7. et XXXVIII. 8. 14. praecipue de Ptolemaei prodigiosa obesitate Athenaeum consule a fine lib. XII. cum Aeliano Var. Histor. IX. 13. BERNEC.

EX NIMIA LUXURIA, OCULORUMQUE VALETUDINEM CONTRAXIT. Nihil enim est, quod certiorem aut citiorem inducat caliginem iugi ingluvie: quia, ut ait Portunianus, *edacitas cibos terit, sed oculos vorat.* Haec Saresberiens. Policrat. VIII. 6. m. ubi locus hic Trogi laudatur. BERNEC. — Valerius Max. VI. 4. Ext. 2. *adversam valetudinem oculorum* dicit. Sed *valetudo oculorum* tantundem esse potest. Livius XXVI. 22. *Valetudinem oculorum excusavit.* Nimirum *valetudo* pro invaletudine quoque seu valetudine adversa saepissime ponitur. VORST. — Ita Livius XXXII. 34. 2. Vide supra notam ad XII. 2. 11. BERNEC.

ADEO UT NON SOLEM, NON PULVEREM, NON DENIQUE SPLENDOREM FERRE LUCIS IPSIUS POSSET. Merito mihi suspectus est hic locus. Quid enim sibi vult *pulvis*, quem etiam oculi recte se habentes ferre non possunt? MS. Leidensis pro *pulverem* disertim habet *fulgurem.* [Vid. Gronov. Praefat. pag. 36. FR.] Unde *fulgorem* legendum esse quivis facile videt. Nec obstat huic lectioni, quod statim Iustinus subiiciat *splendorem.* Aliud enim *fulgorem*, aliud *splendorem* esse philosophi docent. Et qui accurate loquuntur, pariter etiam distinguunt. BOXHORN. — Quum ne sani quidem oculi pulverem ferant, pro *pulverem* reponebat Boxhornius *fulgorem*, adnuente Leidensi, in quo exstat *fulgurem.* Sed ita hunc aut talem aliquem in modum scribere debuisset Iustinus, *adeo ut non solis fulgorem, non denique splendorem f. l. i. p.:* minus enim bene a *sole* ita *fulgor* distingueretur. Ex vulgata autem lectione hoc satis commode dicit, fuisse Dionysium, contra quam agiles fortesque viri solent, *solis pulverisque* plane impatientem. Horatius I. Od. 8. 3.

Cur apricum
Oderit campum, patiens, pulveris atque *solis?*

Tacitum Hist. II. 99. *Impatiens* solis, pulveris, *tempestatum miles.* Plinius IX. epist. 2. *quum castra, quum denique cornua, tubas, sudorem*, pulverem, soles *cogitamus.* Livius XLIV. 38. *utrum militem . . madentem sudore, ardentibus siti faucibus, ore atque oculis repletis* pulvere, *torrentem meridiano* sole, *hosti obiicias.* Cicero de Leg. III. 6. metaphorice: *doctrinam . . non modo in* solem *atque in* pulverem, *sed in ipsum discrimen aciemque produxit.* Ita incommoda bellica etiam *sudoris ac pulveris* vocibus denotari solent. Sallust. Iug. cap. LXXXV. 41. Sudorem, pulverem *et alia talia relinquant nobis.* WOPKENS. — Vegetius lib. I. cap. 3. *solem pulveremque ferre condiscunt.* ABR. GRONOV.

2. NEC, UT PATER, CARCEREM. Verba, *ut pater*, reliquis secernenda commatibus. debent enim intelligi de Dionysii huius patre,

id est Dionysio seniore. SCHEFF. — Pr. Med. sec. quint. Leid. *carcerem modo nexis*. ABR. GRONOV.

5. PRAEDAM ET URBIS DIREPTIONEM. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *praedam, urbisque dir*. ABR. GRONOV.

8. DIONYSIUS PELLITUR. Opera Dionis inprimis. BONGARS.

9. A LOCRENSIBUS. Vide Strabonem lib. VI. et Aelianum IX. 8. Var. Hist. BONGARS.

VELUT IURE REGNARET etc. Demosthenes Philip. II. m. *Rex et tyrannus omnis est libertatis inimicus et legibus infestus.* Livius XLIV. 24. 1. *Natura inimica inter se sunt libera civitas et rex.* Otanes apud Herodot. III. 80. *Vir tyrannus iura patriae labefactat, feminis vim adfert, indemnatos interimit.* BERNEC. — Hoc *iure* mihi valde suspectum est. Nec enim de eo agitur, iurene an iniuria regnaverit Dionysius, sed quomodo ubique, quoquo concessisset, regnare voluerit. Suspicor autem scripsisse, *velut ubique regnaret.* In voce *ubique* primae duae litterae per praecedentes paene similes absumptae sunt. SCHEFF. — Hoc est, velut ius summi imperii vel regni ipsi competeret. Cicero pro Domo cap. 8. *cum lege nefaria Ptolemaeum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, eodem* iure regnantem, *caussa incognita publicasses.* Frustra Schefferus suspicatur *velut ubique regnaret.* WOPKENS.

SOLITAMQUE SIBI SAEVITIAM. Iuntae: *solitamque ibi.* ABR. GRONOV.

10. SPONSIS. MSS. habent vel *procis*, vel *sponsis procis.* Unde colligo, τὸ *procis* esse lectionem veram, *sponsis* autem glossam, cum praesertim aliis in libris occurrat *proceribus*, quod sine dubio ex *procis* factum. SCHEFF.

LOCUPLETISSIMOS etc. Aristoteles Politic. V. 11. tradit, proprium tyrannorum esse, cives reddere pauperes, ut Nero dixit apud Suetonium cap. 32. *hoc agere, ne quis quidquam habeat:* tum ut exhaustis civibus facultatem adimant nocendi: tum etiam, quia ipsis in luxum et libidinem perenni sumptu est opus. BERNEC.

CAP. III.

2. CUM RHEGINORUM TYRANNI LEOPHRONIS BELLO LOCRENSES PREMERENTUR. Bechar. *Leofronis.* Ald. Iunt. *Leophonis.* Magl. Thuan. a sec. m. *cum ergo tyrannide eius, et finitimorum bello Locr. prem.* idemque in MS. reperit Bongarsius. ABR. GRONOV.

DIE FESTO VENERIS. Ἀφροδίσια sunt Athenaeo lib. III. et IV. *Veneralia* quidam interpretantur, sicut Bacchanalia, Saturnalia etc. BERNEC.

VOVERANT UT VIRGINES SUAS PROSTITUERENT. Pro voverant se prostituturos, vel quod prostituere vellent. *Ut* pro *quod* non rarum, apud Nostrum quoque. Vide Notas ad V. 3. 3. ac lib. de Latinit. f. susp. cap. 24. VORST. — Pr. Med. Bodl. *Veneri.* Periz. *ut die festo virgines suas Veneri prost.* ABR. GRONOV.

4. Ex quibus sorte ductae centum. Pr. Med. Magl. sec. Leid. *sorte ducta*, male. Suetonius Domit. cap. 4. *ex quo* (collegio) *sorte ducti magisterio fungerentur.* Apuleius lib. IV. Metamorph. pag. 67. *quo speculatores e numero latronum sorte ducti noctibus excubabant.* et pag. 68. *Hi simili lavacro refoti, inter foros sociorum sese reponunt: nunc sorte ducti ministerium faciunt.* Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *centum ductae.* Abr. Gronov.

5. Illae maritis traderentur. In MSS. est *viris* pro *maribus*, quod praefero, et hoc posterius glossatoris puto. *Viros* certe sic usurpat etiam in sequentibus. Sententia haec est: decretum faciendum, ne qua virgo nuberet, priusquam illae centum, quae prostitissent in lupanari, invenissent viros, eisque fuissent nuptae. Scheff.

10. Securis omnibus. Vell. Paterc. II. 118. *Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; et frequentissimum initium est calamitatis, SECURITAS.* Bernec.

- Per proditionem recepit. Medicei, sec. quint. Leid. Bodl. Periz. *recipit.* Coll. N. *ibi Syracusas . . . proditione recipit.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Princeps Carthaginiensium Hanno. Orosius IV. 6. Bongars.

. Quibus vires reipubicae superabat. Eaedem, *q. reip. sup. vires.* Thuan. *q. v. publicae rei sup.* Abr. Gronov.

Ad occupandam. Thuan. Coll. N. *in occupandam.* Abr. Gron.

2. Solemnem nuptiarum diem. Nec enim Eoae illae Par. primum infandi sceleris exemplum sunt. Quadrat Hispanorum adagium: *Nullibi magis panoplian requiri, quam in nuptiis et publicis ludis.* Vide Camerar. Oper. Subcisiv. I. 83. et III. 89. Bernec.

Orbam. Senatu, quasi parentibus, destitutam. Bernec.

4. Res cognita. Saepe *solum insidiarum remedium est, si non intelligantur.* Tacitus Annal. XIV. 6. Tali consilio militum conspirationem declinare conatus est Vocula apud eundem Histor. IV. 56. et declinavit Eteonicus apud Xenoph. Hist. Graec. lib. II. princ. Bernec.

Cogitata. Coniurationi et insidiis hoc verbi competit. Suetonius Tib. cap. 19. *Tormentis expressa confessio cogitati facinoris.* et in Calig. cap. 12. *Etsi non de perfecto, at certe de cogitato parricidio professus.* Ita Curtius VI. 10. 18. et VIII. 7. 18. Bernec.

5. Ne persona designata, non vitia correcta viderentur. Iuntae nonnullique alii editi libri: *ne persona designata, sed vitia correpta vid.* Sensus necessario requirit *sed.* Lege itaque: *ne persona designata, sed vitia correcta viderentur.* Posset et *correpta* ferri. ut *correptus voce magistri,* apud Horat. Sed praeferenda veterum codicum scriptura. Graev.

Sed vitia correcta viderentur. Lectio haec ex editionibus antiquis retracta est, ut ex collectione Var. Lectionum Bongarsii apparet, et ex Iuntina. Est autem optima scriptura, et Graevio nostro probatur. Sive autem *correcta* legas, sive *correpta*, nihil interduim. Faber. — Antiquiores typis expressi Becharii, Maioris, et teste Graevio Iuntarum habent, *sed vitia correpta.* quod mirum a Bongarsio mutatum esse. *Corripere* pro reprehendere, increpare, satis notum. Vocula *sed* quoque abesse hinc non posse videtur. Vorst. — Iuntina, *persona designata, sed vitia correpta.* Probant viri docti. Sed fortasse non necesse est, ut pro *non* substituatur *sed*, cum, si vocabulum *non* iungamus cum *viderentur*, omnia sint clara. Ordo: *ne videretur designata persona, at non viderentur correpta vitia.* Scheff. — Malim cum Dorv. 2. et Iuntina aliisque edd. *correpta viderentur.* Sensus: ne non improbata aut castigata viderentur vitia, sed designata et opprobio tantummodo exposita persona. Cum Scheffero autem credo, non opus esse ex quibusdam edd. rescribi *sed* (pro *non*) *vitia c. v.* quamvis hoc necessarium Graevio aliisque visum fuerit. Altera lectio nostris quoque quatuor MSS. stabilitur. Wopk. — Reg. Thuan. a sec. m. ed. Med. *correpta.* Magl. ed. Ven. Florent. Ald. Iunt. *correpta esse vid.* Abr. Gronov.

6. Iterum servitia concitat. Quomodo *iterum?* Num ea ante concitaverat? Atqui nil de eo apud Nostrum. Latet in vocabulo hoc mendum, quod tamen quomodo corrigi debeat, nunc non excogito. Scheff. — Quia non liquet, iam ante concitata fuisse a Dionysio servitia, mendi quidpiam in voce *iterum* latere putabat Schefferus. Sed *iterum* fere idem hic est, quod deinceps, rursum aliquid machinatus. Sic *rursum* in his Dict. Cretens. II. 40. *Nostris . . indignantibus quod duobus seorsum adversum se . . decernentibus, repente a Troianis pessimo more intercederetur,* rursus *globus barbarorum ingruens Alexandrum e medio rapit.* in his, inquam, *rursum* valet, postquam iam Alexandro succurrisset Pandarus: neque enim iam antea barbari e medio rapuerant Alexandrum. Wopkens.

Armatis occupat. *Armatus* vetus ed. habet; sed alterum Iustini est: formaque tralatitia dr. *viginti millia armata servorum,* pro vig. millia armatorum servorum. lib. XXIV. 7. *Habebat* lecta (i. e. lectorum) *ex omni exercitu peditum sexaginta quinque millia.* Livius XXII. 60. *Haberetis hodie viginti millia armatorum Canusii* fortia, fidelia, *P. C.* ubi noluissem virum celeb. reponere *fortium, fidelium*, vel *fortes, fideles.* lib. XXXVIII. 16. *Non plus ex viginti millibus hominum, quam decem,* armata *erant.* lib. XLII. 8. *Tot millia capitum innoxiorum fidem* implorantia *populi R. . . pessimo exemplo venisse.* Tacitus Hist. II. 87. *Sexaginta millia armatorum sequebantur licentia* corrupta. Conferatur idem Annal. XIV. 16. *Quod species ipsa carminum docet, non impetu et instinctu, nec ore uno* fluens. i. e. fluentium. Orosius I. 10. *Post locustarum nubes . . radices seminum* persequentes. Seneca Epist. XXIV. *Quid . . ostendis . . . turbam carnificum circa te* frementem? cum nota Gro-

novii. Unde ex praestantissimi Clerici emendatione, quamvis renitente Burmanno, Albinovani Eleg. I. 41. recte legimus:

Quid tibi nunc mores prosunt, actumque pudice
Omne aevum et tanto tam placuisse viro?
Quidve pudicitiae turba inviolata *bonorum,*
Ultima sit laudes inter ut illa tuas?

hoc est, quidve pudicitiae tot aliae virtutes inviolatae etc.? Wopkens.

7. Regemque Maurorum. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Mauritanorum*. Abr. Gronov.

Velut a singulis membris poenae exigerentur. In simili casu, simili acumine Florus III. 21. 48. *Ut per singula membra moreretur*. Plinius tamen lib. VIII. cap. 16. sub finem, diversam caussam mortis Hannonis adfert. Adde infra XXII. 7. 10. Senecam de Ira III. 18. 1. Bernec.

In crucem figitur. Becharii, et aliae antiquiores editiones, *in cruce figitur:* quomodo dicunt, *in loco ponere*, vel *reponere*. Sed et ipsum τὸ *figere in aliquo* habent alii. Vorst. — Vetustiores, *in cruce figitur*. Scheff. — Sic et Iunt. Graev. — Quint. Leid. Coll. N. ed. Rom. Bongars. *in crucem*. Orosius lib. IV. cap. 6. *cruci suffixum*. Abr. Gronov.

8. Filii quoque . . . supplicio traduntur. Dorv. 3. *supplicio et morti traduntur*. Quae lectio haud dubie de glossa manavit. Solet autem *supplicium* apud Nostrum aliosque sumi pro mortis supplicio. lib. XII. 11. *Tredecim correptos manu sua ipse ad* supplicia *duxit. Tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi* supplicii *constantiam disciplina militaris dabat.* et saepius alibi. Wopkens.

Ad imitandum scelus. Haec una est ex rationibus Legis 5. Cod. ad Leg. Iul. Maiest. cuius sanctio alias iniqua videri possit: quia scilicet in posteris exempla paterni, hoc est, hereditarii criminis metuuntur. Nota Cassiorum, Corneliorum, Brutorum etc. historia. Bernec.

CAP. V.

1. Dionysius Syracusis receptus. *Receptis* malebat Parens, cui suffragantur sec. Med. Thuan. Supra cap. 3. f. *Ibi Syracusas, securis omnibus, post longam intercapedinem pacis, per proditionem recipit*. Abr. Gronov.

2. Deposito imperio, arcem Syracusanis. Timoleonti et Corinthiis παραδιδοὺς αὐτὸν καὶ τὴν ἀκρόπολιν. Legendus Plutarchus cap. 17. et Probus in Timoleonte. Diodorus XVI. 17. Bongars.

Tradidit. Puto, *tradit*, ob verbum sequens *proficiscitur*. Faber. — Sic recte Iuntae. Graev.

RECEPTO PRIVATO INSTRUMENTO. *Recipere* hic idem est, quod excipere, vel retinere, quomodo etiam hoc verbum usurpatur ab ICtis. Unde *servus receptitius*, apud Gell. XVII. 6. et Cic. Top. 26. *Cum aedes fundumve vendiderint*, *rutis caesis receptis*, et II. de Orat. 55. *Cum aedes venderes*, *ne in rutis quidem et caesis tibi paternum solum recepisti.* Vid. Not. ad Senec. de Consol. ad Marc. 10. GRONOV.

CORINTHUM IN EXSILIUM. *Περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν.* Diodor. cap. 71. Inde natum proverbium, *Dionysius Corinthi.* BONGARS. — Quod extat in Cicer. IX. ad Attic. Ep. 9. Quintilian. VIII. 6. Laërtii Platone. Originem adagii tradit Plutarchus de Garrul. cap. 23. Adde Cicer. Tuscul. III. 12. Valer. Max. VI. 9. BERNEC.

3. HUMILLIMA QUAEQUE TUTISSIMA. Seneca Epist. 105. pr. *Multi in contemptu remedii causa delituerunt* etc. Ut Brutus apud Livium I. 56. 9. Archelaus apud Suetonium in eius vita cap. 38. BERNEC.

4. NON CONTENTUS . . TOTIS DIEBUS DESIDERE. In Dorv. 1. et 3. cum ed. vet. est *residere.* Sed alterum satis congruum et significantius est. Martialis III. 63.

Inter femineas tota *qui* luce *cathedras*
Desidet.

Notetur autem *ἄκυρον* illud, quod *sed totis diebus desidere*, post illa *non contentus* . . *conspici in popinis*, dicatur pro, *etiam totis diebus desidebat.* Tacitus Agric. cap. 19. *Nec poena semper* (i. e. nec poenam semper exigere) *sed saepius poenitentia contentus esse.* WOPKENS.

5. PANNOSUSQUE ET SQUALIDUS. Angli, *pannosus et squalidus*, placet. SCHEFF.

6. QUOD EMERE NON POTERAT. Sec. Med. Magl. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *quae emere non poteret.* ABR. GRONOV.

OCULIS DEVORARE. Hoc est, avide spectare. Ita Martialis I. 97. et *oculis comedere* IX. 60. Adde Val. Max. IX. 2. 1. BERNEC. — Simili forma Seneca Nat. Quaest. III. 18. *Non sunt* ad *popinam dentibus et ventre et ore contenti*, oculis *quoque* gulosi *sunt.* Salvianus Gub. VI. pag. 172. *Hoc est non minus poena hominum adspectibus*, *quam bestiarum dentibus* devorari. Plin. VIII. ep. XVIII. *Tantas opes solis* oculis *obibat.* ubi vide Cortium, ut et ad Sallust. Iug. cap. 20. 6. WOPKENS.

7. APUD AEDILES ADVERSUS LENONES IURGARI. Aedilibus enim cura fornicum popinarumque fuit: quae propterea *loca Aedilem metuentia* vocat Seneca ad Vit. Beat. cap. 7. Vide Lips. ad Tacit. II. Annal. excursu O. Adde notata superius ad XIX. 1. 7. BERNEC. — MSS. mei *iurgare*, ut Cicero dixit lib. IV. de Repub. *Si iurgant, benivolorum concertatio est.* Horatius tamen maluit illo uti, dum ait Satir. II. 2. 99.

iure, inquis, Thrasius istis
Iurgatur verbis.

Modius. — Medicei, Magl. sec. Leid. Bodl. Coll. N. et C. C. atque MSS. Fuldenses, *iurgare.* Abr. Gronov.

Omniaque ita facere, ut contemnendus etc. Mallem, *omniaque ista facere*, quod habent quidam MSS. Non enim tam de modo hic est sermo, quam de fine ac proposito, quo fecerit. Itaque et paulo post, *ut a timentibus semper in publico videretur, aut a non timentibus facilius contemneretur.* quia nempe nunquam putabat satis contemptibilem se facere, qui nunquam satis credebat se securum. Scheff. — Adstipulantur Iuntae. Graev. — Tres nostri Dorv. ut ed. vetus, *omnia ita facere.* Equidem nec *ita* nec *ista* hic magnopere desideraverim. Livius XXXVI. 15. Omnia *sedulo a se* facta, *ut quam plurimos ex civitatibus suis evocarent.* Ovidius Metam. IX. 540.

Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Di testes) *ut tandem sanior essem.*

Hegesippus I. 30. *Deinde profectus Hierosolymam cum* omnia fecisset, *ne pugnandi haberet necessitatem* etc. Sic πάντα ποιεῖν apud Graecos. Forsan autem a Iustini fuit manu, *omniaque astu facere, ut* etc. quemadmodum mox *magisque haec* arte, *quam amisso regali pudore faciebat.* lib. XXXVIII. 8. *Quam foeditatem nimia subtilitas perlucidae vestis augebat: prorsus quasi* astu *inspicienda praeberentur, quae omni studio occultanda pudibundo viro erant.* Wopkens.

8. Novissime ludimagistrum professus. Periz. ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *novissime se lud.* Columella praef. lib. I. *Agricolationis neque doctores qui se profiterentur neque discipulos cognovi.* Saresberiensis lib. VII. cap. 5. pag. 419. *Iamque carminum confidentia elatus, actorem se profiteri cupiebat.* Magl. Thuan. ed. Rom. *Novissime autem lud.* Abr. Gronov.

Pueros in trivio docebat. Nihil novi, de loco ad docendum; nam, ut ex comoediis veterum discere est, pueri apud Graecos in triviis docebantur. Faber.

In publico videretur. Sec. Med. *viseretur.* Abr. Gronov.

9. Naturae. Freinshem. *natura* mavult. Bernec. — Lego omnino cum Freinshemio *non natura erat*, i. e. naturale, naturae ipsius proprium, qualia Dionysio erant vitia tyrannica. Per eandem metonymiam Seneca Clement. II. 2. *Ut quod nunc* natura *et impetus est, fiat iudicium.* i. e. naturae effectum. Sallust. Iug. cap. 85. 9. *Mihi . . benefacere iam ex consuetudine in* naturam *vertit.* Sulp. Severus Dial. I. 7. *Cui vel necessitas vel* natura *est esurire.* et cap. 8. *Nam edacitas in Graecis gula est, in Gallis* natura. Boëtius Cons. II. 5. *Nam ceteris animantibus sese ignorare* natura *est, hominibus vero vitio venit.* Pacatus Paneg. cap. 10. *Et quidquid homines vocamus laborem, vestra* natura *est.* Sic *necessitas* et *voluntas* pro rebus necessariis aut voluntariis sumitur. Vide Bune-

mannum ad Lactantium V. 19. WOPKENS. — Coniecturam Freinshemii emendantis, *natura*, tuetur Avus ad Senecam lib. II. Nat. Quaest. cap. 25. ABR. GRONOV.

REGALI. *Tò regali* nescit Periz. ABR. GRONOV.

10. NEQUE HONESTA, SED TUTA etc. *Honesta utilibus cedunt in rebus extremis.* Livius XXIII. 14. 4. *Cedit interdum generosus spiritus utilitati, et fortunae viribus succumbit, ubi, nisi tutiora legerit consilia, speciosa sequenti concidendum est.* Valer. Max. VII. 6. 1. BERNEC. — Livius XXVIII. 25. *Omnia* circumspectantes consilia, *nihil reliqui habebant praeter non tutissimum a malis consiliis receptum.* ubi *consilia* cum Gronovio exscindere mihi religio est. WOPKENS.

SIMULATIONUM ARTES INSIMULATUS. Medicei, Magl. sec. quint. Leid. Bodl. Periz. ed. Ven. et quinque aliae, *artes ter insimulatus. Ter* ex ultima proxime praecedentis vocis syllaba *tes* ortum fuisse, suspicabatur Bongarius in Var. Lect. ABR. GRONOV.

CAP. VI.

1. AFRICAM VELLET ADIUNGERE. Sec. Med. tres Leid. Thuan. Periz. Coll. N. *Africum.* Saxo lib. XIV. pag. 308. 22. *haud dubie regno Danico Noricum coniunxisset.* ABR. GRONOV.

RHODANUM. Quidam MSS. *Rodonum*, alii *Rodonem.* Frontinus Strategem. I. 2. 3. *Rodinum.* BONGARS. — Nescio quomodo mihi *Rhodinum* Frontini magis arrideat; et suspicor, id ei cognomentum datum a Rhodo insula. SCHEFF.

HAMILCAREM COGNOMENTO RHODANUM. Sec. Leid. *Roxanum.* quintus, pr. Med. Bodl. *Roxannum.* MSS. Dorvilliani, teste Cl. Oudendorpio ad Frontinum I. 2. 3. *Rodonum* et *Rhodonem.* Posterius quoque exhibent Magl. ed. Rom. idemque cognomen exstat in Inscript. apud Gruterum pag. 698. 8. N. OGULNIO RHODONI. et pag. 813. 1. N. OGULNIUS RHODO. et pag. 849. 8. L. PACCIO RHODONI. *Ῥόδων* quoque nominatur Phocaeensium legatus ad Seleucum Antiochi filium a Polybio Leg. XVIII. Vulgatum tuentur Orosius et Vincentius: eodemque nomine usi fuerunt plures, ut *Rhodanus* sub Diocletiano et Maximiano Inscript. L. 2. C. de Usucap. pro don. et *Ῥοδανὸς* Episcopus, qui adfuit Concilio Mediolanensi, apud Zozomenum lib. IV. Hist. Eccl. cap. 9. et Praepositus sub Valentiniano I. apud Zonaram lib. XIII. cap. 15. atque in Inscript. Grut. pag. 567. 7. RHODANO CAESARIS VERNA. et pag. 1012. 10. HERCULI RODANUS PRO SE ET DATIANO V. S. L. M. RHODANUS quoque cognominatur T. SEXTIUS in Inscript. Grut. pag. 706. 15. observante Cl. Oudendorpio l. l. qui inter variantes lectiones codicum MSS. atque editionum Frontini adfert *Rhodium* pro vulg. *Rhodinum*, idemque in quarto codice MS. Bibliothecae Regiae reperisse se testatur proavunculus meus Tennulius. Istud autem cognomen Punicum esse apparet ex Polybio lib. I. Hist. cap. 46. *Τοῖς*

δὲ ἐν τῇ Καρχηδόνι βουλομένοις μὲν εἰδέναι τὰ περὶ τὸ *Λιλύβαιον*, οὐ δυναμένοις δὲ, διὰ τὸ τοὺς μὲν συγκεκλεῖσθαι, τοὺς δὲ παραφυλάττεσθαι φιλοτίμως, ἐπηγγείλατό τις ἀνὴρ τῶν ἐνδόξων *Ἀννίβας* ἐπικαλούμενος Ῥόδιος, εἰσπλεύσας εἰς τὸ *Λιλύβαιον*. ABR. GRONOV.

VIRUM SOLLERTIA FACUNDIAQUE. Medicei, *facundia sollertiaque* Orosius: *virum facundia sollertiaque insignem*. ABR. GRONOV.

2. TYRUS URBS. Pr. Leid. *Tiros*. sec. Med. Thuan. quart. Leid. Coll. N. *Tyros*. Ita supra XVIII. 3. 5. *Tyron*, et apud Senecam lib. VI. Nat. Quaest. cap. 1. et Curtius lib. IV. cap. 4. *Tyros*. ABR. GRONOV.

AUCTOR ORIGINIS. Vide supra XVIII. 3. 1. etc. BERNEC.

3. ALEXANDRIA. Supra XI. 11. 13. BERNEC.

4. NEC CUPIDITAS. Seneca de Clement. I. 1. *Facit avidos nimia felicitas: nec tam temperatae cupiditates sunt unquam, ut in eo quod contigit, desinant; gradus a magnis ad maiora fit: et spes improbissimas complectuntur, insperata assecuti.* Similia Thucydides IV. 4. 4. et IV. 12. 37. Diodorus XIX. 1. Noster infra XXIII. 1. 2. BERNEC.

5. PROFUGISSE AD REGEM EXPULSUM PATRIA FINGIT. Sec. Leid. *profugum se*. tert. *profugisse ad r.* Periz. *profugisse ad regem expulsum se patria fingit.* Vincentius lib. V. cap. 63. *profugisse se ad regem tanquam pulsum patria f.* ABR. GRONOV.

MILITEMQUE SE EXPEDITIONIS OFFERT. Mallem *comitemque se expeditionis offert.* Valer. Maximus IV. 3. 2. *Atque ita Munacius Rufus, Cypriacae* expeditionis *fidus* comes, *scriptis suis significat.* WOPKENS.

6. IN TABELLIS LIGNEIS. Imitatione Demarati, de quo superius II. 10. 13. Aeneas in Polioreet. cap. 31. praeter alios occulte scribendi modos, hunc ipsum quoque memorat: nisi quod creta similive terra, non infusa cera scripturam deletam ait. Unde etiam modus retegendi litteras diversus. Noster ait, erasa cera lectas esse tabellas: Aeneas, ligneam tabellam in aqua positam, eluta creta, scripturam ostendisse. Agellius XVII. 9. BERNEC. — Vincentius: *in tabulis*. Magl. abest τὸ *vacua*. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *desuper caera* (Periz. *cera*. Bechar. *cena*) *desuper vacua ind.* Ald. Iunt. *caera desuper vacua*. ABR. GRONOV.

7. REVERSUM IN PATRIAM. Ald. Iunt. *in patria*. ABR. GRON.

VENDITASSET. Ita Vett. quomodo etiam legendum in Orosio IV. 6. cuius MS. habet, *indicasset*. BONGARS. — Hoc praeplacet utraque sensu. Cic. pro Arch. cap. 11. *iam me vobis indicabo*. Plaut. Persae IV. 4. 32. *Indica, fac precium*. Do. *tua merx est, tua indicatio est*. BERNEC.

VERUM ETIAM ET CRUDELI ANIMO. Vix est dubium, quin vel *etiam*, vel *et* hic sit intrusum a glossa. Mallem *etiam* delere. SCHEFF. — Aut *etiam* aut *et* abundare bene monet Schefferus. Excidisse autem vocem hic reponendam Iuntina nobis ostendit, in qua

legitur: *Verum etiam invido et crudeli animo.* Invidebant Hamilcari hanc laudem, quam ex legatione tam pulchre pro re patriae gesta sibi pepererat. GRAEV. — Sic ex Iuntina edit. legi merito placuit Graevio, cum vulgo absit vox *invido.* Orosius IV. 6. *non ingrato tantum animo, verum etiam crudeli* invidia *necaverunt.* WOPKENS.

COMMENTAR. IN LIB. XXII.

CAP. I.

1. AGATHOCLES. Lege Diodorum lib. XIX. BONGARS. — Itemque Polybium XII. 6. etc. et Suidam, cuius illa verba, τί δ᾽ οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ᾽ οὐκ ἐμὲ σύ; non est assecutus interpres. Nam hoc haud dubie sibi volunt, quod ista Ciceronis, Caesari mutuum cum Nicomede stuprum obiectantis, apud Suet. Caes. 49. 7. *Novum est, et quid ille tibi, et quid illi tu dederis.* BERNEC.

2. QUIPPE IN SICILIA PATRE FIGULO NATUS. Plutarchus in Apophtheg. cap. 26. BONGARS. — Hinc elegans illud Ausonii doctissimi poëtae epigramma VIII. cuius lemma est, *Exhortatio ad modestiam*, his verbis:

Fama est fictilibus coenasse Agathoclea regem,
Atque abacum Samio saepe onerasse luto.
Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis;
Et misceret opes pauperiemque simul.
Quaerenti causam, respondit, Rex ego qui sum
Sicaniae, figulo sum genitore satus.
Fortunam reverenter habe; quicumque repente
Dives ab exili progrediere loco.

MODIUS. — Abest in quibusdam MSS. *patre*, uti multoties omittunt librarii, quae abesse possunt. Dorv. 2. non agnoscit *natus*, quod tamen quin a Iustino additum fuerit, dubitari non sinit illud *in Sicilia:* quamvis alibi praetermitti hoc participium soleat. Tacitus Ann. IV. 20. *At Messallinus Cotta haud minus claris* maioribus, *sed animo diversus, censuit cavendum* etc. Hist. III. 9: *Legioni tribunus Vipsanius Messalla praeerat, claris* maioribus, *egregius ipse, et qui* etc. Suetonius Othone cap. 1. *Avus M. Salvius Otho*, patre *equite Romano*, matre *humili . . senator est factus*, *nec* etc. Florus III. 1. *Hic* avo *Masinissa et Micipsa* patre *per adoptionem, quum interficere* etc. Cicero Catil. I. cap. 2. *Interfectus est . . C. Gracchus clarissimo* patre, *avo*, *maioribus.* ubi *natus* iniici cum nonnullis post *patre*, non opus est. Similiter enim pro Cornelio:

Quid avunculus tuus, clarissimus vir, clarissimo patre, *avo, maioribus? credo* etc. Wopkens.

3. Forma. *Τήν τε ὄψιν εὐπρεπὴς καὶ τὸ σῶμα εὔρωστος.* Diodor. XIX. 2. Bongars.

Stupri patientia exhibuit. Vide Notas ad IX. 10. 7. *Misere vitam exhibere.* et *exhibere* idem quod sustentare, tolerare. Dicunt et *exhibere aliquem* pro alere, sustentare. Vide notas ad IX. 2. 7. Vorst. — Magl. sec. Leid. ed. Rom. Ald. Iunt. *patientem.* Abr. Gronov.

4. Ad feminas transtulit. Iuntina: *in feminas.* Abr. Gron.

6. Adscitusque in civitatem. Ita leg. pro vulg. *accitus.* Livius XXIII. 51. *Vetere patria relicta, in eam, in quam redierant, nondum adsciti. Adscitus in civitatem* Graecis dicitur *δημοποιητός.* vel ut apud Lucian. Bis Accus. pag. 314. *εἰς τὸ μετοικικὸν συντελῶν.* Gronov. — Quis illum accivit? Optime Iuntae: *ascitusque in civitatem,* hoc est, cum civium numero et albo adscriptus esset. Graev. — Vulgata lectio vix potest esse vera. Is enim *accitus* dicitur, qui evocatus est in civitatem. At paulo ante dicitur *concessisse eo,* quod ad ultro et sponte sua venientem pertinet. Sed nec ulla causa est, cur accitus credi possit, qui neque rem, neque famam bonam habeat. Quare pro *accitus* sine dubio *ascitus* est scribendum. *Ascitus,* vel *adscitus,* est *assumtus,* et sic alibi Noster usus est hoc verbo. Haec scripseram olim, cum video, lectionem hanc firmari per Iuntinam probarique a Cl. Graevio. Scheff. — Vincentius lib. V. cap. 11. *cum Syr. accessisset.* Bechar. *accitusque.* pr. Leid. Ald. Iunt. Vinc. *ascitusque.* Periz. *acceptusque,* et, *diu sine fraude fuit, quia.* Insuper Ald. Iunt. *in civitate.* Abr. Gronov.

11. Aetnaeos. MS. *Aethineos.* In vetusta editione, quam Lugdunensem ex insigni typographico suspicor, *Aennaeos.* Quid si *Enneos,* aut *Ennenses* legas? Bernec. — Nihil mutandum. Aetna est oppidum idem ac mons, cui impositum, unde nomen sortitum; ut patet ex Strabone, Plinio, Ptolemaeo, et aliis. Ea ante *Inessa* appellabatur. Voss. — Urbem Aetnam ab Hierone conditam cantat Pindarus circa tempora Darii Hystaspidae et Xerxis. Tamen restauratam tantum arbitror. Campani autem, de quibus mox Iustinus, erant Siculi, non Itali. Vid. librum abmirabilem P. Cluverii de Sicilia. Faber. — *Aetnaeos* scribendum non *Aetneos,* ut vulgo editur: *Aetna* non mons tantum, sed et oppidum Siciliae dicitur. Vorst. — Ed. Med. *Ennaeos.* Bechar. *Aennaeos.* Periz. *Etheos.* Abr. Gron.

Sui Syracusanis. Haec usque ad *locum* absunt a bonis libris: quia tamen sine iis manca esset oratio, et in uno MS. reperiuntur, nihil mutare ausus sum: quamvis ea mihi valde suspecta sint. Belli in Agrigentinos et Crotoniatas meminit Diodorus: de Aetnaeis et Campanis nullum verbum, et *Damasco* illi est *Δάμας.* Plurimum autem in tota hac narratione ab auctore nostro discrepat Diodorus, ut quivis ex lib. XIX. et XX. videre potest. Bongars.

12. Sequenti Campanorum. Valde vereor hunc locum corruptum

esse. Suspicor legendum *Cataneorum:* nimis enim et terra et mari Campania a Syracusis distat. Multa hic de conventione inter Agathoclem et Hamilcarem cavillari liceret. GLAREAN. — *Campanos* in Sicilia loca quaedam tenuisse Diodorus XVI. 68. indicat. BERNEC. — Scribe *Campano*, nempe *bello*. GRONOV. — *Campanorum*, pro quo Gron. de coniectura legebat *Campano*, defendimus supra ad lib. I. 7. 10. WOPKENS.

DAMASCONIS. Florent. Ald. Iunt. *Damascenis*. ABR. GRON.

16. IMPERIUM SYRACUSARUM. Sec. Med. Magl. quint. Leid. Coll. N. ed. Rom. *Syracusanum*. pr. tert. Leid. Periz. *Syracusanorum*. ABR. GRONOV.

CAP. II.

4. ITA UNO EODEMQUE TEMPORE. Ita fere supra VI. 5. 11. BERNEC.

5. PECULIARIA IN IPSUM OFFICIA SUA REPROMITTENS. Pr. Med. sec. quint. Leid. *in ipso*. Medicei, quart. quint. Leid. Periz. Thuan. Bodl. Reg. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *officia sui*. sec. Leid. *sui officia*. Ita h. l. cap. praec. §. 11. *magna experimenta sui Syracusanis dedit*. et XII. 6. 12. *quantum apud ceteros amicos metum et odium sui fecerit*. Ibid. cap. 16. 10. *tantamque fiduciam sui militibus fecit*. Adde XII. 8. 16. XIV. 6. 1. XXIV. 7. 2. Cicero IV. Catil. cap. 4. *uterque pro sui dignitate*. L. 25. D. de Procur. et Def. *sed si id inlaesa existimatione sui fiat*. Ita MS. Abbatiae S. Crucis Florent. et Magliabequianus. Ed. Holoandr. *sed ita, si id illaesa existimatione sui fiat*. Orosius lib. I. cap. 2. de Africa: *quia et natura sui minus habet spatii*. Saxo lib. IX. pag. 169. 38. *in perniciem sui*. ABR. GRONOV.

6. SOCIETATEM CUM EO METU POTENTIAE EIUS IUNGIT. Sec. Med. Magl. *soc. cum eo mutuae pot. iungit*. ABR. GRONOV.

AD INCREMENTA DOMESTICAE POTENTIAE RECIPERARET. Pr. tert. quart. Leid. *ad crementa*. Similiter MSS. Curtii lib. IX. cap. 3. *in cremento*. Confer Bongarsium in Var. Lect. et Parentem ad Macrobium lib. I. in Somn. Scip. cap. 6. pag. 38. sec. Med. Periz. ed. Ald. Iunt. *reciperet*. ABR. GRONOV.

8. EXPOSITIS IGNIBUS CEREIS etc. Nam in rebus sacris, qualis illa iurisiurandi, cereos adhibitos constat. Sebisius tamen *ignibus Cereris* legendum, certe vitii quid subesse putat. Sebisii coniecturam stabilit Plutarchus in Dione cap. 70. ubi de Calippo in templo Cereris, sumta ardenti taeda, iurante. Adde notam ad XXIV. 2. 8. BERNEC. — Locus corruptissimus. Ego vestigia lectionis vulgatae sequutus, corrigo ac lego: *Tunc Hamilcari expositis conditionibus foederis pactisque, in obsequia Poenorum iurat*. Vel melius pro *pactisque* fuerit *pacisque*. Sic XXX. 3. *Deinde cum expositae conditiones pacis a Romanis essent*. Certe melius se habet ita emendatus hic locus. BOXHORN. — Peyraredi coniectura est:

expositis ignibus sacris, *tactisque* etc. Livius ita de Hannibale lib. XX. *Fama etiam est*, *Annibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Amilcari*, *ut duceretur in Hispaniam*, *cum perfecto Africo bello*, *exercitum eo traiecturus*, *sacrificaret*, *altaribus admotum*, *tactis sacris iureiurando adactum se*, *cum primum posset*, *hostem fore populi Romani.* Voss. — Quam placet coniectura Sebisii! Legit ille, *ignibus Cereris;* nihil ingeniosius. Nam et res in Sicilia geritur, ubi praecipua veneratione celebrabatur Ceres; et illa Dea dadouchos erat. Nil itaque melius potuit excogitari. Faber. — Sebisius legendum coniecit, *ignibus Cereris.* Quod probat Gronovius IV. 4. Observat. et *ignes Cereris* dicit esse altaria, in quibus foculus accensus fuerit. Tactis altaribus quod iurare soliti fuerint, ex Livio, Nepote, et aliis scire licet. Sed et quod in templo et ad aram Cereris illud factum fuerit, constat. Iuvenalis Sat. XIV,

vendet periuria summa
Exigua Cereris tangens aramque pedemque.

Deque ipso Agathocle, de quo Noster agit, Diodorus lib. XIX. sic: *Παραχθεὶς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὤμνυσι. Adductus in Cereris templum a civibus iuravit.* Sed et Noster infra XXIV. 2. 8. Ptolemaeum *sumptis in manus altaribus adiurasse* scribit. Quid si dicamus nihil mutandum, et *ignes cereos* esse faces et taedas, quae expositae tactaeque fuerint, cum iuraretur? Sane Plutarchus in Dione de Calippo, in templo Cereris sumpta ardenti taeda iurante scribit. Vorst. — Non possum *cereis* hic probare. Qui enim cohaereant, et quae sit locutio, *ignes cerei?* magis placet *Cereris*, cum praesertim conveniat historia. Neque tamen sic videtur sanus locus. Quomodo enim explicabimus, *tactis ignibus?* ignes utique non tangebantur. Ignes vero altaria explicare nescio an non durum sit, praesertim in hoc genere loquendi. Legitur sic apud Nostrum: *Tunc Hamilcari aris*, *positis ignibus Cereris*, *tactisque.* Illud *aris* excidit, quia praecesserat in voce *Hamilcari* τὸ *ari*, quod proinde ut superfluum maleque repetitum delebant, sola litera *s* servata et annexa subsequenti *positis* est factum. Porro *aris positis ignibus Cereris* accipio de illis, quae erant positae non cum ignibus seu foculo accenso, sed ad ignes Cereris, sive propter ignes Cereris, ut nimirum iis Cereri fierent sacrificia. Quae explicatio planior, simplicior, locoque praesenti accommodatior videtur. Scheff. — Sebisius corrigit, *Cereris ignibus*, quod probat et firmat Gronovius IV. Observ. 4. Probarunt hanc emendationem postea quoque viri doctissimi Vorstius et T. Faber. Sed Nicolaus Heinsius, vir et amicus summus, putat hic gravius librariorum crimen latere, foedeque interpolatum esse hunc locum, qui sic possit restitui, si scribamus: *Tunc Hamilcari aris rex positis insigni ceremonia tactisque in obsequia Poenorum iurat. Ignes* hic ferri non posse putat. *Aris* hic excidisse vidit et Schefferus. Mihi non videtur nimis longe a libris omnibus esse discedendum. Quod fiet, si legeris: *Tunc Hamilcari aris*

positis, et ignibus Cereris, tactisque in obsequia Poenorum iurat. Sic arae et ignes iunguntur a Virgilio in versu, quem laudat Bernecerus. GRAEV. — *Tactisque.* Virgil. Aeneid. XII. 202.

Tango aras mediosque ignes, et numina testor.

BERNEC. — Coniecturam Sebisii reponentis *Cereris* pro *cereis* firmat sec. Med.. *Expositis* hoc loco idem valet quod *repositis;* ut infra XXV. 1. 5. *Galli expositum grande pondus auri admirantes.* Liv. lib. III. cap. 10. *exposita omni in campo Martio praeda.* et lib. XXVI. cap. 9. *expositis benigne commeatibus.* Cl. Graevio in Epistola ad Nic. Heinsium tom. IV. Syll. Epist. pag. 702. legendum videbatur; *Tunc Hamilcari, aris repositis et ignibus Cereris, tactisque, in obs. P. iurat.* Idem tamen pag. 733. Sebisii coniecturam, quam Avus lib. II. Observ. cap. 4. tuetur, calculo suo probat. Lipsius malebat, *expositis ignitis cereis.* ABR. GRONOV.

9. POTENTISSIMOS. MSS. Fuldenses (ut et Bongarsiani) *potissimos*, quod pro eodem est. Significat enim praecipuos et primae notae. Quintilian. lib. X. cap. 3. *Ut semel quod est potissimum dicam.* MODIUS.

10. REIPUBLICAE STATUM FORMATURUS. Bodl. *firmaturus.* Iunt. *reformaturus.* ABR. GRONOV.

IN THEATRUM AD CONCIONEM. Nam Graecis et Graeciensibus plerisque theatrum fuisse pro curia, foro, comitio, patet etiam ex Cicerone pro L. Flacco cap. 7. Diodoro XVI. 85. Livio XXIV. 39. 1. Tacito Hist. II. 80. 6. Val. Max. II. 2. 5. Frontino III. 2. 6. Ausonio in prologo Ludi VII. Sapient. Plut. in Dione cap. 53. BERNEC.

CONTRACTO IN GYMNASIO SENATU. Scribe, *in gymnasium senatu.* FABER. — Cum Fabro legerim *in gymnasium:* neque enim aliter Noster lib. XXVI. 1. *Contractos domum fidissimos amicorum.* Livius IV. 56. *Ita omnium populorum iuventus* Antium *contracta.* lib. XXXIV. 50. *Ut onerarias ex omni Graeciae ora* eodem *contraheret.* lib. XLV. 34. *Quum Eumenes* ad *Sardes undique exercitum contraxerat.* vide supra ad lib. XII. 11. 5. WOPKENS. — Fabro corrigenti *in gymnasium* adstipulatur Magl. Cicero in epistola ad Pompeium lib. VIII. ad Att. epist. 13. *sin omnia in unum locum contrahenda sunt.* Valerius Maximus V. 3. Ext. 3. *siquidem ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit.* Saxo lib. XIV. pag. 269. 50. *contractis in regiam militibus.* ABR. GRONOV.

12. EX PLEBE QUOQUE LOCUPLETISSIMOS ET PROMTISSIMOS INTERFICIT. Magl. ed. Rom. *ex plebe quosque loc.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *ex pl. loc. et promptissimos* (Ven. *peritissimos*) *quosque int.* ABR. GRONOV.

PROMTISSIMOS. Hoc est, maxime excellentes, et omnibus rebus instructos. Cic. IV. Verr. 17. *C. Cacurius promtissimus homo, et experiens et imprimis gratiosus.* Vid. Not. ad Tacit. IV. Ann. 17. GRONOV. — *Promtissimi* Gronovio sunt maxime excellentes, omni-

busque rebus instructi. Sed cur tam nova huius vocis notione permutaremus consuetam, qua *prompti* homines sunt, animo manuve prompti, nec segnes in rebus privatis aut publicis defendendis? Sallust. Fragm. I. 11. *Maxime vellem P. C. remp. quietam esse, aut in periculis a* promptissimo quoque *defendi.* Cicero Offic. I. 24. Promptiores *igitur debemus esse ad nostra pericula, quam ad communia, dimicareque paratius* etc. Neque aliena illa significatione accipio hanc vocem apud Tacitum Ann. I. 12. *Sed divitem,* promptum, *artibus egregiis et pari fama publice, suspectabat.* lib. IV. 17. *Neque aliud glisoentis discordiae remedium, quam si unus alterve maxime* prompti *subverterentur.* et in Agric. cap. 3. *Multi fortuitis casibus,* promptissimus *quisque saevitia principis interciderunt.* aliisve locis, quae hic allegavit vir laudatissimus, uti et ad Tacit. Ann. I. 12. cap. IV. 17. Confer quae infra ad XXIX. 2. 5. Wopkens.

CAP. III.

1. His ita gestis. Periz. *His itaque gestis.* Abr. Gronov.

2. Foede vexat. Angli, *foedis iniuriis,* quae manifesta glossa est. Scheff. — Iuntae: *foede iniuriis vexat.* Graev. — Ed. Ienson. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *foede iniuriis v.* Coll. N. *foedis iniuriis vexat.* Abr. Gronov.

3. A quo infestissimo hosti . . donatae sint. I. e. vexationibus infestissimi hostis traditae, permissae. Cicero pro Cluent. cap. 70. *Orat vos . . ne se invidiae . . ne Oppianico, homini nefario . .* condonetis. et cap. 69. *multi saepe in iudicando peccata liberum parentum misericordiae* concesserunt: *vos, ne huius honestissime actam vitam matris crudelitati* condonetis. ubi vide Graevium. Wopkens.

4. Syracusae in pignus societatis sint traditae. Posset etiam legi absque praepositione, *Syracusae pignus societatis* etc. Gronov. — Medicei, Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *cui ab init.* quart. Leid. Coll. C. C. *sicut Syr. in p.* Abr. Gronov.

Eidem titulo pacis addictas. Magl. ed. Rom. *additas.* Periz. *additae sunt.* Bodl. *additae sint.* ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *pacis titulo traditae sint.* Abr. Gronov.

5. Quantum malum. Scribe, *quantum mali.* Gronov. — *Quantum mali,* ut hic rescribi vult Gron., habent Dorv. 1. 2. cum aliis MSS. Sed *quantum malum* forsan hic dixerit Iustinus, ut lib. V. 7. *Adeo ad omnem aetatem* tanti mali *sensus penetraverat.* Wopkens. — Avo emendanti *quantum mali* suffragantur Medicei, Magl. Thuan. pr. quart. quint. Leid. ed. Rom. cum sex aliis. Supra II. 15. 3. *tantum incrementi.* et XII. 6. 12. *quantum fabularum atque invidiae.* Livius lib. XLIV. cap. 1. *per quae populus Romanus ad tantum fastigii venerit.* Hegesippus lib. I. cap. 44. *verum etiam tantum*

accederet gratiae. Ita MS. Vulgo, *tanta acc. gratia.* Salvianus de Gubern. cap. 1. *si vel tantum boni in se habeat, quantum mali.* et cap. 15. *Vellem mihi parem negotio eloquentiam dari, scilicet, ut tantum virtutis esset in querimonia, quantum doloris in caussa.* Vide ad XI. 1. 10. Pro *attulerint* MS. Bongars. et sec. Med. dant *aluerint.* ABR. GRONOV.

6. IN IMPERIO ESSET. *Tum temporis consul,* ut infra XXXI. 2. 9. de Hannibale loquitur auctor. Ita Cicero de Arusp. Respons. cap. 17. *Sacrificium Bonae Deae fit in ea domo, quae est in imperio.* hoc est, in domo Consulis, *des regierenden Ammeisters.* Plutarch. Caes. cap. 13. BERNEC.

TACITA DE EO SUFFRAGIA. Infra XXII. 7. 10. Capitolinus in Gordianis cap. 12. tradit, quale fuerit apud Romanos *senatusconsultum tacitum,* et quare sic appellatum. Sed illud ab hoc nostro diversum est. BERNEC. — Sec. Med. *de illo.* ABR. GRONOV.

DUM ALTER . . . GISGONIS FILIUS. Coll. N. ed. Bech. Ven. et quatuor aliae, *donec alter.* Pr. Med. sec. quint. Leid. *Gisconis*, nec aliter iidem huius cap. §. 8. et quint. Leid. cap. 8. §. 2. idemque cum pr. Med. cap. 7. §. 10. Supra quoque XIX. 2. 1. Berneccerus, Vossius aliique ediderunt *Giscone.* Γίσκων etiam Plutarcho in Timoleonte pag. 251. et Polybio lib. I. cap. 66. 63. et seqq. dicitur: ab eodem Carthaginiensium legatus Γίσκων Στρυτάνος appellatur Legat. 143. ABR. GRONOV.

A SICILIA. *In Siciliam* legit Freinshem. Diodorus lib. IX. cap. 106. BERNEC.

7. SED HAEC CALLIDA COMMENTA POENORUM ET SENTENTIAS INAUDITAS. Quidam *inauditas* per admirationem accipiunt, quales nemo antea audierit. Alii *inauditas*, id est, non dictas, ut dicere solemus indicta causa quempiam damnatum, et sic etiam *callida commenta*, quod praecedit, pro occultis damnationibus intelligendum. Verum sic etiam oportebat sequente mox versu legere, *per iniuriam cives inauditum damnaverunt*, genere masculino, quod *inauditam* genere feminino legitur. Illud etiam merito quis mirabitur, quod ad calcem huius libri legitur, Agathoclem exercitus sui desertorem, filiorum proditorem, ac ex Africa profugum tantum potuisse, ut cum Poenorum ducibus aequis conditionibus pacem fecerit. GLAREAN.

HAEC CALLIDA COMMENTA POENORUM ET SENTENTIAS, INAUDITA MORS HAMILCARIS PRAEVENIT. Locus hic cum depravate legeretur, Glareano negotium fecit: ego MSS. lectionem expressi, in qua nihil est, quod lectorem morari possit. BONGARS. — Cum Iuntis scribe: *inauditas sententias. Inauditae sententiae* sunt suffragia tacita illa, quorum paulo ante meminit. GRAEV. — Eum haud magnopere nasutum esse oportet, qui huius loci vitium olfaciet, neque mirum quod ait Bongarsius, Glareanum circa haec verba multum negotii habuisse. Et id verum esse arbitror. Sed quod addit idem Bongarsius, id vero tale non est, ut verum esse possim credere. Ait enim: Ego MSS. lectionem expressi, in qua nihil est quod lectorem morari

possit. Huic autem assentitur Bernecoerus, qui sic edidit, *inaudita more.* At hoc loco *inaudita more* quid tandem erit? Verba modo, nihil aliud. Adde quod in uno MS. legitur, *audita*, quod ipse Bongarsius agnoscit in collectione, seu recensione Codd. MSS. et impressorum. Cuius scripturae, quantumvis corrupta illa sit, si quis vestigia sequi voluerit, pro *audita* legere poterit *haut ita*, (quanquam alia mihi mens est) et ex iudicii norma locum integrum ita concipere: *sed haec callida Poenorum commenta haud ita multo post more Hamilcaris praevenit* etc. Verum, ut modo dicebam, alia mihi mens est; nam ita existimo, isthaec verba, *sententias inauditas*, esse mera glossemata, eaque etiam corrupta et barbara, quae illi voci, *inauditum*, superposita fuerint ad illius expositionem, sic: *sententia inaudita.* Quamobrem ita scriptum fuisse a Iustino mihi plus etiam quam suspicio est: *Sed callida Poenorum commenta more Hamilcaris praevenit; liberatusque est fati munere, quem sui per iniuriam cives inauditum damnaverant.* Hoc addi posset, Iustinum in periodo proxime superiori posuisse *tacita suffragia et sententias non recitatas.* Itaque bis idem diceret. Sed ut finem faciam, corrupta illa sunt quae supra examinavimus. Faber. — Ita locum hunc reformavit Bongarsius et quidem ex MSS. ut ait. Mihi tamen magis placet antiquiorum typis expressorum lectio, quae et ipsa sine dubio e MSS. hausta, *sententias inauditas more Hamilc. praev.* ut *sententiae inauditae* sint ipsa illa tacita suffragia, de quibus praedixerat, dictae ita, quod nondum auditae et cognitae essent. Vorst. — MSS. alii habent *inauditas*, quod probant viri docti, et de *tacitis sententiis* exponunt. Et est MS. in quo legitur *audita.* Unde prope venio in hanc opinionem, quod Iustinus scripserit, *et sententias inauditas audita more Hamilcaris praevenit.* Locutio est plane elegans, ut quilibet intelligit. Scheff.

Liberatus est fati munere. *Fatum* pro morte naturali nec violenta, ut sup. II. 2. 13. ad quem locum Notas vide. Vorst.

Inauditum damnaverant. Apuleius lib. X. Metam. pag. 214.: *nec damnaretur aliquis inauditus.* L. 2. C. ad Leg. Corn. de Sic. *Inauditum filium pater occidere non potest.* Abr. Gronov.

9. A quo victus. Diodorus extremo libro XIX. apud quem de Syracusarum obsidione nihil. Bongars.

Maiori mole reparaturus bellum. Periz. *maiori dolo.* Pr. Med. Bodl. quint. Leid. *paraturus.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Cum igitur etc. *Multum interest*, ait Scipio apud Livium XXXVIII. 44. 2., *alienos populere fines, an tuos uri exscindique videas. Plus animi est inferenti periculum quam propulsanti* etc. Vide Amirati Dissert. in Tacit. XVIII. 2. Adde Notam XI. 6. 9. Bernecc.

Agathoclesque cum se nec viribus etc. In MSS. est, *Agathocles quod se*, longe melius, quam quod legitur in vulgatis, quia *cum* occurrit etiam in praecedentibus. Impressi quidem habent *Agathoclesque*, quod ex *Agathocles quod* mutatum videtur. Scheff. — *Cum* hic repetitur inscite, et contra morem castae Latinitatis. Nonnulli MSS. *quod*, idque placet Scheffero. Sed rotunda est Iuntinae scriptura: *Cum igitur victores Poeni Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesque se nec viribus parem.* Idque monui iam olim in editione mea prima. Graev. — Quoniam *Agathocles* erat, qui *statueret bellum in A. transferre*, apparet haec *statuit . . transferre* non recte connecti cum praecedentibus, nisi cum MSS. legamus, *Agathocles quod se nec* etc. *statuit tr.* Nec male editi, *Agathocles cum se* etc. Quamvis enim iam praecesserit coni. *cum*, in eiusmodi tamen repetitionem aliquando incidunt auctores. Sic rursum cap. 7. *Itaque* cum *ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse venisset, Agathocles . . cum saepius simul coenassent . . incautum interficit.* lib. XVI. 4. *Siquidem* cum *plebs et novas tabulas et divisionem agrorum divitum impotenter flagitaret, diu re in senatu tractata*, cum *exitus rei non inveniretur.* ubi vide dicta. Vellei. Pat. II. 82. *Crescente . . vitiorum . . magnitudine, bellum patriae inferre constituit*, cum *ante novum se Liberum Patrem appellari iussisset*, cum *redimitus hederis . . vectus esset Alexandriae.* quem locum iam olim vide quomodo defendimus. Livius XXVIII. 40. quum *Africam* etc. *id consilium haudquaquam primoribus Patrum* cum *placeret* etc. cum nota Gronovii. lib. XLV. 4. *P. Aemilius consul* quum *castra, ut supra dictum est, ad Siras terrae Odomanticae haberet*, quum *literas ab rege . . cerneret, et ipse illacrimasse dicitur sorti humanae.* Cicero. Philipp. octava cap. 8. *C. Popillius apud maiores nostros*, cum *ad Antiochum regem legatus missus esset, et verbis senatus denuntiasset, ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat*, cum *tempus ille differret, virgula* etc. vide et pro Cluentio cap. 51. initio. Valer. Maximus I. 4. Ext. 1. Cum *rex Alexander urbem in Aegypto constituere vellet, architectus Dinocrates* cum *cretam non haberet, polentaque* etc. Sulp. Severus de V. Martini cap. 6. *Deinde* cum *haeresis Arriana per totum orbem . . pullulasset*, cum *adversus perfidiam sacerdotum solus paene acerrime pugnaret, multisque* etc. ubi cave cum doctissimo H. de Prato rescribas, *cumque adversus* etc. Idem cap. 19. *Ipse autem* cum *casu quodam esset de coenaculo devolutus, et . . multis vulneribus esset affectus*, cum *exanimis iaceret* etc. ubi non erat, cur Vorstius cum MS. mallet, *ac tum exanimis i.* Suetonius Cl. Rhetor. cap. 6. *C. Albutius Silus Novariensis* quum *aedilitate in patria fungeretur*, quum forte *ius diceret, ab iis . . pedibus e tribunali detractus est.* Ex Capitolino in Albino cap. 13. et aliunde plura adderem, nisi taedio esse metuerem. Wopkens. — Medicei, sec. quint. Leid. ed. Bongars. *Agathocles cum se neque* (sec. L. *nec*) *viribus.* Magl. tert. quart. Leid. MSS. Bong. Thuan. a pr. m. *Agathocles quod se nec.*

(Magl. Th. *neque*) *vir*. Idem Th. a sec. m. *Agathoclesque cum se*. pr. Leid. *Agathocles quod neque v. p. neque obsidione ferenda instr.* ed. Rom. *Ag. quo cum se nec.* et, *super haec sociis*. Periz. *super hoc s*. Magl. Ald. Iunt. *et super haec a sociis*. Abr. Gronov.

Super haec a sociis. Praepositionem *a* ante *sociis* ignorant tres Dorv. MSS. Tacitus Annal. III. 20. *nec praelium omisit, donec* desertus suis *caderet*. Hirtius B. Afric. cap. 61. *Levique armatura deserti ac pulsi convulneratique . . ad suos refugerunt*. Valer. Maximus IV. 7. 2. Desertum *omni* auxilio *duo tantum amici . . texerunt*. Ovidius Epist. V. 75.

Sic Helene doleat desertaque coniuge *ploret*.

Phaedrus Fab. XXI.

Defectus annis et desertus viribus
Leo cum iaceret.

quem locum sollicitandum, merito negant Schefferus ac Burmannus. Boëtius Consol. IV. 2. *ut iidem scelesti, iidem* viribus *omnibus videantur esse* deserti. et rursus ibid. *si hoc . .* desererentur auxilio. et cap. 4. *sed uti hoc infortunio cito careant, patrandi sceleris* possibilitate deserti, *vehementer exopto*. Seneca Agam. 465.

iacent
Deserta vento *vela*.

Sic saepius alii. A Iustino tamen adiecta videtur praep. ut libro II. 4. *ab auxiliis desertae*. lib. XXXIX. 2. *desertus a suis*. Wopkens.

Statuit bellum in Africam transferre. Confer haec cum Diodoro XX. 3. et seqq. Bongars. — Val. Max. VII. 4. Idem consilii Antiocho Regi ab Annibale datum est, ut bellum in Italiam traiiceret. Livius XXXIV. 59. Ita Frontinus I. 3. 8. *Scipio, manente in Italia Hannibale, transmisso in Africam exercitu, necessitatem Carthaginiensibus imposuit revocandi Hannibalem: sicque a domesticis finibus in hostiles* (sic emendat Freinsh.) *transtulit bellum*. Bernec.

2. Qui sua tueri non poterat. Codex MS. teste Bongarsio pro *tueri* habet *statuere:* quod non spernendum videtur. Notum *statuere* quoque idem esse quod sistere; dicique *statuere navem, equum, aquas*. Deinde ipsum *sisti* idem quoque est quod salvum esse: ut supra ad XI. 1. 6. ex observationibus Gronovii docuimus. Quid si igitur statuamus, Iustinum *sua statuere* dixisse pro sua servare, ne scil. diffluant aut dilabantur; quodque vulgo legitur *sua tueri*, id alterius interpretamentum esse, quod ex margine in textum irrepserit. Vorst. — Sunt, quibus placet *statuere* pro *tueri*, quod in MS. uno reperitur. Ego putem a vulgata haud recedendum, quia melior oppositio inter *impugnare* et *tueri*, quam inter *impugnare* et *statuere*. Scheff. — Adde, *statuere sua*, esse loquendi genus insolens et a nullo usurpatum. Graev.

3. HUIUS CONSILII NON MINUS ADMIRABILE SILENTIUM, QUAM COMMENTUM FUIT, POPULO HOC SOLUM PROFESSUS . . CUM MILLE SEXCENTI DISCESSISSENT, CETEROS . . FRUMENTO ET STIPENDIO INSTRUIT. Anacoluthon nominativi absoluti videre sibi visus est Faber (ad lib. II. 3. 16.) in voce *professus*, pro *Huius* (Agathoclis) . . *professi.* Sed potius hoc modo fortisan interpungendum . . *fuit. Populo hoc solum professus . . dare . . potestatem, cum mille sexcenti discessissent, ceteros . . f. e. s. instruit.* Vel legendum . . *fuit. Populo hoc solum professus est . . potestatem. Cum* etc. Nisi per ellipsin omissum sit verbum *est* post *professus.* WOPKENS.

INVENISSE SE VICTORIAE VIAM. Periz. *inv. se victoriae materiam.* ABR. GRONOV.

STATUS PRAESENTIS FORTUNAE. Forte, *status praesentis fortunae.* GRONOV. — Sic omnes, ni fallor, libri referunt, neque necesse est cum Gronovio coniicere, *vel si cui status praesentis fortunae d.* quomodo lib. XIV. 6. *fortunam maiestatis prioris* dixit Iustinus. Ex usu promiscuo vocum *fortuna* et *status* (ex quo *praesens status* lib. III. 1. 6. et *praesens fortuna* lib. XI. 15. 6. et lib. XXVIII. 2. 13. idem valent) non minus *statum fortunae*, quam *fortunam status* dixerunt Latini. Livius XXIII. 5. *Convenienter ad praesentem* fortunae *nostrae* statum *locuti estis.* lib. XLV. 4. *Cum quibus loqui de* statu *et conditione suae* fortunae *posset.* Valer. Max. IV. 8. 2. *Salvo tamen* statu fortunarum *suarum, magnificam se populo R. praestitit.* Aur. Victor de Orig. G. R. cap. 10. *Aeneam . . venisse eo sciscitatum de* statu fortunarum *suarum.* vide Cicer. pro Cluent. cap. 30. Conferatur etiam Noster IV. 5. *A prioris fortunae procella.* Curtius III. 12. *Pro habitu praesentis fortunae.* Livius XXXVI. 11. *Gravioris fortunae conditioni.* adde Vellei. II. 86. 1. WOPKENS.

4. AD OBSIDIONIS NECESSITATEM. Praeferendum videbatur quod habent impressi veteres et MS. unus. Bongarsius edidit, *obsidionis necessitate.* BERNEC. — *Ad obsidionis necessitatem*, hoc est, prout requireret obsidio, in quantum in obsidione essent haec necessaria. Hegesipp. I. 17. *Prompta eius opera in* obsidionis necessitate *usus.* Augustin. de C. Dei V. 24. *Si eandem vindictam pro* necessitate *regendae tuendaeque . . exerunt* (forte leg. *exercent*). Ruffinus H. Eccles. VI. 2. *ut . . ex hoc ei quae ad* necessitatem *transigendae domus videbantur necessaria, pararentur.* Nollem vero, Berneccero visam fuisse praeferendam impressorum veterum et MS. cuiusdam lectionem, *ceteros obsidionis necessitate frumento* etc. Sic statim: *quinquaginta tantum secum talenta* ad *praesentem* usum *aufert.* Caesar B. Civ. III. 96. *Cui* (exercitui) *semper omnia* ad *necessarium* usum *defuisse.* Gall. V. 40. *Quaecunque* ad *proximi diei* oppugnationem *opus sunt, noctu comparantur.* WOPKENS. — Thuan. pr. tert. quart. Leid. ed. Bong. *ceteros obsidionis necessitate.* ed. Amstelod. 1635. *ceteros pro obsidionis necessitate.* ABR. GRONOV.

Usum aufert. Magl. Periz. ed. Ald. Iunt. aliaeque, *affert.* Coll. N. *transfert.* Abr. Gronov.

5. Servos militaris aetatis. Ita supra III. 5. 6. Liv. XXII. 57. 11. Florus II. 6. 50. Bernec.

Eosque et maiorem partem. MSS. plures habent, *eos ex maiore parte,* quam lectionem puto esse veram. Certe secundum lectionem receptam servos omnes secum sumserit necesse est. At hoc vix vero consentaneum. Quae enim possit dari ratio, quae huc eum impulerit? Non ergo hoc fecit, verum dedit operam, ut et domi et foris exercitus constaret partim ex liberis, partim ex servis libertate donatis, ut utrobique aemulatione ad virtutem accenderetur. Maiorem tamen partem servorum secum abduxit. Scheff. — Sic etiam MSS. nostri, et falsum omnino Schefferum existimo, qui cum quibusdam aliis codicibus mavult, *eos ex maiore parte ferme militum n. i.* Wopkens.

Ceteros omnes ad tutelam. Cum fratre Antandro. Ne quid autem se absente Syracusani moverent, *διεζεύγνυε τὰς συγγενείας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μάλιστα ἀδελφοὺς ἀπ' ἀδελφῶν, καὶ πατέρας ἀπὸ παίδων,* ut qui domi manebant, de amicis et propinquis, qui cum Agathocle erant, solliciti, quiescerent. Diodor. XX. 4. Bongars.

Adegit . . ceteros omnes . . reliquit. Medicei, Magl. Bodl. quint. Leid. Periz. *adigit,* et cum ed. Iunt. aliisque, *relinquit.* *Omnes* abest a Magl. sec. Leid. Abr. Gronov.

CAP. V.

1. Septimo igitur. Restituendus est numerus in Diodoro initio libri XIX. Cum enim XX. 21. dicat, a Troia capta ad Agathoclis in Africam expeditionem esse annos *τρισὶ πλείω τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα,* id est, DCCCLXXXIII. et in Africam profectus sit VII. anno imperii sui: ut et ex ipso Diodoro constat: a capta Troia ad eius tyrannidem erunt anni DCCCLXXVI. Male igitur in Diodoro legitur *ὀκτακόσια ἑξήκοντα ἕξ,* id est, DCCCLXVI. cum sit legendum *ἑπτάκοντα ἕξ.* Nisi superior numerus emendandus videatur, ut legamus *ἑπτακοσίων* pro *ὀκτακοσίων.* Et hoc verius. Bongars.

Archagatho. *Ἀρχάγαθος* filius Agathoclis vocatur a Diodoro lib. XX. cap. 10. 33. 57. et seqq. verum in Excerptis Porphyrog. pag. 258. et a Polybio Legat. I. *Ἀγάθαρχος.* quod nomen alter praefert Valesius, quia propius accedit ad patris nomen. Abr. Gronov.

Quo veherentur. Ita Iuntae et postea: *victique victores insecuti sint.* MS. *utroque.* Hinc bene Iuntae: *ultroque victores in[secuti] sint.* Graev. — Periz. *milite.* Flor. Ald. Iunt. *veherentur.* Abr. Gronov.

2. Tum primum . . consilium. Sec. Med. *tunc ipse . . con[silium]* Abr. Gronov.

3. SUPERESSET. Forte, *superesse.* GRONOV. — Sec. Med. corrupte *superse* pro *superesse:* quomodò ex coniectura legit Avus lib. II. Observ. cap. 14. ABR. GRONOV.

4. DEFICIENTIBUS SOCIIS. Tacitus Hist. II. 97. *Prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, adversam fortunam ex aequo detractant.* Thucydides de Atheniensium sociis I. 20. 20. et I. 24. 35. et V. 3. 4. itemque de Lacedaemoniorum IV. 11. 10. BERNEC.

ODIO DIUTURNI IMPERII. *Βαρυνομένους τοῖς προστάγμασιν ἐκ πολλῶν χρόνων, λήψεσθαι τῆς ἀποστάσεως.* Diodorus X. 3. BONGARS. — *Spes cuique, novandi res suas, omni praesenti statu blandior est.* Livius XXXV. 17. 8. *Multi odio praesentium, et cupidine mutationis, suis quoque periculis laetantur.* Tacit. Annal. III. 44. BERNEC.

EXTERA AUXILIA. Med. Magl. pr. sec. quint. Leid. Periz. *externa,* ut infra XL. 1. 1. *ad externa populus auxilia concurrit.* ABR. GRONOV.

5. NON MURIS CINCTAE. In MSS. legitur *cincta,* item *posita.* quod videtur melius. Sed ita mox pro *quas* scribendum fuerit *quae,* nec forte aliter fuit in vetustioribus, cum in iis diphthongi litteris separatis interdum scribantur, quae scriptio facile illud *quas,* accedente correctoris industria, potuit generare. SCHEFF. — Durius se habent foeminina ista *cinctae . . positae . . quas omnes,* post *urbes castellaque.* Schefferus cum MSS. nescio quibus malebat, *quod urbes castellaque . . cincta . . posita sint:* atque ita *quae* pro *quas* in sequentibus rescribendum. Sed sic etiam *omnia,* non *omnes* legi necesse foret. Praestaret autem scribere, *quod castella urbesque A. non muris cinctae* etc. quo ordine etiam mox, *castellorum urbiumque contumaciam* dixit auctor. Sed contra codices nihil mutaverim: aliquando enim, de re magis quam verbis cogitantibus, scriptoribus talia exciderunt. Livius XLII. 37. *ut quo animo, qua fide adiuvissent Romanos, Philippi primum, deinde Antiochi bello,* eodem *adversus Persea iuvarent.* Vegetius de Re Milit. I. 27. *ut nulla res vel casus prorsus pugnantibus possit accidere,* quam *non ante . . didicissent.* Mamertinus Geneth. cap. 10. *statim pascua agrique* deserta. Fulgent. Contin. Virg. pag. 150. *Non est aliquid pessimum, nec accidentia extrema,* quod *non pertulit humana natura.* Salvian. adv. Avarit. lib. II. pag. 213. Parva *est ad promulgendam de huiusmodi quaestione sententiam sermo atque auctoritas mea.* ubi *parum est* vel *parva sunt* rescribebat Rittershusius. Nec dubium, quin haec, ut imitanda non sunt, sic multoties librariorum incuriae debeantur. Plura autem exempla vide apud Sanct. Min. IV. 8. et commentatores Cicer. Famil. V. 21. Valerii Max. I. 8. 7. Sallust. Iug. cap. 49. 6. Ovidii Metam. IV. 177. Hirt. B. Afric. cap. 26. et Obsequent. de Prodig. cap. 79. WOPKENS.

URBES IN PLANIS CAMPIS IACEANT. Ita loquuntur optimi quique. Virgilius VII. Aeneid. *Quae Saturae iacet atra palus.* Nepos Eum. *Asiae pars quae inter Taurum iacet.* Brutus in Ep. ad Cic. *Iacet*

locus inter Apenninum et Alpes. Vide et lib. de Latinit. F. Sup. pag. 151. VORST.

PERLICI POSSE. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *perduci posse*. ABR. GRONOV.

6. AB IPSA AFRICA, QUAM EX SICILIA. Mälit forte quispiam cum ed. vetere *ex ipsa Africa*, *quam ex Sicilia*. Sed passim sic permutantur praepositiones, ut vidimus ad Cicer. Academ. II. 10. Sic ille de Legib. III. 8. *Nihil enim* . . *neque* ex *hostibus*, *neque a sociis reportandum*. Tacitus Annal. I. 80. Ex *optimis periculum sibi*, a *pessimis dedecus publicum metuebat*. Sic Dorv. 2. supra cap. 4. *Cetera* ab *hoste melius*, *quam* ex *sociis paraturus*. WOPKENS.

7. IN REPENTINO POENORUM METU. *Subita conterrent hostes*, *usitata vilescunt*. Vegetius III. 16. Huiusmodi exempla collegit Piccartus Observat. Hist. VI. 9. BERNEC.

9. SENTIENT. Lege, *sensuros*. Tota enim haec oratio per infinitivos procedit. Cap. 3. *propediem sensuros quantum* etc. et Liv. XXXV. 33. *Nec ullos prius cladem eius belli sensuros*. GRONOV. — Melius sane scripsisset auctor, uti legi iubet Gronovius, *quibus omnibus* . . *in se sensuros patere bella*. At saepe fit, ut ita permisceatur oratio obliqua et directa, uti monuimus ad Dictyn Cret. IV. 22. latiusque probavit doctissimus Raphelius in Annot. Xenophonteis ad Actorum I. 4. Et vide quae infra ad lib. XXXVIII. 4. 9. WOPKENS. — Quart. Leid. *sentiunt*. Coll. N. *sentientibus*. Ven. Flor. Ald. Iunt. *sentirent*. Avus malebat *sensuros* lib. II. Observ. cap. 14. pag. 325. Adde Munckerum ad Hyginum fab. 88. ABR. GRONOV.

11. CAPTA CARTHAGINE. Hoc argumento Severus apud Herodianum lib. II. milites hortatus, *Occupemus*, inquit, *quam primum Romam*, *Larem ipsum Imperii*, *reliqua dein facile expedituri*. Adde Livium XXI. 5. 3. et XXXIV. 26. 3. Tacitum Agric. 17. 2. Florum II. 9. 3. BERNEC.

12. UT TERMINARI NULLO TEMPORE OBLIVIONE POSSIT. Lege, et ita ex imitatione Ciceronis scripsit Iustinus, *nulla temporis oblivione*. FABER. — *Terminari oblivione* est oblivione deleri, oblivione perire. VORST. — Nisi diversa nomina sic eodem casu iungere, ut hic *nullo tempore oblivione*, in deliciis quodammodo Iustino esset, id quod ad lib. IX. 7. et saepius alibi animadvertimus; cum Fabro haud displiceret legi, *ut terminari nulla temporis oblivione possit*: sicuti de tempore, tanquam de hominibus, illius temporis loqui mos Latinorum est. Ovidius Metam. X. 501.

Stillataque cortice myrrha
Nomen herile tenet, *nullique tacebitur anno*.

Cicero pro Milone cap. 35. *De me* . . *nulla unquam obmutescet vetustas*. Vellei. II. 65. *Vidit hic* annus *Ventidium* . . *consularem praetextam iungentem praetoriae*. et cap. 104. *Hoc* tempus *me functum ante tribunatu castrorum*, *T. Caesaris militem fecit*. Sed ni-

hil in Iustino novandum, quamvis in Dorv. 2. *temporis oblivionis*, et in 1. ac 3. cum Franeq. *tempore oblivionis* exstet. WOPKENS. — Bechar. Ven. Med. Paris. *determinari*, et cum MSS. Bongars. Magl. pr. tert. quart. Leid. Periz. ed. Rom. *oblivionis*. sec. Med. *oblivionis silentio*, i. e. oblivione et silentio: quomodo loquitur Cicero lib. II. de Orat. cap. 2. *ut laudem eorum ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem*. Ita in Praef. 6. *obtrectationis invidia*. ABR. GRONOV.

UT DICATUR. Leg. *et dicatur*; nam *ut* iam antea positum. FABER. — Mallem, *et dicatur*. SCHEFF. — Iuntina retinet *ut*, sed aliter interpungit, et rectius posita τελεία στιγμῇ post τὸ *possit*. GRAEV. — Merito posterius *ut* defendit Graevius a Fabro ac Scheffero, qui recursus huius declinandi causa *et dicatur* etc. rescribendum putabant. lib. XXIII. 2. *quamquam uxor diu ne ab aegro divelleretur deprecata est: ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset*. Cicero de Finib. III. 19. *ex hoc nascitur*, ut *etiam communis h. i. h. n. sit commendatio:* ut *oporteat hominem ab homine non alienum videri*. lib. V. 19. *Idque habere . . extremum*, *se* ut *custodiat quam in optimo sui generis statu:* ut *necesse sit* etc. de Legibus I. 4. ut . . *a contentionibus . . relaxes aliquid:* ut *iam oratio tua non multum a philosophorum lenitate absit*. Tusc. IV. 17. *haec tamen ita disputant*, ut . . *evelli penitus dicant nec opus esse nec posse:* ut *in omnibus fere rebus mediocritatem esse optimam existiment*, ad quem locum alia exempla suppeditavimus, uti et ad Novatianum de Cibis Iud. cap. 2. quibus ex Cic. III. Catil. cap. 2. 2. cap. 10. 7. et aliunde plura adstrui possent. WOPKENS.

VICTIQUE VICTORES INSECUTI SINT. MSS. *Ultroque victores*. Livius XXV. 26. *ut ultro undique oppugnarentur Romani*. GRONOV. — Magis placet quod antiquiores typis expressi habent, *ultroque victores insecuti sint*. Atque ita in codd. quoque MSS. esse testatur Bongarsius. VORST. — In MSS. plerisque legitur, *ultroque:* id quod probant viri docti. Putem, utrumque posuisse Iustinum, ac scripsisse: *ultroque victi victores insecuti sint*. Oratio sane ita longe elegantior propter oppositionem; et vicinitas litterarum facile potuit efficere, ut alterutrum omitteretur. SCHEFF. — Nostri etiam omnes cum impressis veteribus pluribusque aliis MSS. *ultroque victores insecuti sint*, quod Gronovio aliisque placuit. Florus I. 19. *Omnis mox Italia pacem habuit . . nisi quod* ultro *persequi socios hostium placuit*. Livius XXVI. 41. *non ut . . pro ripa Iberi stantes arceamus transitum hostis*, *sed ut* ultro *transeamus*, *transferamusque bellum*. Vulgatae lectionis oppositione sic supra utitur Noster cap. 4. *Ut . . qui sua tueri non poterat*, *impugnaret aliena*, victusque victoribus *insultaret*. Unde nec male coniecit Schefferus *ultroque victi victores insecuti sint*. *Insequi* pro infestare, ut alibi. WOPKENS.

CAP. VI.

1. His quidem etc. Hoc ipso exemplo et similibus aliis, ostendunt Frontinus I. 12. et Piccartus Observ. X. 3. boni ducis esse, metum militum ex adversis ominibus conceptum, prudenter eludere, et in contrarium vertere. Huic nostro geminum quid est in Curtio IV. 10. Bernec.

Portenti religio, quod navigantibus eis. Periz. ed. Ven. Flor. aliaeque, *portenti visio.* Pronomen *eis* eleganter abest a MS. Bongars. utroque Med. Leidensibus, Thuan. Coll. N. Abr. Gron.

Proficiscerentur, factum esset. Quart. Leid. MSS. Bongars. *factus esset.* Periz. Bodl. *patratum esset.* Magl. ed. Rom. *patratus defectus esset.* Abr. Gronov.

Crediturum adversum profecturos prodigium esse. Scribe, *Crediturum adversum profecturis prodigium*, ut *adversum* hoc loco sit nomen, non praepositio. Gronov. — Nullum hic in libris praesidium. Vix tamen dubito legendum esse, *adversum profecturis.* Nam *prodigium adversum profecturos* sapit pessimorum temporum consuetudinem et illorum hominum, qui meliores scriptores aut non viderant aut non legerant attente. Hinc et in sequentibus dicit, *nunc quia egressis acciderit, illis ad quos eatur portendere*, scilicet *adversa.* hoc enim ἀπὸ κοινοῦ repetendum. Nam *portendere* sine adiecto nomine, quid significet, non potest intelligi, cum tam laeta quam infausta et tristia *portendi* dicantur. Porro in Iuntina paullo ante pro *portenti religio* non bene legitur *portenti visio. Religio* est hic superstitio, ut in lib. XVIII. 6. *Cruenta sacrorum religio.* Unde *religiosus* pro superstitiosus in illo vetere versu:

Religentem esse oportet, religiosum nefas.

hoc est superstitiosum. Sic vicissim *superstitio* in bonam partem pro religione lib. XXXIX. cap. 4. *His tot necessitudinibus sanguinis adiicit superstitionem templi, quo abdita profugerit.* pro quo in eodem libro cap. 1. *religionem templi* dixit: *Cum Tyrum religione templi se defensurus petisset.* lib. XLI. cap. 3. de Parthis: *In superstitionibus ac cura Deorum praecipua omnibus veneratio.* hoc est, in iis quae religiose colunt, ac pro Diis habent et venerantur, praecipue sunt fluvii. Sed alia quoque huius notionis exempla sunt in promtu. Graev. — Post Gronovium vix etiam dubitabat Graevius legendum esse *adversum profecturis:* alterum quippe consuetudinem pessimorum temporum sapere. Cave credas. Livius XLIV. 38. *Recognoscat quam multa* pro *hoste et* adversum *nos fuerint.* lib. III. 21 *Et eosdem tribunos refici*, contra *remp. esse.* Cicero pro Cluentio cap. 32. *Iudicia . . partim etiam* pro *hoc esse.* de Orat. I. 31 *Quae* pro *nobis essent, amplificanda et augenda, quaeque essent* pro *adversariis, infirmanda et frangenda.* Nepos Hamilc. cap. 2 *Primo mercenarii milites, qui* adversus *Romanos fuerant, desciverunt.* Quam MSS. lectionem deserendam esse, merito cum Bosi

negavit Erudit. Staverenus. Vide (ne ex Curtio et aliunde plura allegem) Vorstium de Latin. F. Susp. cap. 22. *Nunc . . illis, ad quos ...tur, portendere.* hoc est, ad illos infortunium illud, quod hoc ...digio ostendebatur, pertinere. Sic enim saepe in malam partem ...itur *portentum* et *portendere*, ut observavit Vir Eruditissimus I. . Reitzius in Ambiguis. WOPKENS.

3. NATURALIUM SIDERUM. Solis et Lunae, ita forte dictorum, ...od rerum naturam maxime fovere credantur. BERNEC. — *Natura... sidera* quae sint, nemo, credo, explicabit; neque enim alia astra ...nt, quae non naturalia vocare possis. Lego, *defectus naturales*, ... est, qui causis naturalibus nituntur. FABER. — Hoc *naturalium* ...hi valde suspectum, quasi sint et sidera non naturalia. Num scri...t Noster *naturae luminum*, aliusque id exposuit per *siderum?* et ...test illud *luminum* contracte scriptum fuisse *luum*, post adiunctum ...e voci *naturae*. Certe si est retinendum *naturalium*, putem ita ...ta in opposito ad cometas, et id genus, ipsos quoque soles lu...sque apparentes, quales hactenus intelligi possunt non naturales, ... quod foveant naturam. SCHEFF.

. CERTUMQUE ESSE. Lege, *certum itaque esse*. Nam argumen...tio est. FABER.

ADVERSISQUE REBUS SUIS. Iuntae una voce auctiores: *laboribus ...versisque rebus suis. Laboribus* est malis, aerumnis. Cic. I. ad ...m. Ep. 9. *Cuius erga me singularem benevolentiam vel in labore ...o, vel in honore perspexi.* Idem III. 10. *Multaque mihi venie...nt in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori puta... fore.* Terent. Andr. Act. V. Sc. 2. *Nonne te miseret mei tan... laborem capere ob talem filium?* Vide ibi Donatum. Virg. IV. ... *Iliaci labores* sunt calamitates Troianorum. Horat. III. Carm. ... *defunctus laboribus.* GRAEV. — Quint. Leid. *certumque esse et ...r. Carth. opibus, et laboribus adv.* Medicei, sec. Leid. Bodl. *cer...mque se esse flor.* (sec. Leid. *se esse ex fl.*) *C. opibus, et labo...us adv.* ABR. GRONOV.

4. NAVES INCENDI IUBET. Idem eodem consilio fecere Corcy...i apud Thucydidem III. 13. 12. Nec dissimilia Livius IX. 23. ... XXI. 43. et 44. item XLIV. 10. 8. Britanni *obseptis effugiis, ...lia et clara facinora edidere.* Tacit. XII. 31. Nimirum

Una salus victis, nullam sperare salutem.

Virgil. Aen. II. 354. Adde sup. I. 6. 10. et XX. 3. 4. BERNEC.

AUXILIO FUGAE ADEMTO. *Auxilium fugae* dixit etiam Sueto... Caesare cap. 60. *Quo maior permanendi necessitas imponere...r, auxilio fugae erepto.* Ennius apud Cicer. Tusc. III. 19.

Quid petam praesidii aut exsequar? quove nunc
Auxilio *exili aut* fugae *freta sim?*

...e recte, suffragante MS. legit Bentleius. Gregorius Turonensis Hist. ...ancorum VIII. 18. *Finissetque vitam, nisi* fuga auxilium *prae...isset.* Hegesipp. IV. 15. *Necessitas intercluso* fugae subsidio, *re-*

medium in manus vertit. WOPKENS. — Periz. ed. Ven. Med. Paris. *ablato.* ABR. GRONOV.

5. PROSTERNERENT. Scribendum videtur, *protererent.* Infra XXIV. 4. *Alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivere.* GRAEV. — Graevio scribendum videbatur *protererent.* Sed praestat omnino librorum, ut puto, cunctorum lectio, quibuscum etiam facit Orosius IV. 6. Ita rursum Noster lib. II. 11. *Per omnia castra vagantur: caedunt* sternuntque *omnia.* lib. VI. 2. *Agros hostiliter vastat, urbes expugnat, et quasi tempestate quadam cuncta* prosternit. lib. XXIV. 4. *Alii Macedoniam, omnia ferro* prosternentes, *petivere.* Sic enim recte Franeq. aliique pro vulgato *proterentes.* Atque ita Valer. Max. I. 7. Ext. 1. legerim: *serpentem concitato impetu omne, quidquid obvium fuerat, prosternentem:* non, uti dictum est, *proterentem.* Nam Cicero ἰσοδυνάμῳ verbo *pervertere* in hac re utebatur, de Divin. I. 24. *Tum visam beluam . . quacunque incederet, omnia arbusta, virgulta, tecta* pervertere. Nec valet illud *protriverunt* in his Frontini Strat. II. 4. 12. *Consternati equi non solum insidentes praecipitaverunt, sed peditum quoque suorum ordines* protriverunt, *vincendosque hosti praebuerunt.* An qui iam equis plane *protriti* erant, vincendi praeberi hosti poterant? Lege cum codice quodam *turbaverunt*, vel potius cum alio *proterruerunt*, i. e. terrore de loco suo pepulerunt. Sed haec ὡς ἐν παρόδῳ. Ceterum in loco hoc Iustini, *quaecunque ingrederentur* in Dorv. 2. 3. ac Franeq. aliisque MSS. exhibuerunt librarii, non reputantes *ingredi* hic esse incedere, ire, ut apud Ciceronem, Curtium aliosque. WOPKENS.

POENORUM HANNO. Et Βορμίλκας. Diodor. XX. 10. qui auctori nostro dicitur *Bomilcar*, aut *Vomilcar.* Habuerunt autem in exercitu XL millia peditum, equites mille. Diodor. ibid. Orosius MS. pro XXX millia habet *viginti*, et ita unus e nostris. Nec magis in caesorum numero conveniunt. Orosius, qui cetera hinc transcripsisse videtur, duo millia Poenorum, Siculos duos: Diodorus XX. 13. illorum mille, horum ducentos cecidisse scribit. BONGARS. — Pr. tert. quint. Leid. Periz. *Paganorum H.* Coll. N. *pugnatorum dux H. Poenorum.* sec. Med. *aganorum dux Poenorum Hanno: ibi pr. c. duo de Siculis*, II *d milia de P.* ed. Rom. *Hanno dux Poenorum, ibi pr. c.* Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Poenorum* (*Poenarum* Ven.) *H. dux, et pr. c.* Bech. *Poenorum Hanno dux pr. c.* ABR. GRON.

8. PRAEDAS INGENTES AGIT. Plautus Aulul. IV. 2. 3. *Edepol nae illic pulchram praedam agat.* Livius I. 22. *Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano praedas invicem agerent.* et XXIII. 36. *exercitus tironum spolians victos praedasque agens.* GRONOV. — Ad exempla, quibus phrasin *praedam agere* illustrat Gron. adiici sequentia possunt: Livius V. 14. *Potitus a Faleriis, Camillus a Capena* praedas *ingentes* egere. et cap. 24. *Ab iis . . ager est depopulatus*, praedaeque *rerum agrestium* actae:

nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Vulg. Interp. Iudicum IX. 25. *Exercebant latrocinia*, agentes praedas *de praetereuntibus.* Sallust. Iugurth. cap. 20. *Ceterum qua pergebat, urbes, agros vastare*, praedas agere, ubi frustra Cortius proprie hoc dici ait de illa praeda, quae possit *agi* et *incedere*, dum de reliqua *ferre praedas* dici soleat. Ubi enim de praedandi actu vel parienda praeda, ut in locis adductis, sermo est, qualemcunque praedam hac formula intelligunt Latini, quod exempla allata satis indicant, et locus Plauti Aul. IV. 2. 3. a Gronovio citatus. Valet autem observatio dicta, ubi agitur de praeda iam parta aliquo deportanda. ut Livii XXIV. 16. *Militesque praedam portantes agentesque . . Beneventum rediere.* lib. XXIII. 1. *Alios prae se actam praedam ex agris ostentantes, obequitare portis iussit.* Nec tamen illic ad ea tantummodo, quae incedere possint, respici satis constat, quoniam sic itidem Livius XXV. 31. *Egressusque in terram depopulatus est aliquantum agri circa Uticam, praedamque* omnis generis *retro ad naves egit.* Wopkens. — Saxo lib. VI. pag. 97. f. *ingentes praedas agere honestatis loco curatum est.* Lege, *putatum est.* Abr. Gronov.

9. Castra quinto lapide a Carthagine statuit. Assentior Gronovio, qui ex MSS. probat *in quinto lapide.* Vid. l. de Pecun. Vet. 3. Adstipulantur Iuntae. Graev. — Antiquiores typis expressi, Becharii, et teste Graevio Iuntarum, *in quinto lapide:* quomodo rursus et in MSS. esse Bongarsius testatur. Mirum igitur quod idem praepositionem expunxit: id quod nec Gronovio placere ex libro huius de Pec. Vetere videre est. Si maxime vocula *in* non adsit, est tamen eadem subaudienda. Est autem *in quinto lapide* pro ad quintum lapidem. Vorst. — Probant docti viri, quod in MSS. reperitur, *deinde in quinto lapide.* Mihi adhuc melius videtur, si ex MS. alio legamus, *dein in quintum lapidem a Carthagine*, ut *in quintum* positum sit pro *ad quintum*, sicut saepe *in* pro *ad* occurrit. Scheff.

Castra deinde in quinto lapide. Haec etiam nostrorum omnium MSS. scriptura est, meliusque Sehefferp non debuit videri, ut ex MS. alio legamus *in quintum lapidem.* Eutropius Brev. II. 8. *Bellum*, in *centesimo et tricesimo fere* milliario *ab urbe, apud Samnites gerebant.* S. Rufus in Brev. cap. 22. *Milites ei tumulum in vicesimo* milliario *a Circesso castro . . aedificaverunt.* Gregorius Turon. de Mirac. Martyrum II. 12. *Praeceperat enim se in septimo a basilica milliario cui vim inferret.* Sallust. Iug. cap. 75. 2. *Quanquam inter Thalam flumenque proximum* in spatio *millium quinquaginta loca arida atque vasta esse cognoverat.* ubi praepositionem cum MS. eliminandam esse, nonnullis non adsenserim. Wopkens. — Ita sec. Med. Magl. Reg. Periz. pr. tert. quart. Leid. Coll. N. ed. Rom. Bechar. Iunt. verum pr. Med. sec. quint. Leid. Ald. *in quintum lapidem*, ut malebat Schefferus. Orosius lib. IV. cap. 6. et Freculphus I. IV. 26. *ad quintum lapidem.* Abr. Gronov.

Ut damna carissimarum rerum. Eodem respiciens Antonius apud Tacitum Hist. III. 30. *rapi ignes, inferrique amoenissimis ex-*

tra urbem aedificiis iubet; si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur. Quod ipsum tamen comminandum potius quam faciendum, nec ad desperationem hostes adigendos, praecipit cum Onosandro Strateg. cap. 6. Thucydides I. 15. 7. et II. 6. 5. Bernec.

Vastitatemque agrorum. Magl. *vastationemque agrorum:* quod ex glossa ortum, vel ex Orosio desumtum est. Cicero lib. IV. in Verrem cap. 51. *Quae solitudo esset in agris, quae vastitas, quae fuga aratorum, quam deserta* etc. Columella lib. I. cap. 3. *cum vastitatem agrorum victoriae nostrae fecissent.* Abr. Gronov.

11. Omnes admiratio incessit. Livius I. 56. *Incessit omnes cupido.* et VII. 39. *Haud dubius timor incessit animos.* Tacitus I. Ann. 16. *Pannonicas legiones seditio incessit.* Gronov. — Coll. N. *invasit:* ut infra XLII. 4. 14. *Post longum deinde luctum alia sollicitudo miserandum senem invadit.* et Livius lib. XXIV. cap. 5. *Itaque tantus omnes terror invaserat.* verum hoc loco *invasit* ex interpretatione ortum videtur, quemadmodum apud Sallustium Iug. cap. 47. pro *incessere* MS. Arondel. dat *invasere.* Livius lib. XXIV. cap. 12. *incessit ipsum cupido.* et XXV. 1. *incessit civitatem religio.* et XXIX. 3. *incessit animos moestitia.* Hegesippus lib. I. cap. 14. init. *sed fuere, quos metus et rerum mutatio incesseret.* et lib. V. cap. 14. init. *et fames iam urbem graviter incesserat.* Salvianus lib. III. cap. 13. contra Avar. *Nova quippe amentia tam seculares, quam etiam quosdam religionem professos, incessit homines.* Idem verbum cum dativo iungit optimos scriptores imitari solitus Saxo, ut praef. pag. 2. *quibus tanta tradendarum rerum suarum memoriae cupido incessit.* et lib. II. pag. 32. init. *quibus non minus subitae cladis horror, quam somni stupor incesserat.* et lib. XIV. pag. 326. 23. *tantus Karentinis terror incesserat.* nec aliter Sallustius Cat. cap. 32. *quibus reipublicae magnitudine timor insolitus incesserat.* et Livius lib. IV. cap. 57. *incessit cura patribus.* atque Valerius Maximus praef. *Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit.* et I. 8. 5. *Hetruscis tantus terror subito incessit.* Praepositionem *in* eidem verbo addidit Livius lib. XXV. cap. 4. *incessit in eos pestilentia.* Abr. Gronov.

12. Verum etiam urbes nobilissimae. Iuntae: *Verum etiam tributariae urbes nobilissimae.* Veram puto hanc lectionem esse sequens caput ostendit: *Cum domi forisque eadem fortuna Carthaginiensium esset, iam non tributariae tantum ab his urbes, verum etiam socii reges deficiebant.* Graev. — Editio Iuntina teste Graevio una voce amplius, *urbes tributariae nobilissimae.* Infra XXII. 7. 3. *Non tributariae tantum ab his* (Carthaginiensibus) *urbes, verum etiam socii reges deficiebant.* Vorst. — In quibusdam una voce auctius legitur, *urbes tributariae nobilissimae,* quod probant viri docti, quia mox fit mentio urbium tributariarum in sequenti capite. Nec improbo. Sed si hae fuerint *tributariae,* quid ita hic vocantur *nobilissimae,* aut quid omnino ad rem facit illud *nobilissimae?* Fallor

multum, aut scriptura vera Iustini est *urbes mobilissimae.* Sensus elegantissimus; quia fuerunt tributariae, ideo valde mobiles et cupidae novitatis, si forte mutare conditionem suam possent. Scheff. — *Urbes nobilissimae* sunt celeberrimae et florentissimae inter tributarias. *Nobilis* enim Latinis proprie est celebris. Phaedrus: *Nec artis ulla medicum se prudentia, Verum stupore vulgi factum nobilem.* Graev. — Ald. Iunt. *tributariae urbes nob.* probante Graevio. Abr. Gronov.

CAP. VII.

2. Antandro. Ita quoque Diodorus. Mendose Orosius IV. 6. *Androne.* Bernec.

3. Domi forisque etc. Curtius IV. 1. 54. *Eadem ubique fortuna partium.* Florus IV. 2. 43. *Omnia felicitatem Caesaris sequebantur.* Bernec.

Non fide, sed successu. *Adversis enim rebus rarior fides est:* ait Vegetius III. 9. m. *Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat.* Noster V. 1. 11. Bernec.

4. Aphellas. Diodoro XX. 41. Ὀφέλλας dicitur: .is περιεβάλετο, inquit, ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν, *animo principatum complexus fuerat.* Bongars. — Paulus tamen Leopardus Emendation. XVII. 10. *Opheltas* legendum contendit, firmante Plutarcho in Demetr. cap. 16. et Pausania in Corinthiacis. *Ophellam* vocat et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ *ΟΛ. ΡΙΔ.* et Phot. 218. f. Bernec. — Non dubitandum de lectione Bongarsii, *Ophellas.* Nam, praeter Diodorum, ita quoque habent Theophrastus de Plantis lib. IV. cap. 4. et Polyaenus, atque alii. Voss. — Iuntae: *Opheltas.* Unde liquet recte Leopardum ex Plutarcho et Pausania emendasse *Opheltas.* Graev. — Alii, *Aphellas*; alii, *Opheltas*, quod ego cum Leopardo viro doctissimo verum puto. Est autem nomen Laconicum. Cyrenaei vero origine Lacones erant. Tamen in minori Epitoma legitur *Ophellas.* Faber. — Antiquiores typis expressi *Ophellam* vel *Opheltam* vocant: quomodo veteres quoque auctores Graecos, Diodorum, Plutarchum et Pausaniam vocare viri docti monuerunt. In vetere item Prologo huius libri est *Opellam.* Vorst. — Recte *Ophellam* hunc vocat etiam Orosius IV. 6. In Dorv. *Offelas*, et deinceps *ab Offella.* Wopkens. — Ed. Ienson. Ven. Flor. Paris. *Offelas.* Ald. *Opheltas.* Vide notam Graevii. Bechar. Mediol. et Prologus h. l. *Ophellas.* Suidas: Ὀφέλλα τοῦ Κυρηναίου δυνάστου πρὸς Ἀγαθοκλέους αναιρεθέντος δόλῳ, Λεωνίδης ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς κατέστη ὑπὸ Πτολεμαίου. Idem Freculpho *Asellas* dicitur, et Orosio ex ed. Ven. *Apellas*, atque ita tres MSS. Florentini, qui in seqq. dant *Afellae.* Leonidae etiam meminit Diodorus lib. XX. cap. 19. καὶ τὴν μὲν δύναμιν ἐξαποστείλας Πτολεμαῖος καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην, τὰς ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ πόλεις οὔσας ὑπ' Ἀντίγονον ἐχειρώσατο. Eumdem Κλεωνίδην vocat Plutarchus in Demetrio pag. 895. B. προσέ-

πεμψε Κλεωνίδῃ τῷ Πτολεμαίου στρατηγῷ φρουροῦντι Σικυῶνα καὶ Κόρινθον χρήματα προτείνων, ὥστε ἐλευθέρους ἀφεῖναι τὰς πόλεις. Abr. Gronov.

Bellum cientes. Coll. N. ed. Rom. Med. *bellum struentes.* Periz. *bellum ineuntes.* Praestat vulgatum. Supra II. 12. 13. *Artemisia inter primos duces bellum acerrime ciebat. Ciere* de ipso actu in bello usurpari solet, *struere* et *instruere* de apparatu belli, ut supra XV. 1. 4. *bellum terra marique enixe instruunt.* Cicero lib. IX. ad Att. epist. 10. *bellum ἄσπονδον strui existimo.* Abr. Gron.

Sanguine, gravi praelio superat. Nisi obstarent, quae de duplici ablativo notavi ad lib. IX. 7. 12. et alibi, videri posset cum Orosio legendum, *magno u. e. sanguine et gravi praelio s.* Sed sic etiam ἀσυνδέτως Livius II. 64. *Primum aequo campo signis collatis pugnatum ingenti* caede, *utrinque plurimo* sanguine. lib. I. 33. *Aliquando ibi Marte incerto, varia* victoria *pugnatum est.* et cap. 36. *Et primo dubia victoria, magna utrinque* caede *pugnatum est. Magnus* autem *sanguis*, pro magna caede, multo sanguine. Lucanus VI. 157.

Non parvo sanguine *Magni*
Ista dies ierit.

Prudentius in Symmachum II. 551.

Et titulos tanto *quaesitos* sanguine *carpsit*,

et v. 1112.

. . *Et* quanto *vestigia* sanguine *signet.*

Adde quae supra ad lib. XI. 13. 9. quaeque e Statio et Sidonio adduxit Cel. Dorvillius ad Chariton. Aphrodis. IV. 2. Wopkens.

7. Bomilcar, rex Poenorum. Carthaginiensium duces, etiam *reges* dicuntur. Hannonis Periplus inscribitur, Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως. et Imilco, de quo supra XIX. 2. et 3. *rex Carthaginiensium* ab Orosio IV. 6. dicitur: ideo, opinor, quia plerumque perpetuam auctoritatem obtinebant. Procopius I. de Bello Goth. barbaros ait duces suos, reges vocare. Vide quae notavi ad XXXI. 2. 9. Bongars. — Medicei, Magl. Coll. N. *B. dux P.* ed. Bechar. Ald. Iunt. Ven. Flor. Med. Paris. *Bomilchar dux P.* Abr. Gronov.

8. Patibulo suffixus est. Periz. *pat. fixus est.* Abr. Gron.

Ut idem locus etc. Ita Manlius Capitolii servator, affectati regni condemnatus, *de saxo Tarpeio deiicitur; locusque idem in uno homine et eximiae gloriae monimentum, et poenae ultimae fuit.* Livius VI. 20. 26. Bernec.

10. Gisgonis. Pr. Med. quint. Leid. *Gisconis.* Vide supra ad cap. 3. 6. h. l. Abr. Gronov.

Tacita suffragia. De quibus XXII. 3. 6. Bernec.

CAP. VIII.

1. Profligatis in Africa rebus. *Profligatae res* pro afflictis et perditis. Cicero III. de Orat. *Cum Philippus suis consiliis remp. profligasset.* Atque inde est quod hominem perditum et *profligatum* dicunt. Vorst. — Hoc *rebus*, quicquid explicent, suspectum mihi manet. Quomodo enim tandem necesse est, ut de adversariorum rebus magis, quam propriis Agathoclis accipiatur. Res quidem exigit, at verba contrarium potius requirunt. Sic enim *rebus integris*, *rebus perditis*, intelligimus de nostris, nisi quid addatur. Itaque omnino credo, Iustinum scripsisse, *profligatis in Africa regibus*, ac intellexisse Bomilcarem Carthaginiensium, et Aphellam Cyrenarum reges. Scheff. — Haec non ceperunt viri docti. Non enim est *rebus profligatis*, ut Vorstius exponit, rebus perditis et afflictis; sed plane contrarium, rebus felicissime gestis in Africa, cum res felicissime cessissent in Africa, cum multum profecisset in bello, quod agebat in Africa, ut fere pro confecto haberetur. *Profligare* enim est multum proficere in aliqua re, ita ut paene ad exitum deducatur. Noster XX. 4. *In iuventute quantum profligatum sit, vicii foemindrum contumaces animi manifestant.* hoc est, quantum in erudienda iuventute profecerit Pythagoras. Cic. V. Tusc. Quaest. *Profligata iam haec et paene ad exitum adducta est quaestio.* hoc est, de hac quaestione tantum iam egimus, ut pauca de illa supersint dicenda. Seneca de Brevitate Vitae I. cap. 1. *Intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie profligetur, quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit.* Frontinus Strateg. II. ex. 20. *Quo genere cum profligari nihil videret.* Ancyranum monumentum: *Forum Iulium, et basilicam, quae fuit inter aedem Castoris et aedem Saturni, coepta profligataque opera a patre meo perfeci.* Vide Lipsium ad II. Histor. Taciti, contra Gellium disputantem de hac istius vocis significatione. Graev.

3. Omnes Siciliae urbes. Primam vocem addidi ex MSS. et vett. editionibus atque Bongarsiana. Abr. Gronov.

Pulsis e Sicilia Poenis. Praepositionem ignorant Med. pr. Leid. Coll. N. Ita supra IV. 3. 1. *pulsi civitate.* XIII. 5. 7. *finibus Graeciae hoste pulso.* XX. 2. 3. *pellere ceteros Graecos Italia statuerunt.* Saxo lib. XIV. pag. 249. 50. *Sialandiae eum terminis pellit.* Vide ad XX. 1. 1. Abr. Gronov.

5. Ad concionem vocatos. Ita supra XIV. 1. 10. *vocatis ad concionem militibus.* ubi Magl. *in concionem*, atque ita hoc loco omnes MSS. et editio Romana. *In concionem vocare* etiam dixit auctor supra XVI. 1. 9. et XXI. 3. 3. Prius occurrit apud Livium lib. XXIX. cap. 21. *vocatos ad concionem milites.* et cap. 24. *vocatis ad concionem militibus.* Abr. Gronov.

6. Dum belli reliquiae peraguntur. Nimis mihi insolens haec locutio videtur. Mallem, *belli reliqua peraguntur.* Scheff. — *Re-*

liquiae belli sunt hic reliqua belli vel bellum reliquum. ut *persequi belli reliquias* cum Livio XXIX. 31. dixit Noster mox n. 15. et lib. XLII. 4. 5. *consummare belli reliquias.* Frontinus Strat. lib. II. argum. cap. 9. *Perficere belli reliquias.* Livius XXVI. 1. Quamquam in isto Livii loco codex quidam eleganter habeat *reliqua*, quemadmodum et in hoc Iustini Franequeranus, id quod etiam malebat Schefferus. WOPKENS.

7. AD CASTRA HOSTIUM EXERCITUM DUCIT. Penultima vox abest a Mediceis. Livius lib. XXXVI. cap. 14. *Proërnam inde recepit, et quae circa eam castella erant. Ducere tum porro in sinum Maliacum coepit.* ABR. GRONOV.

IBI . . MAIOREM. Sec. Med. *ubi . . maiorem.* ABR. GRONOV.

8. IN CASTRA FUGISSET. Idem: *refugisset.* ABR. GRONOV.

VERSAMQUE IN SE INVIDIAM. Hoc est, malam existimationem, et quasi infamiam, (*Unglimpff, Nachred.*) Hac notione Tacitus Annal. IV. 70. ait, Tiberium, quod ipsis Ianuarii Calendis supplicia mandasset, *magnam invidiam adiisse.* Livius XXIV. 25. 2. *Tutores regis sub aliena invidia regnant.* Florus III. 6. 2. *Cilices sub exteri regis invidia praedantur.* Ita Noster sup. XII. 6. 12. XXI. 5. 10. et II. 8. 9. BERNEC.

CUM ARCHAGATHO. Diodorus XX. 70. deseruisse filios scribit, qui a militibus, fuga cognita, interfecti sint. Quam crudeliter autem in Sicilia versatus sit post reditum Agathocles, lege apud Diodorum XX. 72. 73. BONGARS. — A Graecis varie appellatur, Ἀρχάγαθος, Ἀγάθαρχος. VOSS.

9. SALUTEMQUE SUAM DESERTAM AB EO ESSE. Cicero post Red. in Senatu cap. 3. *Ego meam* salutem deserui, *ne propter* etc. Famil. I. ep. 7. *Multum enim interest utrum laus imminuatur, an salus* deseratur. Ad Quirites post Red. cap. 5. *Cum viderem ex ea parte homines . . aut proditores esse aut* desertores salutis *meae.* WOPKENS.

10. A NUMIDIS EXCEPTI. Hoc est, insidias Numidarum passi. Cic. VII. ad Att. Ep. 22. *De Pompeio suo nihil, eumque nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto.* Auctor Bell. Alexand. 10. *Nonnulli ab equitibus hostium sunt excepti.* et Sueton. Tib. 8. *Quasi exceptos supprimerent non solum viatores* etc. Virgil. Ecl. III. 17.

Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis?

GRONOV.

QUI A PATRE NOCTIS ERRORE DISCESSERAT. *Noctis errorem* dixit, ut Rutilius Itin. I. 345.

Litorea noctis *requiem metamur arena.*

Lucanus X. 332.

Sic velut in tuta securi pace trahebant
Noctis *iter mediae.*

Statius Thebaidos IV. 112.

Undique magnanimum pubes delecta coronat
Oeniden hilarem bello, noctisque *decorum*
Vulneribus.

Sic enim ex duobus MSS. non male legunt pro *notisque.* Livius XXXVIII. 6. *Non ab eius solum* noctis *incepto recessere, sed* etc. et lib. XL. 12. *Accusatio . . ex* noctis *huius metu* (malim *motu*) *et tumultu repentino exorta . . Oportuit autem . . non exspectatam fabulam* noctis *huius esse . . et* noctis *huius insidias aut tuas aut meas detegam.* Sic cap. 16. et alibi. WOPKENS. — Magl. sec. Leid. *noctu.* Praestat vulgatum. Saxo lib. II. pag. 32. 3. *socii, an hostes occurrerent, noctis errore incertum reddente.* lib. XIV. pag. 275. 49. *ne noctis errore facinus impediretur.* Similiter *errore nebulae* dixit idem lib. III. pag. 39. 34. *Hotherus inter venandum errore nebulae perductus in quoddam silvestrium virginum conclave incidit.* lib. XIV. pag. 289. 45. *incerti viae, et errore nebulae implicati.* lib. XVI. pag. 377. 9. *nuntiis incidentis forte nebulae errore deceptis.* et *caliginis errore* lib. XIV. pag. 289. 47. *Sclavi caliginis errore protracti, in medios ferme hostes inciderunt.* ABR. GRONOV.

11. QUIBUS REVERSUS A SICILIA FUERAT. Melius Iuntae, *quibus regressus a Sicilia fuerat.* Latini enim dicerent, *quibus reverterat.* GRAEV. — Cum Iunt. facit etiam noster codex Dorv. 1. In Mediceo est, *q. reverterat a S.* Sed alterum stilo Iustini satis est consentaneum, qui sic rursus lib. XIV. 1. *Cum reversus in castra esset.* lib. XVI. 4. *Namque cum . . de exilio reversus esset.* lib. XXXVII. 3. *Post haec in regnum . . reversus est.* et alibi. Atque ita Val. Maximus, Frontinus aliique. WOPKENS. — Periz. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *quibus fuerat a Sicilia regressus.* sec. Med. *quibus reverterat a Sic.* ut XII. 8. 17. *in eadem* (castra) *reverterunt.* Prologus huius libri: *cum revertisset in Africam.* et lib. XXIII. *revertit in Epirum.* Cicero Orat. pro Roscio Amer. cap. 9. *Ameriam reverterunt.* Livius lib. XXXV. cap. 25. *Achaei non antea ausi capessere bellum, quam a Roma reverterent legati.* ABR. GRONOV.

12. EXEMPLUM FLAGITII SINGULARE, REX. Livius lib. XXXI. cap. 12. *et ne Pleminium quidem tam clarum recensque noxae simul ac poenae exemplum homines deterrere.* Velleius lib. II. cap. 100. *Iulius Antonius singulare exemplum clementiae.* ABR. GRON.

PRODITOR. Vide supra Notam ad XIX. 3. 10. BERNEC. — Praecedit *rex exercitus sui desertor.* et *proditor* idem fere est quod desertor. *Prodere* quoque idem quod deserere et periculo exponere. Vide Notas ad XIX. 3. 11. VORST. — *Prodere, deserere, relinquere* passim *ἰσοδύναμα* verba sunt, et alterutrum vel *desertor* vel *proditor* omittere potuit auctor, qui tamen hac abundantia alibi utitur. ut lib. VIII. 4. *ut . . perdere eos* praeoptarent, *expertamque*

Philippi crudelitatem pati, quam parcere hostibus suis mallent lib. XII. 1. *Qui Philippi Alexandrique pacem soli spreverant, et leges respuerant.* lib. XXV. 1. *Quibus et elephantos . . rex ostendi iusserat, et naves onustas copiis demonstrari.* lib. XLIIII. 2. *Et adolescentes in* ultionem *maternae necis, et Numitor in vindictam erepti regni armantur.* Sallust. Iug. cap. LXXXIV. *Interim . . auxilia a populis et regibus sociisque arcessere; praeterea ex Latio . . fama cognitos accire.* ubi cave cum Cortio deleas *accire*, invitis libris. Min. Felix Octav. cap. 21. *Modo imberbis* statuitur, *modo barbatus locatur.* (nisi forte illic legendum *m. b. colitur.*) cap. 36. *Ita in nobis non genitura* plectitur, *sed ingenii natura punitur.* Et Ciceronem, Velleium aliosque sic nonnunquam locutos, alibi monuimus. Iustinus autem *proditorem filiorum* Agathoclem vocat, quod eos exitio satis evidenti exponeret. Vide quae dixi ad lib. XIX. 3. 10. Wopkens.

14. Ab Archesilao. Scrib. *Arcesilao.* Faber. — Optime. Sic et Iuntina. Graev. — Huius caedis etiam alii participes fuerunt. Polybius Legat. I. Συνέβαινε δὲ τούτους τοὺς ἄνδρας (Ἱπποκράτη καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον Ἐπικύδη) καὶ πλείω χρόνον ἤδη στρατεύεσθαι μετ' Ἀννίβου, πολιτευομένους παρὰ Καρχηδονίοις, διὰ τὸ φεύγειν αὐτῶν τὸν πάππον ἐκ Συρακουσῶν, δόξαντα προσενηνοχέναι τὰς χεῖρας ἑνὶ τῶν Ἀγαθοκλέους υἱῶν Ἀγαθάρχῳ. Abr. Gronov.

Amico antea patris. Impressi quidam, *amico Antipatri*, unde liquet, veterem scripturam fuisse *amico ante patri*, quod nescio, an non lectioni vulgatae debeat praeferri. Scheff. — *Antea* legitur in omnibus melioribus editionibus, non *autem*. Graev.

Satis habere etc. Hoc modo apud Barclaium, novitii commatis, genii veteris auctorem, Argenid. lib. II. Eristhenes damnandus: *Satis est gaudii, quod post Poliarchum Siciliae hostem vixi.* Bernec.

COMMENTAR. IN LIB. XXIII.

CAP. I.

1. Pacificatus cum Carthaginiensibus. Periz. *pacificatis Carth.* Abr. Gronov.

Partem civitatium a se dissidentem. Veteres editiones, ut et Iuntina: *dissidentium.* Graev. — Rectius videtur, quod teste Graevio in editione Iuntina est, quodque et Sichardus secutus est, *dissidentium.* Vorst.

2. Cuius imperii partem etc. Cupiditates mortalium ubi semel

exorbitare coeperunt, οὐδαμοῦ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἵστανται, *semper ulterius progrediendo, nunquam sistunt*, inquit Basilius Magnus. Adde supra XXI. 6. 4. BERNEC.

CIVITATES ITALIAE SUBEGERAT. Iunt. *in Italia*. ABR. GRON.

5. ET PACEM CUM HIS. Cl. Iensius malebat, *nec pacem*. ABR. GRONOV.

7. QUIBUS ET SPARTANI. De quibus supra II. 3. 5. et 6. BERNEC.

INTER PASTORES HABEBANTUR. Ald. Iunt. *alebantur*. ABR. GRON.

SINE VESTE QUAM INDUERENT. Codex MS. teste Bongarsio, *qua induerentur*. Quod rectum fortasse, certe elegans est. Esset autem *induerentur* pro induerent se, passivum pro activo cum pron. recip. VORST. — Atqui Noster supra III. 3. de Spartanis: *Iuvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit*. Non ergo erant sine veste, quorum tamen hic dicuntur secuti leges. Puto vestem Graeca consuetudine usurpatam pro ea, quae interiori iniicitur, atque ita et verbum *induere* accipi hic oportere. Modo integer sit locus, de quo deliberent eruditiores. Mallet quoque Vorstius, *qua induerentur*, ex MS. Bongarsii. SCHEFF. — Aut legendum *una veste* pro *sine veste*, aut sic capiendum est, ut Schefferus monuit; sic et nudi apud Latinos dicuntur, qui tunica tantum erant induti, ut docuit Gisbertus Cuperus Observat. I. 7. GRAEV. — MSS. Bongars. *qua induerentur*. Ed. Rom. *quam induerentur*. Livius lib. XXVIII. cap. 37. *virgines longam indutae vestem*. Quintilianus lib. V. Institut. Or. cap. 4. *indutus thoracem*. Interpres vetus Epist. D. Pauli ad Ephesios 6. 14. *induti loricam iustitiae*. et ad Thessalon. I. 5. 8. *induti loricam fidei*. ABR. GRONOV.

SINE ULLO USU URBIS. Urbes effoeminando, castra masculando militi facere, Gruterus ad Tacit. cap. 38. iusta dissertatione demonstrat. BERNEC.

9. POTUS AUT LACTIS AUT FONTIUM LIQUOR ERAT. Dorv. 3. *Potus mellis aut lactis aut f. l. e.* quod prope accedit ad editi veteris lectionem *potus mellis et lactis et f. l. e.* WOPKENS. — Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *potus mellis et lactis et f. l. e.* Ald. Iunt. *potus mellis aut l. aut f. l. e.* Ausonius Technopaegn. v. 67.

Quodque cibo et potu placitum, labor acer apum, MEL.

ABR. GRONOV.

10. CONFLUENTE DEINDE MULTITUDINE, SOLLICITATI PRAEDA. Sec. Med. *confluente deinde multitudine sollicitante praedas*. Coll. N. *confluente multudine deinde sollicitante praeda*. Videtur Iustinus scripsisse, *confluente deinde multitudine sollicitata praeda*. ABR. GRONOV.

12. CONCURRENTIBUS AD OPINIONEM etc. Ut factum quoque supra XVIII. 6. 17. BERNEC.

BRUTTIOSQUE SE EX NOMINE. Strabo lib. VI. Bruttios dictos ait a Lucanis: Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας. Cum eorum es-

sent pastores, rebus tempore Dionysii turbatis, ab iis defecerunt. Stephanus a *Bretto* Herculis filio dictos vult. Vide Eustath. in Dionys. qui eos *Βρεντίους* vocat, et Diodorum XVI. 15. Bongars. — *Βρούττιοι* nominantur Ptolemaeo: *Brettii* leguntur in Numismatibus: *Brutates* apud Festum. Ipsa regio (quae *Calabria inferior* hodie) Polybio lib. XI. *Βρεττανία,* Straboni lib. VI. *Βρεττία* nominatur. A Stephano, Scholiaste Theocriti, aliisque *Siciliam* vocari ex eo, quod fluvios oppidaque non pauca huius tractus, *Siciliae* adscribant, prout etiamnum in titulis Regum Hispaniae *Sicilia cis Pharum* appellatur, ad differentiam insulae, quae *ultra Pharum*. Adde Lans. Consult. pag. 789. Bernec.

14. Qua victoria erecti. Hoc *qua* necessario referri debet ad certam aliquam, de qua prius dictum. At hic nulla mentio fit victoriae in praecedentibus, sed tantum belli. Quare puto hic scribendum, *quo victoria. Quo* refertur ad bellum, et ponitur pro *in quo.* Non intellexerunt scribae, et quia putaverunt *quo victoria* vitiosum esse, nec adiectivum substantivo respondere, ideo *qua victoria* fecere. Scheff. — Pronomen relativum *qua* suspectum habebat Schefferus, isque malebat *quo*, nempe *bello.* Pr. Med. Magl. ed. Mediol. *qui*, quod referendum ad *τὸ illis*, quod remotius est. Sec. Med. Coll. N. *cuius*, scilicet *belli.* Ita supra XI. 11. 10. *Victoria omnium bellorum.* Livius lib. XXIII. cap. 11. *Victoria belli.* Auctor lib. I. Maccab. 3. 19. *ὅτι οὐκ ἐν πλήθει δυνάμεως νίκη πολέμου ἐστίν.* Abr. Gronov. — Recte A. Gronovius ex Mediceo restituit *Cuius victoria e.* atque ita Dorv. 2. *Victoria belli* lib. XII. 16. 6. et alibi dicitur. Wopkens.

Brevi consecuti sunt. Periz. ed. Bechar. Ven. Florent. Med. Paris. *in brevi.* Apud Orosium quoque lib. I. cap. 8. in MSS. Leidensibus *in brevi* pro vulg. *brevi* reperit Cl. Haverkampus, iisdemque adstipulatur Freculphus tom. I. lib. IV. cap. 1. Idem lib. VII. cap. 37. *Ostendente in brevi iudicio Dei, et quid favor eius posset, et quid ultio exigeret.* Helmodus lib. I. Chron. Slav. cap. 25. *Quod si non feceritis, in brevi sentietis ultionem.* Saxo lib. XIV. pag. 259. 34. *Suenonis in brevi iudicio praesentandus.* Abr. Gronov.

15. Civitatium cum magno exercitu. Sec. Med. *civitatium magno exercitu*, omissa praepositione *cum.* Abr. Gronov.

CAP. II.

1. Principio adventus opinionis eius. *Opinio* huic auctori est fama et rumor. Nonius significationem notavit: sed exempla, ut ipsius est mos, adscripsit parum accommodata. Tacitus in Vita Agric. cap. 9. *Comitante opinione Britanniam ei provinciam dari.* Cicero XI. ad Attic. Epist. 16. et 18. Bongars. — Ceterum structuram orationis vix hic expedio. Legerim, *Principio, adventus eius opinione conc.* vel potius: *Principio adventus, opinione eius con-*

cussi, hoc est, fama territi. sicut XX. 2. 3. *principio originum.* Bernec. — Optime Gronovius ex veteribus impressis libris legendum censet, *adventus eius opinione concussi*, hoc est, fama, ut saepe apud Nostrum. Graev. — Ex libris impressis emendat Gronovius, ut monet amicus noster Graevius, *adventus eius opinione*; quod tam verum est quam facile ad emendandum fuit; ut et quod mox sequitur ex edit. Iuntarum *vindicantes*, pro *vindicantibus*. Ita etiam locutus est Iustinus XXIV. 7. 6. *Prima namque opinione adventus Gallorum* etc. Faber. — Bongarsius et Berneccerus edidere, *Principio adventus opinionis eius concussi.* Sed notavit Bongarsius, typis expressos habere *opinione*. Et fatetur Berneccerus sibi omnino sic legendum videri. Sed et Gronovius libros typis expressos hic sequendos existimat. Est autem *opinio* hic pro fama, ut frequentissime. Vorst.

2. Quos Agathocles etc. Sic ab Tullo Hostilio os sublitum est legatis C. Cluilii Liv. I. 22. 7. sic legatis ipsis Romanis ab gente Achaeorum. Pausanias lib. VII. pag. 423. m. adde Frontinum I. 4. 6. Bernec.

Conscensis navibus. MSS. omnes habent *conscensa nave*, quod non video quare noluerint servare. Oratio sane ipsa requirebat; nam *frustratus eos est* Agathocles *conscensa nave*, non *navibus*, nec enim plures poterat conscendere. Fefellit correctores, quod praecedit de exercitu. At debebant animadvertere, duo divisa hic proponi. Exercitus conscendebat naves et traiiciebat, dum Agathocles legatos habet in coena. Deinde sequebatur ipse Agathocles, coena finita: id quod fiebat uno et peculiari navigio. Scheff.

4. Humore pestifero grassante. Saxo lib. XI. pag. 212. 17. qui *cum, pestifero humore grassante, fatalem cordi dolorem imminere cognosceret.* Abr. Gronov.

Velut intestino singulorum bello impugnabatur. Angli ex tribus MSS. reposuerunt: *velut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur.* hoc quoque vocabulum in vulgatis perperam omissum conspicitur etiam in Iuntina. Graev.

5. Bellum inter filium nepotemque eius oritur. Mirum hoc loco neque filium, neque nepotem nominatum, et filios in Africa amiserat. Paulo post cum inquit, *Igitur Agathocles, cum morbi cura et aegritudo graviores essent*, legendum suspicor, *cum belli cura et aegritudo.* Sic enim sequentia melius intelligentur. Glarean.

Inter filium nepotemque eius regnum iam quasi mortui vindicantibus. Non fert hoc Prisciani doctrina. Scribe cum Iuntis: *vindicantes.* et cum iisdem statim: *occisoque filio.* Graev. — Iuntina, *vindicantes*, quod Graevius putat exigi a Prisciano. Vorstius existimat, non esse necessarium, ut liquet ex nota eius ad II. 3. 16. et VIII. 5. 10. Scheff.

Vindicantes. Ita ex Iuntina, uti videtur, sola edi placuit viris doctis, dum quatuor nostri ceterique libri exhibent *vindican-*

tibus, scil. illis. de qua ellipsi ad lib. VII. 3. 4. Et ablativum absolutum sic pro alio casu, quamvis minus eleganter, haud raro tamen adhiberi, post Vorstium ac Fabrum observavimus ad lib. II. 3. 16. WOPKENS. — Ita praeter Iuntinam etiam Aldina et MS. Coll. N. *bellum i. f. nepotemque ortum, eius r. iam q. m. vindicantes.* Periz. ABR. GRONOV.

6. CUM MORBI CURA ET AEGRITUDO GRAVIORES ESSENT. Haec planiora fuerint, si Freinshemium rescribentem sequare: *cum morbo cura et aegritudo graviores essent.* Gravis morbus: sed animi aegritudo curaque gravior. BERNEC. — Lego, *cum morbus cura et aegritudine ingravesceret.* Terentius Hecyr. III. 2. *Male metuo, ne Philumenae magis morbus adgravescat.* Livius XLI. 16. *Ingravescente morbo.* Suetonius Tib. 78. *Tempestatibus et ingravescente vi morbi retentus paulo post obiit.* GRONOV. — Freinshemius putabat hic legendum, *cum morbo cura.* ut sit comparatio inter morbum corporis, et curam animi; probatque Berneccerus. Ego potius existimem, scripsisse Iustinum, *cum orbi cura*, quia *morbi* legitur in libris omnibus, et *m* in eo adiectum ex littera finali vocis praecedentis videtur. Porro *orbus* eleganter hic dicitur Agathocles, non modo propter amissum filium, sed et multo magis, propter amissum regnum, quod carius rebus omnibus habuerat. Nisi forte quis existimet iungendum utrumque, ac scribendum, *cum morbo orbi cura;* sed alterum praeferrem, quia illud *morbo* facile hic intelligitur. SCHEFF. — Varie hic locus corrigitur. Mihi, si quid mutandum, scribendum videtur: *Cum morbus, cura et aegritudo graviores essent.* aut si librorum scriptura non est sollicitanda, dicendum non uno modo morbo impugnatum fuisse Agathoclem, qui omnes ingravescebant curis et aegritudine, quae senem macerabant. Morbus sane et cura ac aegritudo tanquam duo mala, quibus Agathocles eodem tempore infestabatur saevissime, hic commemorantur, ut ex verbis statim sequentibus, *et inter se alterum alterius malo* (cura nimirum seu aegritudo et morbi) *cresceret*, constat. GRAEV. — Ut coniecit Freinshemius, *cum morbo cura et aegritudo graviores essent*, sic habet Dorv. 1. Mallem tamen, *cum morbo cura et aegritudo gravior esset;* quia *cura* et *aegritudo* rem tantum non unam denotat. Curtius IX. 9. *Et regem quoque desperatio salutis aegritudine affecerat. Non tamen invictum animum curae obruunt, quin tota nocte praesideret* etc. Sensus: quum ob res memoratas cura et tristitia gravius animum, quam morbus corpus afficeret. Si tamen codices addicerent, libenter legerem, *cum morbi causa et aegritudo graviores essent.* Ut *morbi causa* per perissologiam, qualem lib. I. 9. 13. lib. XXII. 4. 3. et saepe alibi vidimus, dicatur pro *morbo:* nam *causam* ita pro morbo vel malo corporis poni, notant Lipsius ad Senecae Epist. LXVIII. et Gronovius ad Iustin. XXXVI. 2. passimque alii. Sulp. Severus Dial. III. 3. *Oleum, quod ad diversas morborum causas necessarium . . benediceret.* Ruffinus H. Eccles. I. 15. *Innumeros . . invitabat, si qui praecipue* morbi *alicuius* aegri-

tudine laborarent. Et rursus ibidem: *statim omni* aegritudinis morbo, *quo tenebatur, absolvitur.* lib. II. 1. *Ipsum quidem* aegritudine morbi *corporalis absolvit.* Gregorius Turonensis de Mirac. Martyrum I. 78. *Quia* morbos *ab ea multarum* infirmitatum *diximus depelli.* Wopkens. — Ed. Rom. *morbo:* quomodo legendum coniecerat Freinshemius. Pr. Med. quint. Leid. *cum morbi cura et aegritudinis.* sec. Med. *c. m. cura et aegritudo gravior esset.* sec. Leid. *cum morbi cura aegritudinis graviores essent.* Periz. *cum morbus cura et aegritudo gravior esset.* Historiam morbi atque mortis Agathoclis descripsit Diodorus Ecl. lib. XXI. 12. ὁ δὲ βασιλεὺς εἰωθὼς μετὰ τὸ δεῖπνον πτερῷ διακαθαίρεσθαι τοὺς ὀδόντας, ἀπολυθεὶς τοῦ πότου, τὸν Μαίνονα τὸ πτερὸν ᾔτησεν· εἶτα ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας ἀπέδωκεν. ὁ δὲ χρησάμενος αὐτῷ φιλοτιμότερον, διὰ τὴν ἄγνοιαν, ἥψατο πανταχόθεν τῆς περὶ τοὺς ὀδόντας σαρκός. καὶ πρῶτον μὲν πόνοι συνεχεῖς ἐγένοντο, καὶ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἀλγηδόνων· ἔπειτα σηπεδόνες ἄνιατον πάντη τοὺς ὀδόντας περιεῖχον. et paulo post: Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ κατέκαυσεν ὄντα μὲν ἔμπνουν ἔτι, διὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς περὶ τὴν σηπεδόνα συμφορᾶς οὐ δυνάμενον φωνὴν προΐεσθαι. Abr. Gronov.

Texenam. Unus e MS. *Teonexam:* forte *Theoxenam.* Bongars. — Iuntae, *Theogenam.* Graev. — Vel tu *Thexenam* scribe, vel *Theuxenam:* est autem nomen Doricum pro Theoxenam. Faber. — Pr. Med. sec. quart. Leid. Bodl. *Theonexam.* sec. Med. *Theooenam.* Periz. ed. Rom. Bechar. Ven. Med. Flor. Paris. Ald. Iunt. *Theogenam.* Abr. Gronov.

7. Uxor diu, ne ab aegro divelleretur. Id genus egregium fidei coniugalis exemplum est in Plutarchi Erotico cap. 49. quod etiam Tacitus Hist. IV. 67. 4. tangit, et in iis quae desiderantur, perscripsit. Plura Val. Max. VI. 7. Ph. Camerar. Op. Subcis. Centur. I. 51. Certe Vell. Paterc. II. 67. id notandum tradit, *fuisse in proscriptos fidem, ut filiorum nullam, servorum aliquam, libertorum mediam, sic uxorum summam.* Bernec.

Ne discessus suus adiungi parricidio posset. Quid est quaeso *discessus adiungitur parricidio?* et ad quem debet referri id, *adiungi posset?* a quo non debet posse adiungi? num ab aliis per sermones et convitia, si dicerent, eam sic deseruisse maritum, sicut nepos occidit filium eius? Non videtur tantopere sollicita fuisse de fama. Et tamen aliter exponi verba ista nequeunt. In MSS. est *discessu suo*, quam lectionem puto veram. Sensus: precata est uxor, ne abire se compelleret, quia vereretur, discessu suo, seu per discessum suum futurum, ut ipse aeger adiungatur filio per parricidium nepotis, h. e. ut Agathocles pari modo interficiatur a nepote suo, sicut ab eo interfectus fuit filius. Scheff. — Nihil hic novandum. Sententia est, ne discessus suus tam detestabilis esset et haberetur ac parricidium nepotis. Haec ipsa verba sequentia explicant,

et tam cruente haec deseruisse virum, quam ille impugnasse avum videretur. Graev.

Quam ille impugnasse avum videretur. Flor. Paris. Ald. Iunt. *quam ille impugnasset avum, videretur.* Abr. Gronov.

8. Non prosperae tantum, sed omnis fortunae. Qua causa, *consortia rerum secundarum adversarumque*, coniugia dicuntur Tacito III. 34. 6. Quomodo Porcia Bruto *se datam*, inquit, *non sicuti pellices, ad lecti tantum et mensae consortium, sed etiam ad prosperorum adversorumque societatem.* Plutarch. in Bruto cap. 19. Aliter Plancina, *segregata a marito* periclitante. Tacit. III. 15. 2. Bernec.

Et exsequiarum officium. MSS. plures habent, *ut exsequiarum*, quod quia rationes emphatice proponit, et seorsum singulas insinuat, puto accommodatius huic negotio, et praeferendum. Vult enim uxor causas remanendi graves, et multas dare. Scheff. — Quinctilianus Declam. X. 3. *Et quia longum est* officia *praeterita* debitae pietatis . . *agitare, illo ipso languore* etc. Wopkens.

9. Senis. Nempe 95 annos nati, iuxta Lucian. in Macrobiis sub initium. LXXII annos tribuit ei Diodor. XXI. 12. exercitissimis auctoribus Timaeo et Callia Syracusanis, et fratre Agathoclis Antandro. Bernec.

10. Aegri senis. Plane post *aegri* comma est ponendum, quod et absentia coniunctionis ostendit, et emphasis hoc loco requirit. Scheff. — Iuntae: *senis aegri.* Graev.

Ille in spem regni susceptos. *In spem regni* i. e. ut aliquando regnum obtinerent. lib. XXXI. 1. *Qui in* spem *regni relictus, praedae etiam domesticis erat.* lib. hoc XXIII. 4. *Parvulum recolligit, omnique studio ad* spem *maiestatis, quae promittebatur, instituit.* lib. VII. 6. . . . *Fata, quae cecinerant uno ex Amyntae filiis regnante, florentissimum fore Macedoniae statum: cui* spei *scelus matris hunc residuum fecerat.* vide lib. XI. 7. 70. Livius V. 30. *Vellentque in eam* spem *liberos tollere.* lib. XXVI. 26. *Iis, qui nati in* spem *honorum erant, honores detrectantibus.* lib. XXVIII. 35. *In qua* (terra) *autem genitus educatusque in* spem *paterni regni esset, facile praestaturum.* Prudentius Cathemer. XII. 151.

Mens obstetricis sedulae,
Pie in tyrannum contumax,
Ad spem *potentis gloriae*
Furata servat parvulum.

Vide quae ad lib. II. 10. 5. Wopkens.

CAP. III.

1. Pyrrhus adversus. Vide Plutarchum in eius Vita cap. 45. et Pausaniam in Atticis: qui eum primum Carthaginienses insula fugasse referunt, tandem cum ob crudele imperium a sociis desereretur,

.. δυνάμενος κρατεῖν Σικελίας, ὥσπερ νεὼς ταραχθείσης, vocatus a ..is, Italiam repetiit, navali proelio in itinere a Carthaginiensibus ..peratus. Bongars.

2. Sicuti dictum est. Supra XVIII. 2. 11. Bernec.

3. Heleno filio. Plutarchus in Pyrrho cap. 17. non hunc, ..d Alexandrum ait ex Lanassa Agathoclis filia susceptum. Bongars.

5. Ab Italicis sociis venere. A Tarentinis et Samnitibus. ..tarch. Pyrrho cap. 52. Bernec.

6. Incertusque quid ageret. Saxo lib. XIV. pag. 344. 89. ..x *quidnam potissimum ageret, incertus.* Abr. Gronov.

8. Aestu periculorum. Vide notam ad XI. 13. 3. Ita Petro..: *Dum in hoc dictorum aestu totus incedo.* Ammianus lib. XV. .. *hoc aestu mentis ancipitis.* Bernec.

Decernere in Sicilia. Pr. Leid. Coll. N. et C. C. Flor. Ald. ..*certare.* Abr. Gronov.

Exercitum transponere in Italiam. Ita infra XXXV. 4. 4. .. *copias Cherroneso transposuisset.* Magl. *transferre in It.* ut ..ra II. 14. 3. *copias in Boeotiam transfert.* Periz. *transportare* .. *It.* edit. Georgii Maioris in marg. *transmittere in Italiam.* Abr. ..ronov.

9. A Sicilia abiret. Cum ad insulam respectans, comitibus ..is dixisset: *O qualem, amici, palaestram Carthaginiensibus et ..manis relinquimus?* Plutarch. Pyrrh. cap. 52. Bernec. — In MSS. ..t *abire et.* Suspicor lectionem veram esse *abierat.* Scheff.

Pro victo fugere. *Qui recedit, fugere creditur.* Curtius III. .. 12. *Pro victo*, hoc est, tanquam victus. Ita XXIV. 7. 5. *Mi..ites ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur*, h. e. tanquam .. essent victores. Seneca de Vit. Beat. cap. 16. f. *Laxam cate..nam trahit, non iam liber, sed tamen pro libero. So viel als frey.* ..eton. Aug. 24. 4. *ut equitem relegatum in agros, pro libero esse ..ret.* Bernec. — Plaut. Merc. IV. 3. 26. *Urges quasi pro no..* Liv. II. 62. *Cur pro victo relinqueret hostem.* Caes. V. Bell. ..ll. 8. *Nihil hunc, se absente, pro sano facturum arbitratus.* Gronov. — Livius II. 7. *Ita certe inde abiere Romani, ut victores, Etrusci* pro victis. Alia ad hunc Iustini locum contulerunt Bernecce..us et Gronovius. Esse autem hic *fugere* ab interprete aliquo addi..tum, ut ad Sallust. cap. 25. suspicabatur Wasseus, mihi quidem non videtur; ac si quid novandum esset, quod omnino non puto, lege..rem potius, *cum superior fuisset, tamen a Sicilia abire pro victo ..us est.* Wopkens.

10. Socii ab eo defecerunt. Partim ad Carthaginienses, par..tim ad Mamertinos. Plutarchus Pyrrh. cap. 52. Bernec.

Quam facile quaesierat. Coll. N. *acquisierat.* Abr. Gronov.

11. Nec in Italia. Praeter Plutarchum, lege Florum I. 18. Orosium IV. 2. et Frontinum IV. 1. 13. apud quem pro *Statuentum*, quod et MSS. agnoscunt, ex Plutarcho Pyrrh. cap. 54. legendum

Beneventum. Victus autem magno proelio a Manio Curio consule. Bongars.

In exemplum. Forte, *inter exempla.* Plin. XXVIII. Nat. Hist. 9. *Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati sunt podagra chiragrave.* Gronov. — Coniicit Gronovius *inter exempla fuit*, ut praeter Plinium H. N. XXVIII. 9. ab illo allegatum, Seneca Epist. XCVIII. *Nos quoque aliquid ipsi faciamus animose: simus* inter exempla. Conferatur et Curtius V. 5. *Quum miserabile agmen* inter *pauca fortunae* exempla *memorandum regi occurrit.* Ad Senecam autem Phoen. 320. pro satis integro hunc Iustini locum adducit vir laudatus. Sic Vulg. Interp. 3. Regum IX. 8. *Et domus haec erit* in exemplum: *omnis qui transierit per eam, stupebit* etc. Ovidius Metam. IX. 453.

Biblis in exemplum *est, ut ament concessa puellae.*

Ita enim legerim potius, quam *in exemplo est*, ut *in exemplum esse* idem sit, quod Livio IX. 45. aliisque dicitur *exemplo esse.* Conferatur Quinctilianus Declam. X. 3. *Illo* (malim *in*) *ipso languore, quo filius caducum illud et fragile corpus amisit, quam perdite mulier et usque* in exemplum, *modo super ora pallentis infelices lacerabat oculos, nunc* etc. Wopkens.

12. Rebus supra vota fluentibus. Sallustius Hist. fragm. lib. VI. 13. *rebus supra votum fluentibus.* Symmachus lib. I. epist. 21. *supra votum fortuna fluxit.* Menander fragm. 172. *Αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον Ῥεῖ.* Abr. Gronov.

Adstruxerat. Vulgo, *attraxerat*, et ita MSS. quidam. Illud malo, statim enim *destruens*, inquit, *quae cumulaverat.* Tacit. de vita Agric. 44. 5. *et consularibus ac triumphalibus ornamentis praedito, quid aliud adstruere fortuna poterat?* Bongars. — Ita Vell. Patercul. II. 55. *Victus a Caesare Pharnaces, vix quicquam gloriae eius adstruxit.* Plinius Paneg. cap. 62. *Sibi accrescere putat, quod cuique adstruatur.* et cap. 74. *Nihil felicitati suae putat adstrui posse.* Bernec. — Antiquiores typis expressi, *attraxerat.* Sed Bongarsius rescripsit, *adstruxerat.* Quod etsi in MSS. reperisse se non profitetur, illud tamen non repudiaverim; vel hanc ob caussam quod aliquis cod. MS. eodem teste habet *struxerat. Adstruere* pro adiungere elegans est. Vide notas Bernecceri. Vorst. — Ut ista *Siciliensi ruinae . . adiecit*, rectius opponantur praecedentibus, haec ita legenda (ad Ovid. A. Am. II. 119.) putat Burmannus, *Italiae Siciliaeque imperio tot de Romanis victorias adstruxerat.* Sed bene procedit in altera lectione oppositio, inter haec, *Italiae Siciliaeque imperium et tot de R. victorias adstruxerat*, et ista sequentia, *destruens quae cumulaverat.* Et recte iam contulerunt viri docti ista Taciti Agric. cap. 44. *Et consularibus ac triumphalibus ornamentis praedito quid aliud* adstruere *fortuna poterat?* et Plinii Paneg. cap. 62. *Sibi enim accrescere putat, quod cuique* adstruatur. Addatur incertus Paneg. Maximiano et Constantino cap. 6. *Neque enim dubium, quin tibi mature sacrum istud fastigium divinae potestatis*

adstrueret, *qui te iam olim sibi generum . . sponte delegerat*. Wopkens. — *Adstruxerat* sec. Med. quint. Leid. *struxerat* pr. Med. Magl. sec. Leid. Abr. Gronov.

CAP. IV.

3. Infantis educatio. Med. Magl. sec. quint. Leid. Perix. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *infantilis:* quod adiectivum occurrit supra XVII. 3. 20. *infantilibus blandimentis inductus* fuit. Abr. Gronov.'

4. Quippe genitus. Quae hic de Hierone referuntur, citat Saresberiens. Policratici lib. I. cap. 13. De eo Plautus Menaech. II. 3. 59. Bongars.

Hieroclyto. Paul. Leopardus Emendation. lib. XVII. cap. 10. monet legendum *Hierocle:* et ita Pausanias VI. pag. 365. 12. Bernec. — Leopardus et Casaubonus *Hierocle nobili:* veram scripturam credo, *Hierocle inclyto*, et *nobili* esse glossam. Scheff.

Hierocle . . Gelone . . pudendum. In primo et secundo secutus sum sententiam Leopardi et auctoritatem Pausaniae. In tertio mihi praeivit Bernecceru*s*. *Pudibundum* enim hoc loco vitiosum. Faber. — Faber et Angli receperunt merito *Hierocle*, quamvis adversentur libri. Graev. — *A Gelo*. Rectius *a Gelone*. Bernec. — Quis dubitet legendum esse *a Gelone*. Vorst. — Vorstius, *a Gelone*, neque dubitandum. Ex Casaub. Scheff. — *Hierocle* ex Pausania verissime emendavit doctissimus Leopardus: et cum Pausania consentit Archimelus apud Athenaeum lib. V. cap. 12.

Φασὶ γὰρ, ὡς Ἱέρων Ἱερόκλεος Ἑλλάδι πάσῃ
Καὶ νάσοις καρπὸν πίονα δωροφορῶν.

Inscriptio basis Syracusis reperta, atque a nobilibus Panormitani Collegii adolescentibus sub regimine Patrum Soc. Iesu publicata in Dissertatione de Severae Martyris Epitaphio pag. 190.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ
ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ.

Gelone etiam pro *Gelo* correxit idem Leopardus, cui suffragatur Magl. Abr. Gronov.

5. Sed maternum illi genus sordidum etc. Zonaras lib. VIII. Annal. cap. 6. *ὁ δέ γε Ἱέρων οὔτε πατρόθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινὰ, μητρόθεν δὲ καὶ δουλείᾳ προσήκων, Σικελίας ἁπάσης ἦρξε μικροῦ.* Abr. Gronov.

Pudibundum. Malim *pudendum*. Sed in hoc librorum consensu nihil mutandum. Sic Lucanus Ecloga ad Pisonem vers. 114. *pudibundos sales* vocat, quorum pudere aliquem debeat. Alia notione XXXVIII. 8. 15. *Quae omni studio occultanda pudibundo viro erant*. Bernec. — Melius Iuntae, ut coniecerat Cl. Bernecceru*s*: *pudendum fuit*. Graev.

7. Humanae opis egentem. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris.

Ald. Iunt. et Saresberiensis lib. I. cap. 13. pag. 39. *indigentem*. Abr. Gronov.

Apes, congesto etc. Idem de Pindaro refert Aelianus Var. Hist. XII. 45. et de Iove Servius ad Virgil. Aen. III. 104. Bernec.

8. Parvulum recolligit. Iuntae: *collegit*. Paulo ante pro *Hieroclyto*, recte Leopardus in emendationibus, et Casaubonus ad Dionys. Halicarnass. emendarunt, *Hierocle*. qui et *a Gelone* legendum censuit. Vulgo *a Gelo*. Graev. — Simile illud in Graecis. Matth. XXV. 35. ξένος ἤμην καὶ συνηγάγετέ με. ubi συνάγειν est recipere, suscipere: quomodo et in versione II. Sam. XI. 27. Vorst. — Non est cur ex Iunt. ed. malimus, *parvulum colligit*: rursus enim pro suo parvulum suscipiebat pater. Sic etiam Sarisberiensis Policr. I. 13. de hacre: *Sed parvulum et indigentem opis humanae apes circa eum melle coniecto plurimis aluere diebus: et sic consilio aruspicum ei regnum portendi canentium, a patre agnitus*, recollectus, *et diligenter institutus est*. *Colligere* pro suscipere. ut Lactant. Epit. cap. VIII. *Aesculapium Tarquitius tradit . . expositum, atque a venatoribus* collectum etc. Hegesipp. I. 44. *Reddidit mihi vicem, quia proiectum* collegeram, *et praetuleram nobilioribus*. Augustin. de C. Dei XVIII. 21. *Quum expositi vagientes iacerent, a nescio qua primum meretrice fuisse* collectos. Vid. Fabri Thesaur. et Grotium ad Matth. XXV. 35. Wopkens. — Eaedem editiones et Romana, atque scc. Med. Magl. *recollegit*. *Collegit* in Iuntina exstare nimium festinans monuit Cl. Graevius. Abr. Gronov.

9. Inter coaequales. Supra X. 6. 6. Bongarsius et Berneccerus edidere *aequales*. Quod elegantius quidem est; sed et ibi tamen Becharii aliaeque veteres editiones habent *coaequales*. Vorst.

In turba. MSS. habent *in turbam*, quod locutionis genus etiam alibi exhibent in similibus, sicut iam aliquoties a me annotatum est. Scheff.

Repente conspectus. Non videntur ista satis convenientia et sana. Quid enim sibi vult hoc *repente conspectus*, et quo fine adfertur? Suspicor potius scripsisse Iustinum, *repente e conspectu eripuit*, sed quia illud *e* absumsit littera proxime praecedens, factum esse id, quod legitur in vulgatis. Scheff. — Schefferus suspicabatur scribendum *repente e conspectu eripuit:* quia non intelligebat, quo fine lupus dicatur *repente conspectus*. Sed apparet, hoc addi a Iustino, quia cum tam subito adesset lupus, illum effugiendi copia Hieroni ceteraeque puerorum turbae non dabatur, adeoque tabula ab illo facile abripi poterat. Wopk. — Eamdem historiam narrat Aelianus lib. XIII. de Nat. Anim. cap. 1. Saresberiensis lib. I. cap. 13. *Hiero Siculus litteratorio insistens studio inter coaequales stilo operam dabat: eique lupus in turba puerorum repente conspectus, tabellam eripuit, successus hominis firmans inaudita forma prodigii*. Abr. Gronov.

10. Prima bella. Hic quoque videndum, an non melius fuerit, si legamus, *primo bella ineunte*. Scheff. — Mihi vero alterum sollicitare religio est. Valer. Flaccus V. 655.

Lituos mox armaque faxo
Oderis, *et* primis *adimam tua nomina* bellis. WOPKENS.

NOCTUA IN HASTA. Potest hoc accidisse, cum Agathocles, bello Punico, noctuas compluribus per castra locis clam emisit, quae per agmen volitantes, dum clypeis galeisque insident, animos militum confirmabant, pro felici id augurio accipientibus singulis, propterea quod Minervae sacrum id animal habetur. Diodor. XX. 11. Videatur adagium *Noctua volat.* BERNEC. — Rupertus Epist. XXI. ad Reinesium pag. 66. et in Animadvers. ad Pomponium de Origine Iuris lib. II. cap. 2. pag. 183. legit, *noctua in clypeo*, *aquila in hasta consedit.* Verum hanc vocum transpositionem minime necessariam esse existimat Reinesius Epist. XXIII. ad eumdem pag. 77. Saresberiensis: *Dum Hiero prima bella iniret*, *aquila ex improviso resedit in clypeo progredientis*, *manu promtum*, *regemque futurum significans.* Idem: *Noctua tamen eo quod noctis tenebris non caecatur*, *diligentis hominis vigilantiam signat; ut in portento*, *quo in hasta Hieronis*, *cum primum progrederetur ad bellum*, *noctua dicitur consedisse*, *significans*, *eum fore diligentissimum.* ABR. GRONOV.

11. ET CONSILIO CAUTUM, ET MANU PROMTUM. Saxo lib. VIII. pag. 144. 53. *manu promti.* Hegesippus lib. VI. cap. 10. et 19. *manu promtus.* Magl. *in consilio*, omissa coniunctione. Thuaneus, ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *et in consilio.* ABR. GRONOV.

14. VIRES QUOQUE IN HOMINE ADMIRABILES. Hinc excidit *ut*, quod ii, qui acutum Latinitatis sensum habent, non inviti concedent. Lege igitur, *vires quoque*, *ut in homine*, *admirabiles fuere;* id est, tantae in illo vires erant, quantae maximae in homine esse possunt. FABER. — Notator Anglicanus verba *in homine* delet. Faber scribit *ut in homine.* Mallem sequi Fabrum, quanquam dubitem Iustinum sic scripsisse. SCHEFF. — Ab Anglicano commentatore delentur verba *in homine.* Faber reponebat *ut in homine.* Dorv. 3. habet *in eo homine.* Sed in vulgata lectione recte *in homine* valet *in illo*, ut pronominis istius vicem passim nomen obtinet. Cicero pro Cluent. cap. XIII. *In eum invadunt*, *et* hominem *ante pedes Q. Manilii . . constituunt.* Sallustius Catil. cap. XLVIII. *Tamen quia in tali tempore tanta vis* hominis *leniunda magis*, *quam exagitanda videbatur* etc. ubi plura Cortius. Noster lib. XII. 1. *Cuius uxorem . . post mortem* viri *in matrimonium accepit.* lib. XXXVIII. 10. *Filiamque Demetrii . . captus amore* virginis, *uxorem duxit.* lib. XLIII. 4. *Quae adulterare cum Graeco adolescente solita*, *in amplexu* iuvenis *. . insidias aperuit.* Confer quae notavimus ad lib. XVI. 4. 8. et lib. VI. 8. 8. Plenius porro Dorv. 1. cum ed. vetere, *moderatus erat.* Sed subaudiri ita solet hoc verbum apud Latinos. lib. IX. 8. *Nulla apud eum turpis ratio vincendi.* Blandus *pariter et insidiosus alloquio . . in seria et iocosa artifex.* et ibid. Prudentior *ille consilio*, *hic animo magnificentior.* et rursum: *Literarum cultus*

utrique similis. Solertiae pater maioris, hic fidei. Verbis atque oratione Philippus, hic rebus moderatior. Sallustius Iug. cap. XXVIII. *Nam in consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant, quas omnes avaritia praepediebat.* Patiens *laborum . . firmissimus contra pericula et insidias.* Aur. Victor Caesar. cap. 1. *Mores viro civiles lepidique . . Doctorum, qui abunde erant, necessariorumque* percultor, *cum eloquentiae studio ac religionibus mire retineretur.* Ammianus XXV. 4. *Digestis bonis quae scire potuimus, nunc ad explicanda eius vitia veniamus, licet dicta sint carptim. Levioris ingenii . . praesagiorum sciscitationi nimiae* deditus, *ut aequiparare* etc. Sulp. Severus H. S. I. 46. *Prorsus multa in eo animi et corporis bona cerneres. Vigilare multum, famem ac sitim ferre poterat. Habendi minime* cupidus, *utendi parcissimus; sed idem vanissimus* etc. Qui locus vulgo interpunctione prava laborat. Wopkens. — Periz. *Pulchritudo corporis ins. v. q. in animo adm. f.* Hunc locum imitatur Regino lib. II. Chron. A. DCCCLXXX. de Carolomanno scribens: *Pulchritudo eius corporis insignis, vires in homine quoque admirabiles fuere.* et dein: *alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni negotiis singulari sollertia praeditus, sic ut prorsus ei nihil deesse in regiae maiestatis competentia videretur.* Abr. Gronov.

Ut nihil ei regium etc. Ex hoc loco doctissimus Adversariorum scriptor XLVI. 7. explicat illud Senecae Thyest. vs. 470.

Immane regnum est, posse sine regno pati.

Rectius admirandi iudicii vir H. Grotius ad Lucanum V. 314. Bernec. — Septem annis Hiero magistratum gessit Syracusis, antequam rex crearetur, uti Casaubonus in commentario in Polybium demonstrat. Vorst.

COMMENTAR. IN LIB. XXIV.

CAP. I.

1. In Graecia dissidentibus . . et Antigono. Vestigia huius belli iam supra XVII. 2. 10. apparuerunt. Videsis locum istum, inque Notis emendationem eius. In textu perperam omissum video *et Antigono.* Vorst. — Praepositio *in* desideratur in pr. quart. Leid. ed. Rom. Abr. Gronov.

2. Ad spem libertatis erectae. Saxo lib. XVI. pag. 375. 30. *quo exemplo ceteri ad spem veniae erecti* etc. Abr. Gronov.

In societatis foedera adligarentur. Magl. *in societatem foederis.* ed. Rom. *in societatis foedere.* Abr. Gronov. — Ut hic in

societatis *foedera alligari*, ita Quinctil. Declam. CCLXVIII. *Et in ambitum ipsum, contra quem maxime disserere videntur*, adligatos. ...i tamen Schulting. tentabat *illigatos*. Dorv. 1. *Per quos in societatis foedere alligarentur.* 2. *Per quos foedere alligarentur.* ...ius codex *per quos in societate foederis ligarentur.* Forte fuerat ...stini *per quos societatis foedere alligarentur.* Lucanus VI. 458.

Quos non concordia mixti
Adligat *ulla tori.* WOPKENS.

3. CAUSAS BELLI PRAETENDENTES. Tacitus lib. II. Annal. cap. 59. *Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis: sed cura provinciae praetendebatur.* Hegesippus lib. I. cap. 41. *et facti poenitentiam praetendebat.* ABR. GRONOV.

4. CIRRAEUM CAMPUM. De quo Pausanias in Phocicis. Diodorus l. XVI. et Plinius IV. 3. BONGARS. — Scribe, *Cirrhaeum.* Martialis I. Epigr. 77.

Quid tibi cum Cirrha etc.

Statius Epic. in patrem V. Silv. 3. 4.

Nec solitam fas est impellere Cirrham.

Lactantius in Statii Theb. VII. 332. *Parnasseus in duo iuga dividitur, in Cirrham et Nysam.* GRONOV.

5. AREAN. Ita Veteres. Plutarch. in Pyrrho cap. 58. et Pausan. Attic. Rex Lacedaemoniorum est Ἀρευς. BONGARS. — Spartanorum ille rex fuit: ut non tantum ex eo colligi licet, quod dux et imperator electus est, sed et quod in vetere Prologo lib. XVI. Trogi Pomp. diserte *Lacedaemoniorum rex* appellatur, quem Antigonus Gonatas Corinthi interfecerit. VORST.

URBES SATAQUE. MSS. tres, quos vidit Bongarsius, habent *urbem.* Miror, quod neglexerint. Nam et alii, nisi unam urbem, iis in campis, ignorant. Plinius IV. cap. 3. *Ultra Cirrhaei Phocidis campi, oppidum Cirrhae.* Adde Pausaniam in Phocicis. SCHEFF.

6. SPARSOS HOSTES, IGNORANTESQUE QUANTA MANUS ESSET. Oppido obscurus locus est; si enim *ignorantes* in accusandi casu legatur, intelliguntur *Graeci*, qui quot essent pastorum ignorabant; sin nominandi casu, *Aetoli:* quippe qui nesciebant, quot Graecorum essent. Quid si auctor forsitan ita posuit, ut de utrisque intelligatur? GRAEVIAN.

QUONIAM CONSPECTUM . . ABSTULERAT . . IN FUGAM VERTERUNT. Ed. Rom. *quoniam prospectum.* Curtius lib. IV. cap. 15. f. *Prospectum oculorum nubes pulveris, quae ad coelum ferebatur, abstulerat.* sec. Med. *in fugam vertunt.* ABR. GRONOV.

ADMODUM NOVEM MILLIBUS. Hoc *admodum* a sciolo hic puto intrusum ex superioribus. Non enim, cum coniunguntur maior minorque numerus, id maiori quoque solet iungi, quia idem significat, ac ... *amplius*, quod inepte maiori numero apponeretur. Livius XXII. 24. *Sex millia hostium caesa, quinque admodum Romanorum.* SCHEFF.

— Imo *admodum* est *quasi*, circiter, praeter propter, saepe apud Iustinum aliosque. Graev.

7. Existimantes, dominationem eos, non libertatem Graeciae, quaerere. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *exist. dominationem eos Graeciae, non l. q.* Abr. Gronov.

8. Adfinitatemque cum Pyrrho . . . iungit. MSS. ed. Iunt. *cum Pyrrho rege . . . iungit.* Abr. Gronov.

Filia sua. Antigone, quae tamen Ptolemaei privigna verius. Plutarch. in Pyrrho cap. 6. Bernec.

CAP. II.

1. Cassandreae. Haec urbs antea *Phlegra* et *Potidaea* dicta fuit, verum quia Cassander Antipatri filius novos ibi posuerat colonos, et urbem instauraverat, *Cassandrea* appellata est. Lege Strab. Excerpt. VII. et Liv. XLIV. 11. Gronov. — Iuntae semper *Cassandriae urbis;* sic *Alexandrea*, *Alexandria.* Graev.

2. Simulato amore. Guntherus Ligurin. X. 291.

Nulla quidem pestis magis est operosa nocendi,
Quam simulatus amor, nimiumque domesticus hostis.
Bernec.

Sororis matrimonium petere. Ed. Bechar. Flor. Med. Paris. *sororis in matr.* Rom. Ven. Iunt. *sororem in matrimonium petere.* Periz. *Primo igitur sim. am. sororem in matrimonium petit.* Abr. Gronov.

Quam concordiae fraude. Florus lib. I. cap. 16. de gente Samnitum: *saltibus fere, et montium fraude grassantem.* Silius lib. VII.

spargentem in vulnera saevos
Fraude fugae calamos.

quod noto, quia genus loquendi insolentius posset suspectum esse. Scheff.

4. Id facere sui muneris. Vide supra notam ad XIII. 4. 9. Bernec. — Ad hunc modum et supra XIII. 4. 9. dixit *munus imperii beneficii sui facere.* et Seneca III. de Benef. 18. *Adeoque dominis servi beneficia possunt dare, ut ipsos saepe beneficii sui fecerint.* Sic enim legendum Gronovius IV. Obs. 9. docet. Tacitus XV. Annal. 52. *Ne delecto imperatore alio sui muneris remp. faceret.* Pari modo dicunt *alienae potestatis aliquid facere.* Vide Livium VII. 31. Dicitur autem *sui muneris facere, sui beneficii facere aliquid*, concise pro facere ut aliquid sit sui muneris seu beneficii. Phrasi *esse muneris alicuius* usus Ovid. XIV. Metam.

Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor
Muneris esse tui. Vorst.

5. Obsecrationibus. Forte, *exsecrationibus:* ut Sueton. in Claudio 12. *Senatum quasi parricidam diris exsecrationibus incessere non ante destitit, quam* etc. Gronov.

7. CHODIONEM. Iuntae, *Dionem*. GRAEV. — MSS. *Quodionem*, Impr. *Dionem*. Utrique vitiose; scribendum enim *Codionem*, ob originem Graecam, quasi Latine *Pellionem* diceres. FABER. — In tribus Dorv. exstat, ut in aliis et ed. Iuntina, *Dionem* pro *Chodionem*. unde Clar. Sigeb. Havercampus (in notis ad Historiam Regum Macedon. pag. 401.) eleganter tentabat *Dium* reponere, quippe qua in urbe Cretae templum Iovis inclitum fuerit. WOPKENS. — Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. ed. Rom. Bechar. Flor. Ald. Iunt. aliaeque, *Dionem*. Periz. *Clionem*. ABR. GRONOV.

8. SUMPTIS IN MANUS ALTARIBUS. Ita enim fieri mos; unde Virgilius:

Talibus orabat dictis, arasque tenebat.

Plaut. Rud. Act. V. Sc. 2.

G. *Tange aram hanc Veneris.* L. *Tango.*
G. *Per Venerem hanc iurandum est tibi.* L. *Quid iurem tibi?* G. *quod iubeo.*
L. *Praei verbis quidvis. id quod domi est, nunquam illi supplicabo.*
G. *Tene aram hanc.* L. *Teneo.* G. *adiura te mihi argentum daturum*
Eodem ipso die, viduli ubi sis potitus. L. *fiat.*
G. *Venus Cyrenensis Dea te testor mihi,*
Si vidulum illum etc.

Cicero pro Flacco, *Is si aram tenens iuraret, crederet nemo.* et Iuvenal. Sat. XIII.

Atque adeo intrepidi quaecunque altaria tangunt.

ac rursus Sat. XIV.

Falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramque pedemque. MODIUS.

— Quod moris fuisse veteribus in iureiurando, Brissonius Formul. lib. VIII. probat ex Plauti Rudente V. 2. 49. et ex illo Iuvenal. Satyr. XIV. 218.

Falsus erit testis, vendet periuria summa
Exigua, Cereris tangens aramque pedemque.

qui versus coniecturam Sebisii supra XXII. 2. 8. nonnihil iuvare videtur. Adde eundem Sat. XIII. 89. Virgil. Aen. IV. 219. et VI. 124. et XII. 201. Ciceronem pro Balbo cap. 5. et pro Flacco cap. 36. Macrob. III. 2. Euseb. III. 388. BERNEC.

INAUDITIS ULTIMISQUE EXSECRATIONIBUS. *Ultimae exsecrationes*, ut Flor. II. 6. 8. *Quasi has inferias sibi Saguntinorum* ultimae dirae . . *mandassent.* Ammianus XXIX. 2. *Namque caesorum* ultimae dirae *perpetuum numen ratione querelarum iustissima commoventes* etc. ubi vide comment. Lat. Pacatus Paneg. cap. 20. *Tarquinium* exsecratione postrema *hoc damnaverunt maledicto, et . . vocarunt Superbum.* WOPKENS.

9. SE SINCERA . . SE EAM REGINAM . . SE ALIAM. Pr. Med. sec. quint.

Leid. Bodl. pronomen reciprocum secundo et tertio loco ignorant. ABR. GRONOV.

10. RECLAMANTE PTOLEMAEO FILIO FRAUDEM SUBESSE. Saresberiensis lib. VII. Policr. cap. 14. pag. 307. *ipsa tamen reclamante, nec mihi nec tibi sit, sed dividatur.* Saxo lib. VIII. pag. 153. 27. *Percussor tamen promissis fraudem subesse veritus.* ABR. GRONOV. — Quis ille Ptolemaeus filius fuerit, dubitari potest. Nam Lysimachi filiorum mox produntur nomina, Lysimachus ac Philippus. GLAREAN. — Lysimachum et Philippum paulo post commemorat, Ptolemaei non meminit. Id movit quosdam, ut hoc loco pro *Ptolemaeo*, *Lysimachum* reponerent. Ego nihil muto, cum praesertim in Prologo huius libri, Ptolemaeum quendam Lysimachi filium nominet. BONGARS.

IN MATRIMONIUM FRATRIS CONCEDIT. *Consensit* Bechar. Flor. Med. ABR. GRONOV.

CAP: III.

2. DIADEMA IMPONIT. De coronatione reginarum operae pretium est inspicere C. Paschalium Coron. X. 8. BERNEC.

3. FRAUS STRUEBATUR. Seneca Herc. Oetaeo vs. 118. *Nescio quid animus timuit, et fraudem struit.* ABR. GRON.

4. DOMOS, TEMPLA. MSS. Bongarsiani habent, *de more templa*, quod puto non temere contemnendum. Ut enim primo loco *domos* nominet, mox iterum addat *caeteraque omnia*, forte nulla est idonea causa. *De more* autem eleganter dicitur, ut appareat, fieri id omne voluisse, quod in maximis festorum solemnitatibus solebat. et potuit syllaba *re* in vocabulo *more* extrita esse ob sequentem *te* in *templa*. Relicto igitur *de mo*, quid poterat scriba solers, quam *domos* facere? SCHEFF. — Thuan. pr. tert. Leid. Coll. N. *de more templa*, idemque in MS. reperit Bongarsius, et tuetur Schefferus. *De more* etiam saepius occurrit apud Virgilium, ut lib. I. Aen. vs. 118. III. vs. 65. et IV. vs. 57. atque Ovidium lib. VI. Fast. vs. 629. Praeplacet tamen scriptura, quam repraesentat sec. Med. *domos, templa, itineraque omnia.* Sic *itinera* pro viis in urbe apud Livium lib. XXIV. cap. 39. init. *Postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera, claudendosque oppidanis exitus, pars maxima super theatrum circaque consistunt.* et lib. XXV. cap. 9. *Cum duobus millibus Gallorum Poenus in tres divisis partes per urbem dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia occupare iubet.* et lib. XXVII. cap. 16. *dilapsi per nota urbis itinera in suas amicorumque domos.* Suetonius Ner. cap. 25. *Incedenti passim victimae caesae, sparso per vias identidem croco.* ABR. GRONOV.

ARAS UBIQUE HOSTIASQUE DISPONI. Foedam hanc adulationem in adventu virorum principum antiquitus usurpatam, Lipsius Not. 77. ad Tacit. Histor. docuit ex Valer. Max. IX. 1. 5. Caesare Bell. Gall. VIII. 51. Suetonio Calig. 13. 2. et Galb. 18. 2. et Plinio Panegyr.

p. 23. Quibus adde Curtium V. 1. 33. Plutarchum in Dione cap. 7. rursusque Suetonium Aug. 98. 3. BERNEC. — Pr. Med. Bodl. e. quint. Leid. *aras ubique et hostias.* ABR. GRONOV.

5. SEXDECIM ANNOS NATUM. Sec. Med. *VI annos n.* ABR. GRONOV.

IUBET. Inepte repetitum videtur ex praecedente tmematio. BERNEC. — Inepte post *occurrere* ex praecedentibus repetitum hoc *iu*videbatur Berneccero, quod equidem non dixerim. Ita merito *udere* videtur Schefferus repetitionem istam haud minus ingra- lib. XVIII. 5. *Deinde emto loco, qui corio bovis tegi* posset, *quo fessos longa navigatione socios, quoad proficisceretur, re-* *re* possèt, *corium* etc. Et Davisius Cicer. Academ. I. 13. *Qui* *il . . sciri posse dixerunt; angustos sensus . . deinceps omnia* *bris circumfusa esse* dixerunt. et Minucii Fel. cap. XVIII. *Tem-* *ut busta* despiciunt . . *honores et purpuras* despiciunt *ipsi se-* *udi.* Sic non tentaverim ista Velleii II. 18. *Legemque ad po-* *lum* tulit, *qua Sullae imperium abrogaretur, C. Mario bellum de-* *cerretur Mithridaticum: aliasque leges . .* tulit. ubi posterius expungendum Heinsio videbatur. et Sallustii Catil. cap. XLVI. *liquos cum custodibus in aedem Concordiae venire* iubet. *Eo . .* *turcium cum legatis introducit. Flaccum praetorem scrinium . .* *m adferre* iubet. ubi *iubet* post *adferre* suspectum est Cortio. e quae notavi ad Vellei. I. 9. et alibi. Addatur Noster lib. XXX. *Fractus itaque bello . . nomen quidem regium* retinuit, *sed omni-* *Graeciae urbibus . . amissis solam Macedoniam* retinuit. WOP- *k.*

6. ULTRA MODUM. Tacit. I. Hist. 45. *Quanto magis falsa quae fiant, tanto plura faciunt.* Sic II. Annal. 77. *Periisse* *manicum nonnulli iactantius moerent, quam qui maxime laetan-* BERNEC.

8. PROCLAMANTE ARSINOE. Portentum erroris. Lege, *Procla-* *e.* FABER. — Non opus mutatione. Locus hic prave interpun- *e.* Sic autem distingue: *Qui cum ad matrem confugissent, in* *sio eius inter ipsa oscula trucidantur, proclamante Arsinoë,* *tantum nefas aut nubendo, aut post nuptias contraxisset.* *filiis saepe se.* GRAEV.

QUOD TANTUM NEFAS, MSS. Bongarsiani habent, *quid tantum,* suspicor, lectionem veram esse, *qui tantum.* SCHEFF. — Quod MSS. (quibuscum Franeq. et Dorv. 1. concinunt) esset *quid tan-* *nefas,* Schefferus coniiciebat *qui tantum n.* Sed *quod* vel *quid* elegantius est. Lucanus VII. 847.

> *Thessalia infelix,* quo tanto *crimine, tellus*
> *Laesisti superos, ut te* etc.?

nota Burmanni. Virgilius Aen. I. 235.

> Quid *meus Aeneas in te committere* tantum,
> *Quid Troës potuere?*

lam. Epist. IV. Quid tantum *malum commeruimus? . . ut no-*

14

bis nec tanquam filiis reddatur gratia, nec etc.? Phaedrus Fab. LXXVI.

Quodve tantum *est praemium*,
Ut careas somno, et aevum in tenebris exigas?

ubi frustra quosdam velle *tanti* iam Scheffero aliisque recte animadversum fuit. Statius Thebaidos I. 280.

Me Tantaleis consistere tectis,
Quae tanta *invidia est?*

Ita recte legit, quem illic consulas, Barthius. Cicero pro Coelio cap. 7. Qui *enim* tantus *furor in Coelio?* quod tantum . . *in re atque fortuna vulnus.* Sic ille pro Domo cap. 2. initio, et passim. Adde quae nos ad Lactant. de Ira Dei cap. XVII. Ceterum alibi sic non male haec interpunguntur . . *trucidantur. Proclamante Arsinoë, quod . . contraxisset, pro filiis* etc. Et quamvis tum melius scriptum fuisset, ut Faber emendandum putat, *proclamans A.*; non deesse tamen eiusmodi ablativorum absolutorum exempla, ad lib. II. 3. 16. vidimus. Sic lib. XI. 7. *Iterato* quaerentibus *de persona regis, iubentur eum regem observare quem* etc. Suetonius Tiberio cap. 31. *Iterum* censente *ut Trebianis . . pecuniam ad munitionem viae transferre concederetur, obtinere non potuit quin rata voluntas legatoris esset.* Quae loca Clar. Dukerus contulit ad Flor. IV. 12. 8. Gregorius Turon. Hist. Francorum VII. 33. *Haec illis* credentibus, *quaecunque habere potuerunt, collocantes in urbe, praeparabant se ad resistendum.* et sic ille auctor saepius. Sed vide ad lib. XXXII. 2. 7. Wopkens.

Contraxisset, pro filiis. Distinctio non placet, est enim sine emphasi aut vigore, quem postulat hic locus. Scribo eum totum hoc modo: *Proclamante Arsinoë, qui tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset? Et pro filiis* etc. Scheff.

9. Scissa veste. MSS. *et scissa*, quod longe maiorem habet emphasin, quia iniuriarum partes singulas cum pondere insinuat repetitio coniunctionis, quam ut vulgo editur, et ideo puto revocandam, cum praesertim probent MSS. alii, in quibus legitur *excissa*. Scheff. — Periz. *scisa v.* pr. Leid. *excissa v.* Abr. Gronov.

Crinibus sparsis. Latinis auribus hoc loquendi genus non posse placere puto. Eae enim norunt *passos crines*, non *sparsos*. et sic Iustinus scripsit, sicut et XXIV. 8. 3. Graev. — Frustra τῷ *sparsis*, tanquam minus esset Latinum, *passis* substituit Graevius, ut et in his cap. 8. *Simul et ipsi vates* sparsis *crinibus . . pavidi . . discurrunt.* ad quem locum adductis a Gronovio locis addi ista possunt: Propertius II. Eleg. 7.

Viderat informem multa Patroclon arena
Porrectum et sparsas *caede iacere comas.*

ubi vid. Broukhusium. Seneca Oedipo 416.

Spargere *effusos sine lege* crines
Rursus adducto revocare nodo.

Ruffinus Hist. Eccl. III. 6. Sparsis *etiam* crinibus *mulieres trahebantur, occultare nitentes, si quid* etc. Lucanus X. 83.

Quem formae confisa suae Cleopatra sine ullo
Tristis adit, lacrimis simulatum comta dolorem
Qui decuit cultu, laceros dispersa capillos etc.

Sic enim locum male affectum libens restituerim, ut constructio sit, *comta cultu, qui decuit dolorem lacrimis simulatum.* WOPKENS.

CUM DUOBUS SERVULIS EX URBE PROTRACTA. Ita Orosius lib. VII. cap. 8. de Vitellio: *cum se in quamdam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus* etc. Pr. Med. Bodl. *ex urbe proiecta.* sec. Leid. *ex urbe provecta.* quint. *a duobus servulis ex urbe protecta.* ABR. GRONOV.

10. TOT PERIURIA. Etiam hic MSS. habent, *et tot periuria,* quod longe rectius videtur. SCHEFF.

CAP. IV.

1. ABUNDANTI MULTITUDINE. Cuius causam adducit Strabo sub initium lib. IV. quia scilicet mulieres Gallicae et fecundae sunt et educatrices bonae. BERNEC.

CUM EOS NON CAPERENT TERRAE. Strabo lib. IV. pag. 189. f. *Verisimile esse ait Gallos* (Tectosages) δυναστεῦσαί ποτε καὶ εὐανδρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε στάσεως ἐμπεσούσης, ἐξελάσαι πολὺ πλῆθος ἐξ ἑαυτῶν ἐκ τῆς οἰκείας etc. BONGARS.

VER SACRUM. Primus hunc locum ex vett. libris emendavit P. Pithoeus Adversar. lib. I. cap. 6. Quid sit *ver sacrum*, docent Festus in *Ver sacrum*, et in *Mamertini*. Livius XXII. 9. 7. et XXXIV. 43. 1. Sisenna IV. Histor. apud Nonium in *Ver sacrum*, et in *Damnare:* nam duo illa fragmenta coniungenda esse notarunt alii. Eusebius in Chronico: *Lacedaemonii ver sacrum destinantes, Heracleam urbem condunt.* BONGARS. — Servius ad illud Virgilii,

Auri sacra fames.

Id est, inquit, *execrabilis, ut: Sacrae panduntur portae. Tractus est autem sermo ex more Gallorum; nam Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris, circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, et sic praecipitabatur* (male hic habent editiones, *proiiciebatur.*) *Hoc in Petronio* etc. dicam enim plura ad Livium. MODIUS. — Addendus Plinius lib. III. cap. 13. pr. Strabo lib. V. pag. 172. f. et praecipue Dionysius Halicarnassensis, qui lib. II. cap. 15. *More quodam,* inquit, *antiquitus a multis tam Graecis quam barbaris recepto, quoties vulgi multitudo in aliqua civitate nimium excresceret, nec alimenta domi omnibus sufficerent, aut aliqua calamitas cogeret minui multitudinem, Deo cuipiam sacrantes quantum hominum annus pareret, emittebant armis instructos e suis finibus. Illi vero ut*

posthac cariturі patria, nisi aliam pararent, quae se reciperet, quicquid terrarum armis acquisissent aut gratia, habebant vice patriae: creditumque est, eis adesse Deum cui dicabantur, et supra humanam spem prosperare huiusmodi colonias. Idem lib. II. init. de Aboriginibus: *Hi fuerunt quaedam Diis sacrata iuventus, patrio ritu a parentibus missa ad incolendas sedes, quas fortuna datura esset.* Ex quibus apparet, *ver sacrum* (ἔτος ἱερὸν Straboni) non ideo sic dici, quod emissa tali voto iuventus execrabilis esset, ut vult vir doctus, haec explicans ex Servio ad illud Virgilii, *auri sacra fames.* Unde et Sisenna Histor. lib. IV. citante Nonio, ver hoc *religiosum* appellat. BERNEC. — Hunc locum optime restituit Pithoeus I. Advers. 6. cum ante pro *ver sacrum* legeretur *peregrinatum. Ver sacrum* dictum proprie de pecore, quod certo anni tempore, et quidem vere proximo, nasceretur, ut ex Festo v. *Mamertini* apparet. Recte ergo Noster, *velut ver sacrum.* Vocula *velut* enim et alias notari metaphorae solent. VORST. — Ita Pithoeus legit ex coniectura, quam firmant primus Leid. atque ed. Rom. ABR. GRONOV.

3. AUGURANDI STUDIO GALLI. Exemplo *Deiotarus* Gallorum in Asia rex est, *quem nihil unquam nisi auspicato gessisse*, Cicero refert de Divinat. I. 15. Sed et consanguineos Gallorum *Germanos auspicia fortesque ut quos maxime observasse* scribit Tacitus Germ. cap. 10. BERNEC.

PRAETER CETEROS CALLENT. Mallem *clarent.* BONGARS. — Bongarsius mallet *clarent.* Sed pro vulgata stat Valer. Max. VIII. 12. *Ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui cotidiano eius usu callebant.* GRAEV. — Bongarsius pro *callent* mallet *clarent.* Sed ipsum *callent* rectum est, estque idem quod solertes, periti sunt. Valerius Max. VIII. 12. similiter: *Qui quotidiano eius usu callebant.* VORST. — Bongarsius malebat *clarent.* At vulgatum defendunt viri docti per illud Val. Max. VIII. 12. *Ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui quotidiano eius usu callebant.* Sed opinione mea est diversa locutionis utriusque ratio; ex usu quippe artis potest effici, ut quis eam calleat, non vero statim ex studio: quidam studium frustra in artem impendunt. Quare puto apud Nostrum pro *callent* scribendum esse *calent. Calere studio augurandi* elegantissime dicuntur, qui id cupidissime sectantur, sicut *calere studio scribendi*, qui cupidissime quaerunt scribere. Horat. II. Ep. 1.

et calet uno
Scribendi studio.

SCHEFF. — Merito Graevius ac Vorstius nihil mutant, dum Bongarsius *clarent*, Schefferus *calent* legendum coniiciunt. *Callere studio*, pro in studio, dicitur ex isto ablativi usu, de quo ad lib. IX. 8. 6. *Divitiarum* quaestu *quam custodia solertior.* Petronius cap. 135.

His ego callens
Artibus, *Idaeo frutices in vertice sistam.*

Sulpicia in Satyra vs. 10.

Teque, quibus *princeps et facundissima* calles,
Aggrediar.

Saxo Grammaticus H. Danicae lib. III. initio: *Praeterea sistro ac barbito omnique fidium* modulamine callet. ad quae loca consulantur interpretes. *Studium* (quod Schefferus non animadvertebat) hic pro arte, cui studium adhibetur, ponitur, uti apud Velleium, aliosque passim. Wopkens. — Periz. *prae ceteris:* quod minime praeferendum. Supra XXI. 6. 1. *vir sollertia facundiaque praeter ceteros insignis.* Vulgatum etiam firmat Auctor de Gestis Treverorum cap. 8. pag. 9. Ita enim ille: *nam auguriandi studio Galli praeter ceteras callent.* ubi illustris Leibnitzius malebat, *valent:* verum nihil mutandum. Eadem enim constructione dixit Livius lib. XXXV. cap. 26. *eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus.* Petronius cap. 134.

his ego callens
Artibus.

Marcianus Capella lib. III. pag. 50. *femina tali multorum curatione callens.* Nec aliter verbum *callere* construere solet sedulus ille veterum scriptorum, et praesertim Iustini atque Valerii Maximi imitator Saxo, ut lib. III. pag. 39. 16. *Praeterea sistro ac barbito, omnique fidium modulatione callebat.* pag. 44. 26. *Rosterum se vocitari, fabriliumque rerum opificio callere perhibuit.* Quae duo loca etiam laudat Barthius lib. IV. cap. 8. Ablegm. Eodem libro pag. 49. 47. *qui tam exculto manus artificio calluisset.* lib. IV. pag. 66. 20. *cuius* (dimicationis) *cum usu experientiaque callere sciat.* lib. V. pag. 72. 32. *ita ut etiam ferinarum pecudaliumque vocum interpretatione calleret.* pag. 87. 6. *Quem rex exquisitis dictorum sententiis callere cognoscens.* et pag. 93. 7. *venationibus callens.* lib. VI. pag. 103. 17. *complures miranda praestigiorum machinatione callentes.* lib. VII. pag. 123. 23. *tanto veneficiorum usu callentes.* pag. 139. 50. *insigni olim dimicationis arte callentes.* lib. XII. pag. 226. 21. *an eiusmodi usu calleret, interrogatus.* lib. XIIII. pag. 244. 23. *quippe nostri rerum adhuc militarium rudes, raro talium usu callebant.* lib. XVI. pag. 383. 7. *qui talium rerum experientia usuque callebat.* Idem etiam quartum casum huic verbo iunxit lib. I. pag. 18. 32. *an nandi usum calleret.* et lib. XIV. pag. 269. 23. *cum et regis dolum calleret.* Abr. Gronov.

4. Audax, bellicosa. Strabo lib. IV. pag. 135. 12. *genus Gallorum* ait *esse* θυμικὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἄλλως δὲ ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες. Et Gallos *natura bellicosam gentem* vocat Sallust. Cat. 40. 2. et Cat. 53. 3. *et gloria belli ante Romanos fuisse* (sic enim est in vet. Codice) *qui sic habuere, alia omnia virtuti suae prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare.* Iug. 114. 2. Bongars. — Addendi Cicero de Prov. Cons. cap. 13. Caesar de Bello Gall. VI. 24. Tacitus in Germ. cap. 28. et in Agr. cap. 11. Bernec. — Auctor de Gest. Trev. *audax et bellicosa.* et paullo post: *cui res ea virtutis.* Abr. Gronov.

PRIMA POST HERCULEM. De quo Silius Italicus III. 496.

Primus inexpertas adiit Tyrinthius arces etc.

et Amm. Marcellinus XV. 26. *Primam* (per Alpes viam) *Thebanus Hercules, ad Geryonem extinguendum et Tauriscum lenius gradiens, prope maritimas composuit Alpes* etc. De eodem Diodorus Sicul. IV. 19. Claud. Mamertinus in Genethliaco Maximiani cap. 9. f. BERNEC. — Livius lib. V. cap. 34. *Alpes inde oppositae erant, quas inexsuperabiles visas, haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.* ABR. GRONOV.

INVICTA. Forsan *invia* rectius est. BERNEC. — Fortasse, *invia.* FABER. — Faber (et ante illum Bernecceruș) *invia iuga.* Sane *invicta iuga* quae non victa, non superata. Iam vero Noster ipse ait, quod Hercules ea superaverit. Non ergo fuere *invicta*, sed *invia.* GRAEV. — Dorv. 2. *invia iuga*, uti malebant hic viri docti. Sed nihil hoc opus esse rescribi, recte probavit Burmannus ad Val. Flacci III. 479. Livius XXXVIII. 20. *Si qua periculosa et praerupta occurrant, non* pugnare *cum iniquitate locorum, neque* inexsuperabilibus *vim adferre. Intractabilia loca* dixit, ut Seneca Hippol. 580.

Ut dura cautes undique intractabilis
Resistit undis etc.

Nazarius Paneg. cap. 36. *Cruda adhuc hieme iter gelu* intractabile, *immensum spatio, nivibus infestum, incredibili celeritate confecit.* Ovidius Epist. XIX. 71.

Est mare, confiteor, nondum tractabile *nanti:*
Nocte sed hesterna lenior aura fuit.

Addatur Symmachus VI. Ep. 21. *Quapropter dum navigatio* intractabilis *est, in oris Campaniae paulisper haerebunt.* WOPKENS.

INTRACTABILIA LOCA. Virgil. I. Georg. 211.

Usque sub extremum brumae intractabilis imbrem.

GRONOV.

6. HORTANTE SUCCESSU. Pro quo venuste Sueton. Ner. 20. 4. *blandiente profectu.* Virgilius Aeneid. V. 210.

successuque acrior ipso. BERNEC.

OMNIA FERRO PROTERENTES. Plaut. Amphit. I. 1. 91. *Foedant et proterunt hostium copias iure iniustas.* GRONOV. — MSS. habent *prosternentes*, quod magis ferro convenit. Horatius ante laudatus Serm. II. Sat. 2.

Quid enim Aiax
Fecit, cum stravit ferro pecus?

Silius Italicus lib. VII.

quippe egregium, prosternere ferro
Hostem.

SCHEFF. — Accedo omnino Scheffero, cum MSS., quibus etiam Franeq. consentit, legenti *o. f. prosternentes*, quod *prosternere ferro* aptius dicatur, quam *proterere ferro.* Dixi de hac re ad lib. XXII. 9. 5. WOPKENS. — Magl. pr. tert. Leid. Coll. N. Thuan. MSS. Bon-

gars. et ed. Rom. atque Auctor de Gest. Trev. *prosternentes*. Supra VI. 2. 16. *urbes expugnat, et quasi tempestas quaedam cuncta prosternit*. et XXII. 6. 5. *deinde cum omnia, quacumque ingrederentur, prosternerent*. Lucanus lib. VII. vs. 278.

Et primo ferri motu prosternite mundum.

Catullus carm. 63. vs. 351.

Troiugenum infesto prosternet corpora ferro.

ABR. GRONOV.

7. UT ETIAM REGES. Iunt. *ut etiam longe reges*. ABR. GRON.

ULTRO PACEM INGENTI PECUNIA MERCARENTUR. Scribo: *ab iis mercarentur*. FABER. — *Ab iis*, quod ante *mercarentur* iniicit Faber, facile desideratur. WOPKENS.

8. PTOLEMAEUS. Pausanias in Atticis, et Phocicis, quem lege de hac Gallorum in Graeciam irruptione, et Delphorum obsidione. BONGARS.

9. SI CUM TOTUM ORIENTEM. Pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. Coll. N. et C. C. *si qui totum Or.* ABR. GRONOV.

IUVENIS TEMERITATE CASURUM. Cicero de Invent. I. 3. *Cum ad gubernacula reipubl. temerarii atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.* BERNEC.

CAP. V.

1. IGITUR GALLI, DUCE BELGIO. Pausaniae hic est Βόλγιος. Sed male, ut puto. VOSS.

3. NEC MINUS FEROCITER SE LEGATIS etc. Simillima vecordia Imp. Diogenes legationem Sultani, pacis conditiones offerentem, contemptim reiicit, et timorem interpretatur, quae confidentia ac lenitas erat. Zonar. tom. III. Sapienter Aristhaenus apud Livium XXXII. 21. 27. Achaeos suos hortatur, *ne Romanos amicitiam ultro petentes fastidiant, nec enim eos id metu facere, sed quod rogant, cogere posse.* BERNEC. — Livius XXXV. 49. *Aetolorum omnem ferociam in verbis, non in factis esse . . itaque . .* legatis *regis et per eos absenti regi eum* se iactasse. supra lib. XVIII. 7. *Nusquamne* te aliis iactare *potuisti?* Ovidius Epist. XII. 175.

Forsitan et stultae dum te iactare maritae
Quaeris, et iniustis etc.

Epist. XXI. 62.

Quid, mihi de iactas? *gratia nulla tua est.*

Iuvenalis Sat. I. 61.

Puer Automedon nam lora tenebat
Ipse lacernatae cum se iactaret amicae.

Quinctilian. Declam. I. 2. *Neque gravissimum patrem suprema sua* iuveni iactasse *crediderim*. WOPKENS.

OBSIDES DEDERINT etc. Forte, *Obsides darent, et arma traderent*. GRONOV.

6. PTOLEMAEUS MULTIS VULNERIBUS SAUCIUS CAPITUR etc. Me-

mnon cap. 15. de eodem Ptolemaeo: *ἀξίως τῆς ὠμότητος καταστρέφει τὸν βίον, διασπαραχθεὶς ὑπὸ τῶν Γαλατῶν. ζῶν γὰρ ἐλήφθη, τοῦ ἐλέφαντος, ἐν ᾧ ὠχεῖτο, τρωθέντος καὶ καταβαλόντος αὐτόν.* Abr. Gronov.

9. Numina. Forte, *numinum*. Gronov. — Gronovius coniicit *sicuti numinum*, quomodo Dorv. 2. non magnae fidei codex. Sed vulgatae lectionis sensus satis commodus, Alexandrum Philippumque, tamquam Deos, in a. v.: vel, Alexandri Philippique opem, tanquam plane divinam, implorabant. Silius Ital. I. 93.

Hic crine effuso atque Hennaeae numina *divae*
Atque Acheronta vocat *Stygia cum veste sacerdos.* -

cum nota Drakenborchii. Lucanus VI. 523.

Nec superos orat, nec cantu supplice numen
Auxiliare vocat.

Wopkens. — Ed. Rom. *sicut numinum*, quomodo legendum coniecit Avus. Abr. Gronov.

11. Ptolemai regis perdidisset. Sec. Med. ed. Rom. *perdidissent*. Abr. Gronov.

12. Non votis agendum. Sallust. Catil. 52. 26. *Non votis, neque suppliciis* etc. et I. Hist. *Non votis paranda auxilia.* Restituenda haec vox Afranio apud Nonium: *Nullam profecto accessi ad aram, quin Deos suppliciis, sumptu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans nequicquam fatigarem.* leg. *suppliciis, sumptu, votis.* Bongars.

Unus de Macedonum principibus ratus. Non reiicio, tantum moneo, videri melius, si legatur, *fatus*. Vix enim contra desperationem omnium efficere quid potuit privata ista sua sententia, nisi enim prius explicaret, et allatis rationibus firmaret desperatos, quod oratione factum, necesse est, ad quam illud *fatus* pertinet. Argumentum porro orationis fuit, quod praecedit, *non votis agendum*, quod proinde in textu litteris cursivis scribendum videtur. Scheff. — Frustra plane *ratus* in *fatus* migrandum censet Schefferus. Non desperandum, nudisve precibus agendum, sed simul audendum aliquid rebatur hic Sosthenes. Wopkens.

Gallos victoria exsultantes compescuit. Georgius Syncellus Chronogr. pag. 270. *Βέρνου* (leg. *Βρέννου*) *τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος αὐτοῖς* (*Μακεδόσι*) *ὃν Σωσθένης ἐκδιώξας, κρατεῖ καὶ αὐτὸς ἔτη δύο τῶν Μακεδόνων.* Abr. Gronov.

13. Ignobilis ipse. Non regio sanguine cretus: sed tamen unus principum procerumve regni, sicut modo num. 12. dictum. Bernec. — Hic dormitabat Iustinus, qui dicat, multis nobilibus regnum competentibus praelatum fuisse Sosthenem, cum esset tamen ipse ignobilis. Oblitus fuit quod antea scripserat, *Sosthenes unus de Macedonum principibus.* Non cohaerent. Certe enim principes imperii non possunt haberi pro ignobilibus. Sed rem tractavit rhetorice Iustinus, ut per comparationem cresceret Sosthenes, et tanto plus in eo virtutis fuisse crederemus, quanto minus nobilitatis ha-

bebat, sive ex genere, sive ex rebus gestis, quae vera nobilitas est. Faber.

14. Non in regis, sed etc. Ita fere Mezetulus apud Livium XXIX. 29. 7. Vide supr. Notam ad IX. 4. 2. et Amirat. Dissert. I. in Tacitum. Bernec. — Sec. Med. pr. quart. Leid. Coll. N. ed. Bong. Bechar. Ven. Flor. Ald. Iunt. *sed in ducis.* pr. Med. quint. Leid. *sed in ducis belli.* sec. *sed in iudicis.* Magl. ed. Rom. *sed in ducis nomine.* Idem MS. et quintus Leid. *compellit.* ed. Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *coëgit.* Abr. Gronov.

CAP. VI.

1. Interea Brennus, quo duce etc. De Brenno Saresberiensis lib. VI. Policr. cap. 17. scribit: *Tradunt historiae, Brennum ducem Senonum, qui exercitum Romanorum ad fluvium Alliam confecit, ipsam urbem Romam irrupit, cepit; et caesis patribus, et subiecta Italia, invasit Graeciam, vastans omnia, universisque terribilis, usque ad Delphici Apollinis templum, quod situm est in monte Parnasso, processit, ipsiusque Apollinis appetens spolia, scurriliter locutus ait, locupletes Deos largiri hominibus oportere: hunc, inquam, tradunt de Maiori Britannia, quae ab adventu Saxonum in insulam appellatur Anglia, oriundum.* Phrasin, quam hoc loco adhibet auctor, imitatur Saxo lib. VIII. pag. 167. 41. *in ulteriores se Germaniae provincias effundere statuisset.* lib. X. pag. 187. 7. *Qui cum se mox in Sclavorum effusurus provinciam videretur.* et pag. 103. 30. *in Iutiam se repente Sclavicus effudit exercitus.* lib. XIV. pag. 265. 36. *in omnem se Suetiam effundere statuit.* ibid. pag. 339. 39. *quo se hostes effusuri essent, praediscere cupiens.* Abr. Gronov.

Macedones vicerant. Medicei, Magl. Bodl. pr. sec. quart. quint. Leid. Periz. Ald. Iunt. *Macedonas.* ut supra XI. 9. 5. Abr. Gronov.

Onustam tam facile relictam esse. Istud *facile* vitium in hac scriptura arguit. Nam tam opulenta praeda a Brenno non facile relicta erat; quippe qui illi expeditioni Macedonicae non interfuisset; non igitur de Brenno id intelligi potest, sed de Belgio, qui tam facile Macedonas vicisset. Quare legendum puto, *tam facile quaesitam*, id est, comparatam, partam. Faber. — Faber, sicut docet Notator Anglicanus, *Tam facile partam* vel *comparatam* (imo *quaesitam.*) Miror. Annon enim relicta facile, interventu unius Sosthenis, adorti incautos? Historia nimis clara est. Itaque alibi animum habuit Faber, cum haec notaret. Scheff.

Et quindecim millibus equitum. *Μυρίους ἱππέας* tantum recenset Diodorus in Epitome lib. XXII. Voss.

In Macedoniam irrumpit. Periz. Vincentius lib. VI. cap. 20. *irrupit.* Abr. Gronov.

2. Valentibus. Hoc est, robustissimis. *Valens* enim non tantum dicitur, qui valetudine fruitur bona, sed et qui viribus et robore praestat. Cic. V. Verr. 55. *Valentissimi lictores.* et VII. ad

Fam. Ep. 18. *Quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur.* Sueton. Octav. 35. *Decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus.* GRONOV. — Sec. Med. *a valentioribus.* Idem comparativus occurrit apud Ciceronem lib. V. ad Fam. epist. 21. *Tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare.* ac Senecam lib. II. de Benef. cap. 29. *quanto valentiora animalia sub iugum miserimus.* et Plinium Paneg. cap. 38. *nec uti inter pecudes, sic inter homines potestatem et imperium valentioribus dedit.* ABR. GRONOV.

DIIS IMMORTALIBUS. Postremam vocem et §. 5. *immortalium* nescit Vincentius. ABR. GRONOV.

INDE QUASI TERRENA IAM SPOLIA SORDERENT etc. Hic vel *spolianda* debet subintelligi, inquit ad Phaed. Fab. XXXI. Burmannus, vel eiecto *animum* legendum *in Deorum templa vertitur.* Cur non potius minore mutatione *ad Deorum templa convertitur?* ut lib. XXI. 1. *Tunc ad destinatum facinus* conversus, *non cognatos* etc. Sed nihil mutandum, facile sequentia loca probant. Supra cap. 2. 1. *Exinde externo metu deposito, impium et facinorosum* animum *ad domestica scelera* convertit. Livius lib. I. 55. *Inde ad negotia urbana* animum convertit. et lib. XLII. 29. *Sed omnes reges civitatesque . . converterant animos in curam Macedonici Romani belli.* Sallustius Iug. cap. 20. *simul et illorum pollicitationibus accensus . . in regnum Adherbalis* animum intendit. Ruffinus H. Eccles. XI. 3. *Ad monasteria furoris sui arma* convertit. Sensus: de templis (nempe diripiendis) cogitavit. WOPKENS. — Particulam *iam* Periz. Ald. Iunt. ignorant. Pr. Med. sec. Leid. *quasi terrena etiam spolia sorderent.* Periz. *quasi terree spolie sord.* Vincentius lib. VI. cap. 20. *quasi ei iam terrena sp. s.* ed. Bechar. *quasi spolia sord.* ABR. GRONOV.

LOCUPLETES DEOS etc. Qua scurrili cavillatione Dionysius etiam usus, *mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri: in quibus quod more veteris Graeciae inscriptum esset, BONORUM DEORUM, uti se eorum bonitate velle dicebat. Idem victoriolas aureas, et pateras coronasque, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat, eaque se accipere, non auferre dicebat. Esse enim stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere.* Cicero de Natura Deor. III. 34. BERNEC.

5. PRAEDAM RELIGIONI, AUSUM OFFENSAE DEORUM IMMORTALIUM PRAEFERENS. Vincentius: *aurum religioni, praedam offensae d. pr.* et dein: *utpote qui eas hominibus largiri solent.* ABR. GRONOV.

QUI EAS LARGIRI HOMINIBUS SOLEANT. Haec mihi a glossatore intrusa ex superioribus videntur. Certe illud *soleant* non convenit ei, quod antea dixerat, *oportere.* Nec enim admoneri debet officii sui, qui id solitus est ipse observare. SCHEFF. — Nugatur pro solenni Schefferus, ut verba *ut qui eas largiri hominibus soleant,* spuria esse nobis persuadeat. WOPKENS.

6. TEMPLUM AUTEM APOLLINIS. Praeter Pausaniam, vide et

Strabonem lib. IX. pag. 288. BONGARS. — Originem oraculi Delphici refert Diodorus XVI. 26. BERNEC.

IN RUPE UNDIQUE IMPENDENTE. Qua causa Theocritus Epigr. I. *Δελφίδα πέτραν*, similiter Orpheus in Argon. *Παρνασίδα πέτρην* appellat. BERNEC. — Ed. Rom. *pendenti*. Vincentius: *hinc rupes undique concurrentes*, mediis omissis. ABR. GRONOV.

CIVITATEM FREQUENTIA HOMINUM FECIT. Sic scripsi cum Iuntis, ut et *admiratione maiestatis*, pro vulgato, *ad affirmationem maiestatis*. GRAEV. — Ita emendaveram; sed monet nos Graevius sic in edit. Iuntarum scriptum esse, non *facit*. FABER.

QUI AD AFFIRMATIONEM MAIESTATIS UNDIQUE CONCURRENTES. Editio Iuntina teste Graevio pro *affirmationem* habet *admirationem:* idque multo concinnius est et consentaneum ei quod sequitur, *an maiestas Dei plus admirationis habeat.* VORST. — Dorv. 1. et 3. cum Bodleiano, *qui admiratione maiestatis* etc. quomodo scribendum putavit Graevius. Mihi cum Fabro haud incongrua videtur vulgata scriptura. lib. XVIII. 5. *Tunc* ad opinionem *novae urbis concurrentibus gentibus*, *brevi et populus et civitas*, *magna facta*. lib. XXIII. 1. *Ibique civitatem concurrentibus* ad opinionem *novae urbis pastoribus*, *statuerunt*. lib. XII. 1. *Graecia ferme omnis* in occasionem *recuperandae libertatis ad arma concurrerat*. lib. XLII. 2. *Multitudine*, *quae* ad famam *virtutis eius ex omnibus gentibus quotidie confluebat* etc. ubi vide. Nec male legeretur, *qui in admirationem* etc. Sulp. Severus H. S. I. 39. *Ita* in admirationem *ingenii prudentiaeque eius reges vicinarum gentium amicitiam ab eo et foedus petiere*. WOPKENS. — Sec. Med. *qui ad mirationem*. Magl. *qui ad admirationem*, quomodo in Iuntina legi existimabat Vorstius, deceptus errore typographico primae editionis Cl. Graevii, in qua pag. 394. exstat, *admirationem*. Bodl. ed. Rom. Ald. Iunt. *qui admiratione*, nec aliter prima Graeviana. Periz. *qui miratione*. ABR. GRONOV.

7. UT INCERTUM SIT, UTRUM MUNIMENTUM LOCI, AN MAIESTAS DEI PLUS HIC ADMIRATIONIS HABEAT. Saxo lib. IV. pag. 64. 10. *Ut, utrum voci eius, an fiduciae plus admirationis tributum sit, incertum exstiterit*. ABR. GRONOV.

8. IN FORMAM THEATRI. Strabo lib. IX. pag. 389. m. *θεατροειδής*. BONGARS. — Lycophron in Cassandra vs. 600. locum eiusmodi *θεατρόμορφον*, hoc est, *theatriformem* appellat. Capella lib. VI. in descriptione Thessaliae: *hi omnes montes theatrali more curvantur*. BERNEC.

THEATRI RECESSIT. Vincentius: *cessit*. ABR. GRONOV.

SI QUANDO ACCEDIT TUBARUM SONUS. Idem: *et si q. accessit sonus*. Penultima vox etiam abest tertio, quarto Leid. Coll. C. C. ABR. GRONOV.

QUAE RES MAIOREM MAIESTATIS TERROREM IGNARIS REI ET ADMIRATIONEM STUPENTIBUS PLERUMQUE AFFERT. Sic emendo, *ignaris rei et admiratione stupentibus*. Paulo autem superius, ubi legitur,

ad affirmationem maiestatis, nil esse puto quod mutari oporteat. Respexit Iustinus Virgilii locum de Capitolio et Arcadibus, quod observasse decuit. Versus sunt in VIII. Aeneid.

Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem,
(Quis Deus, incertum est,) habitat Deus, Arcades ipsum
Credunt se vidisse Iovem, quum saepe nigrantem
Aegida concuteret dextra, nimbosque cieret.

Est etiam exemplum aliquod apud Livium, quod illam affirmationem numinis firmare possit. Faber. — Quum verbum *stupere* saepe cum accus. construatur, videri posset *admirationem* cum *stupentibus*, non cum *adfert* construendum; ut *admiratio* sumatur pro minus usitata voce *admirabilitas*, quemadmodum *veneratio* pro venerabilitate, lib. XIII. 1. 10. et alia, quae attuli ad Dictyn Cret. III. 20. Ita lib. XX. 3. *Pugnantibus Locris, aquila ab acie nunquam recessit* etc. *Hanc* admirationem *auxit incredibilis famae velocitas.* Cicero N. Deor. II. 48. *Est etiam* admiratio *nonnulla in bestiis aquatilibus* etc. Val. Maximus II. 10. 7. *M. quoque P. Catonem* admiratio *fortis et sincerae vitae adeo venerabilem senatui fecit, ut* etc. sic enim cum multis MSS., non *admirabilem*, legendum. lib. III. 8. Ext. 6. *Quod sequitur, et rei* admiratione *et claritate auctoris illustre.* Apulei. Metam. V. haud procul initio: *Sed praeter ceteram tantarum divitiarum* admirationem, *hoc erat praecipue mirificum, quod* etc. Augustin. de C. Dei VIII. 24. *Omnium enim mirabilium vicit* admirationem, *quod* etc. Orosius lib. II. 7. *Adiecta super omnia illius rei* admiratione, *quod* etc. Ex Paulino V. Mart. V. 99. aliisque plura addi possent exempla. His tamen non moveor, quin cum Fabro ex Dorv. 3. aliisque MSS. legere malim *admiratione stupentibus.* ut Livius II. 49. *Sequebatur turba . . favore et* admiratione stupens. et lib. IV. 35. *Quod* admiratione eorum *quos odisset*, stupens, *in aeterno se ipsa teneret servitio.* lib. I. 59. *Cultrum deinde Collatino tradit, inde Lucretio ac Valerio*, stupentibus miraculo *rei* etc. Sic Val. Maximi III. 2. 1. et passim. Wopkens. — Fabro corrigenti, *admiratione*, suffragantur scc. Med. Periz. Ita infra XXVI. 1. 8. scc. Med. tert. quart. Leid. Periz. Reg. Thuan. ed. Rom. *hac* (quart. L. *ac*) *tam saeva dominatione stupentibus.* ubi vulgo legitur: *ad tam saevam dominationem stup.* quomodo loquitur Plinius lib. XIV. cap. 22. *quoniam vini natura non gelascit, alias ad frigus stupens.* Statius lib. V. Silv. III. vs. 136.

stupuit primaeva ad carmina plebes
Euboea.

et Latinus Interpres Proph. Danielis VIII. 27. *Stupebam ad visionem.* Usitatius tamen verbum *stupere* vel cum accusativo construitur, quem etiam dicto loco exhibent pr. Med. tert. quart. Leid. ed. Bechar. Ven. Med. Ald. Iunt. *Hanc tam saevam dominationem stupentibus.* Statius lib. III. Silv. I. 17.

stupet ipse labores
Annus.

Idem lib. IV. Theb. vs. 458.

Et nova clamosae stupuere silentia valles.

lib. IX. vs. 228.

stupet hospita belli
Unda viros.

Idem lib. I. Achill. vs. 14.

At tu, quem longe primum stupet Itala virtus
Graiaque.

ibid. vs. 578.

et totus
Adsidue stupet, et praesentem cantat Achillen.

Iuvenalis Sat. XIII. vs. 15.

stupet haec, qui iam post terga reliquit
Sexaginta annos.

Plinius Paneg. cap. 82. *stupebant agricolae plena horrea.* Adde notam Munckeri ad Lactantium Plac. XIII. 2. vel cum ablativo: Livius lib. XXVII. cap. 19. *cuius miraculo nominis alii mortales stuperent.* Petronius Satyr. cap. 123.

fluctus stupuere pruina.

Curtius lib. X. cap. 9. *stupebant improviso malo pedites.* Plinius lib. VIII. cap. 82. *cetero* (MS. Leid. *ceterum*) *animal simplex et omnium rerum miraculo stupet.* Persius Sat. III. vs. 32.

Sed stupet hic vitio.

Statius lib. VIII. Theb. vs. 346.

stupet insolito clangore Cithaeron
Marcidus.

Florus lib. I. cap. 18. *stupens occasione tanta dux hostium.* et addita praepositione *in*, Virgilius lib. X. Aeneid. vs. 446.

tum iussa superba
Miratus, stupet in Turno. Abr. Gronov.

9. Profundum terrae foramen. A MSS. duobus Fuldensibus abest τὸ *foramen*, et puto eleganter dici posse *profundum terrae* absolute: cum *profundum* nihil aliud sit, quam quod *porro*, id est, longe habet *fundum*. Unde ridicule et more suo Plautus Captiv. I. 2. 79. parasiti ventrem *profundum* vocabat. Sed de hac re etiam alias. Modius. — Modius a duobus MSS. Fuldensibus eleganter abesse putat vocem *foramen;* sed non probavit, ita *profundum terrae* satis Latine dici, pro foramine terrae profundo. Ovidius Metamorph. VI. 697.

Cum subii convexa foramina terrae. Wopkens.

Ex quo frigidus in quodam velut vento. Sulpitius Verulanus homo apprime doctus in V. libro Pharsaliae legit: *Ex quo spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus.* Quae lectio placet: sed operae pretium est considerare, quam illuserit hisce oraculis humano generi Diabolus, adiutus nonnunquam naturae secretis. Miratur autem Cicero suo tempore obticuisse hoc oraculum, nimirum quia veritatis praeses mendacii patrem oppugnaturus iam iam immine-

bat, Leo de tribu Iudae Christus Servator noster. GLAREAN. — Vincentius: *ex quo fervidus spiritus, vi quadam, velut a vento in subl. expulsus.* ABR. GRONOV.

IMPLETASQUE DEO. Vox *Deo*, pro quo Bodl. MS. *deorum* exhibet, manus prima Franeq. aliique codices omittunt. Et recte vel ex praecedentibus subaudias *spiritu*, quemadmodum *divino spirito impleri* dixit Noster lib. XLIII. 1. 8. vel *impletas* intelligas esse stimulatas, commotas, ut Val. Flaccus II. 126.

Hanc superincendit Venus atque his vocibus implet:
Vade, age, et aequoream etc.

ubi vide Burmannum. Malim tamen vulgatum adservare. Idem Valer. II. 441.

Illi sole novo laeti pleniqne Deorum
Considunt transtris.

ubi itidem Burmannus alia adscripsit. WOPKENS. — *Impletasque dei r.* Ald. Iunt. *impletasque eo r.* pr. Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. *impletasque deorum r.* ABR. GRONOV.

10. MULTA IGITUR IBI ET OPULENTA REGUM POPULORUMQUE. Vincentius: *Multa ibi et op. regum ac pop.* sec. Med. *opulentia:* ut apud Cornelium Nepotem Chabr. cap. 3. *opulentium fortuna.* Apuleium lib. VIII. Met. pag. 163. *castellum frequens et opulens.* Ausonium Epicedio in patrem vs. 7.

Non opulens, nec agens, parcus sine sordibus egi.

et Salvianum lib. I. adv. Avar. cap. 1. *sic esse coepisti turbis opulens, fide pauper.* Similiter *pestilens* infra XXIX. 2. 7. *pestilentis sideris vi.* Cicero lib. I. de Divin. cap. 36. *Sunt partes agrorum aliae pestilentes, aliae salubres.* Columella lib. I. cap. 3. *pestilens fundus.* Salvianus eod. lib. cap. 3. *Quo fit, ut tam pestilens sit pietas* etc. et IV. 1. *sufficit, inquit, pestilens praedicatio.* Dein pr. Med. quatuor Leid. Bodl. ed. Rom. et Vincentius: *regum ac populorum.* ABR. GRONOV.

REDDENTIUM VOTA GRATAM VOLUNTATEM. *Gratam voluntatem* et *gratum animum* dicunt, quod vulgo perperam gratitudinem. Vide Lib. de Latinit. mer. susp. 7. VORST.

ET DEORUM RESPONSA MANIFESTANT. Hanc veram puto Iustini esse manum, licet non plane reiiciendum sit, quod Dorv. 2. habet, *et divina dei responsa manifestant.* Quam formam loquendi pluribus adsero ad Lactant. IV. 2. postquam immerito a me quondam et aliis in dubium revocata est, in his Hygini Fab. CXXV. *Tunc Circe intellexit, non sine* divina *voluntate* Deorum *id esse factum.* et Iul. Firmici de Err. Profanae Rel. pag. 6. *Ad sustentationem generis humani haec omnia* divina *summi* Dei *liberalitate donata sunt.* WOPK.

CAP. VII.

1. AN CONFESTIM. Dele particulam *an.* GRONOV. — Librorum ingratiis prius *an* delendum esse, ut iudicavit Gronovius, vehemen-

ter ego dubito. Sic etiam haud male forsitan Dorv. 1. et 3. cum veteribus impressis lib. XXI. 2. *Diu dubitavit*, an *imperium deponeret*, *an bello resisteret*. Ita certe Tacitus Ann. XII. 5. *Percunctatusque Caesarem*, an *iussis populi*, an *auctoritate senatus cederet* etc. et Histor. I. 17. *Consultatum inde pro rostris*, an *in senatu*, an *in castris adoptio nuncuparetur*. Varro de Re Rust. I. 3. *Dicendum . . ars* an *sit* an *quid aliud*, *et a quibus carceribus decurrat ad metas*. Arnobius lib. IV. contra G. pag. 138. *Unde*, *inquit*, *scimus* an *explorata scriptitarint*, an . . *libidinosam extulerint fictionem?* Neque alibi desunt huius formae, licet minus elegantis, exempla. WOPKENS.

2. EMANUS. Bodl. *Aenianus*. ed. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *Eurydanus*. Bechar. Med. *Euridanus*. ABR. GRONOV.

THESSALORUS. Flor. *Tessalonus:* reliquae edd. *Thessalonus*. ABR. GRONOV.

RECENS ADVENTUS SUI TERRORI ESSET. Forte laborat hic locus, scribendumque, *recens adventus sui terror esset*. FREINSHEM. — Suspicabatur Freinshemius, *recens adventus sui terror esset*. Sed hoc non satis cohaeret praecedenti *imparati hostes*. Mallem, *et recens adventu sui territi essent*. SCHEFF. — Incunctanter, quamvis Scheffero aliter visum fuerit, cum Freinshemio repono, *et recens adventus sui terror esset*. Livius XXXVI. 9. *Nihil inde moratus rex quatuor millia armatorum*, dum recens terror esset, *Scotussam mittit*. et cap. 20. *Trepidae inde*, recenti terrore, *naves Cenaeum Euboeae petierunt*. Tacitus Annal. XIV. 23. *Utendum* recenti terrore *ratus ad occupanda Tigranocerta*. in Agric. XXXVI. *Et quamquam* recentem terrorem *intulerant* etc. Vanum vero, quod obiicit Schefferus, verbum singulare *esset* non satis cohaerere cum praecedente *imparati hostes;* quum istiusmodi Syllepses optimo cuique satis frequentes sint. Cicero Famil. XIII. ep. 61. *Non modo reliqui* tutores, *sed etiam puer ipse sibi* persuasit. pro Archia cap. IX. *Non solum* ipsi *qui laudantur*, *sed etiam populi R. nomen* ornatur. Sallustius Catil. cap. 37. *Quorum* bona *erepta*, *ius libertatis imminutum* est. Livius XXXVII. 9. *Gravis etiam inopia frumenti*, *propter quam* naves *quoque et praesidium Romanum* excessit. lib. XXIII. 15. *Quocunque* hospitia *aut fortuitus animi impetus* tulit. Lactantius I. 1. *Ut nec* libri *modum*, *nec finem* reperiat *oratio*. ubi frustra est Heumannus. Adde quae supra ad lib. XXII. 5. et infra ad lib. XXX. 3. WOPKENS. — *Terror* pro *terrori* venuste legendum coniecit Freinshemius. Vide Cl. Wopkensium. ABR. GRONOV.

4. GALLORUM VULGUS EX LONGA INOPIA. Tacitus Hist. IV. 78. *Obstat vincentibus pravum inter ipsos certamen*, *hoste omisso*, *spolia consectandi*. Quod genus exempla monitaque collegerunt Amiratus in Tacit. XVII. 9. Camerar. Hor. Subcis. III. 29. Piccartus Observ. X. 8. Praedae obiectu hostem sustinentium exempla alia sunt in Plutarch. Lucullo cap. 34. Polyaeno Strateg. lib. VII. ubi de Mithridate: Frontino II. 13. pr. et aliis. BERNEC.

CETERISQUE COMMEATIBUS. Periz. *Cererisque.* ABR. GRONOV.

LAETUM PER AGROS SE SPARSERAT . . PRO VICTORIBUS VAGABANTUR. Magl. quart. Leid. Periz. ed. Rom. *laeti per agros se sparserant.* Vincentius: *non minus abundantia quam victoria laetum se per agros dispersit, desertisque signis vagabatur ad occupanda omnia.* *Pro victoribus vagari* etiam dixit Hegesippus lib. V. cap. 14. *Iudaeos tamen pro victoribus, quia se intra secundum murum receperant, quasi expulsis Romanis, gloriabantur.* ABR. GRONOV.

PRO VICTORIBUS. Vide notam ad XXIII. 3. 9. BERNEC.

6. PROHIBITI AGRESTES ORACULIS FERUNTUR. Periz. *oraculo coguntur.* Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. sec. Med. Thuan. Coll. N. sec. tert. Leid. *fuerant.* Bechar. Flor. *pr. agrestes a Graecis oraculis fuerant.* pr. Leid. *prohibitique a Graecis oraculis feruntur.* Vincentius: *Prima vero op. adv. verum prob. feruntur agrenses.* ABR. GRONOV.

MESSES VINAQUE VILLIS EFFERRE. *Messes* pro frugibus, frumento. Virgilius I. Georg.

Illius immensae ruperunt horrea messes.

Ovidius VIII. Metam.

gravidis onerati messibus agri.

VORST. — *Efferre.* in urbem sc. ad ea a raptu servanda. ANONYM.

AUXILIA FINITIMORUM CONVENERE. Sec. Med. *convenirent.* ABR. GRONOV.

8. GALLI VINO, VELUT PRAEDAE, INCUBANTES. Saxo lib. I. pag. 18. 35. *spoliorum reliquiis avidius incubantem adortus.* et lib. XIV. pag. 309. 25. *hostes praedae incubantes.* ABR. GRONOV.

9. PEDITUM SEXAGINTA QUINQUE MILLIA. Dorv. 2. *Peditum numero sexaginta quinque millia.* quod haud displicebat Cl. Oudendorpio ad haec Caesar. Gall. I. 49. *Eo circiter hominum* numero *sexdecim millia . . misit.* ubi illum consulas. Idem codex firmat Schefferi iudicium, quo delendam statuit vocem *millia* in sequentibus, *non nisi quatuor millia militum erant.* WOPKENS. — Sec. Dorvil. *peditum numero sexaginta.* ut supra II. 10. 20. *naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur.* Vide Cl. Oudendorpium ad Caesarem lib. I. de B. G. cap. 50. et Cl. Wopkensium ad h. l. Magl. *sexaginta millia.* Deinde idem, *non nisi* III. *millia erant*, omissa voce *militum*, quam ex glossa ortam fuisse suspicabatur Schefferus. Pr. Med. pr. quint. Leid. Thuan. Periz. Bodl. et Vincentius: *non nisi quatuor milia milites erant:* idemque in MS. Duisburgensi reperisse se testatur Cl. Dukerus ad Livium lib. XXXV. cap. 20. Ald. Iunt. *non n.* XV *millia militum erant.* Margo Vincentii: al. 14 *millia.* ABR. GRONOV.

NON NISI QUATUOR MILLIA MILITUM. Pro *militum* MSS. Bongarsiani habent *milites.* Unde adducor, ut credam hoc vocabulum glossatoris esse, non Iustini. Et docet totus locus, non tam hic sermonem esse de certis quibusdam militibus, quam omni multitudine, quae Delphis commorabatur. SCHEFF.

10. STATUAS CUM QUADRIGIS. *Quadrigae* ornamenta fuerunt igiorum, quorum figurae in antiquis numismatis et gemmis adhuc ntur. Livius lib. X. *Aenea in Capitolio limina, Iovemque in nine cum quadrigis.* Propertius II. 3.

Auro Solis erat supra fastigia currus. VORST.

AURO FUSAS ESSE; PLUSQUE IN PONDERE, QUAM IN SPECIE HABERE DAE ADFIRMABAT. Sec. Med. Coll. N. nesciunt verbum substan- n. ed. Rom. *quam in specie in se habere pr. a.* Quadrigarum m, quae in fastigio templi Delphici erant, mentionem fieri apud idem Ione vs. 82. observavit Cl. Iensius:

Ἅρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων
Ἥλιος ἤδη λάμπει κατὰ γῆν.
Splendentes hosce currus quadrigarios
Illustrat sol iam versus terram demittens radios.

GRONOV. — Forte legendum *plusque . . habere pretii*, *adfir- t.* Ovid. ex Ponto IV. 8. 68.

Iudicio pretium *res* habet *ista tuo.*

o in Verrem lib. III. 98. *Annona porro* pretium, *nisi in ca- tate fructuum, non* habet. WOPKENS.

CAP. VIII.

1. MERO SAUCII. *Οἰνοπλῆγες* et *μεθυπλῆγες* apposite dicuntur is. Vide Gruterum Suspicion. VIII. 13. et supra Not. ad. I. 8. 8. EC.

SINE RESPECTU PERICULORUM (et §. 8.) CERTATIM IN PRAELIUM UNT. Saxo lib. X. pag. 203. f. *ut absque respectu periculo- certatim in praelium prosilirent.* ABR. GRONOV.

2. PLUS IN DEO QUAM IN VIRIBUS REPONENTES. Iuntae, *ponen-* Alii male intrusere *spem.* GRAEV. — Antiquiores editiones, Be- et Maioris pro *reponentes* habent *spem ponentes:* Iuntarum teste Graevio, solum *ponentes.* Sed *plus reponentes* sine du- ectum est. Ita Tacitus Germ. cap. 30. *Plus reponere in duce, in exercitu.* VORST. — Dorv. 2. *Quam in se reponentes:* pri- *plus spem in Deo, quam in viribus reponentes:* tertius, *plus in Deo, quam in viribus ponentes.* quod non ita displicet. lib. 4. *In alterius ope omnem* spem posuisse. Sic Livius XXX. aliique passim. Pro vulgata autem scriptione recte attulit Vor- Tacit. Germ. cap. 30. cui loco addi etiam possunt, quae Bur- s ad haec Velleii II. 112. *Ita placebat barbaris numerus , ita fiducia virium, ut ubicunque Caesar esset, nihil in se erent.* Et confer nostra supra ad lib. IV. 4. 7. WOPKENS. — *in viribus spei ponentes:* ut Livius lib. XXX. cap. 35. *in plurimum spei ponerent.* Thuan. pr. quart. Leid. Reg. Coll. C. *viribus reputantes.* Coll. N. *in se reponentes.* sec. Leid. ed. r. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *in viribus spem ponentes.* *in v. spem reponentes.* Bodl. *in v. spei reponentes.* Quod imi-

tatur Saxo lib. III. pag. 56. 5. *Plurimum quippe spei in eius industria ab universis reponebatur.* et lib. X. pag. 182. 13. *evenitque, ut plus spei in auxilio Danorum, quam metus in sua adversitate reponeret.* et lib. XV. pag. 369. 31. *non enim minorem expugnandi eius spem in acumine quam viribus reponebat.* Abr. Gronov.

Cum contemtu hostium. Quomodo contemnebat hostem, qui spem omnem ob paucitatem et infirmitatem suam cogebantur reponere in Deo? Solet haec spes gignere quidem fiduciam et exspectationem laeti eventus, contemptum vero hostium gignere non solet. Cogitandum itaque, an non alieno loco haec sint posita, verbaque male traiecta ita ordinari debeant: *Plus in Deo, quam in viribus reponentes resistebant, scandentesque cum contemtu hostium Gallos e summo vertice* etc. *Contemptus* Gallis convenit, non Delphicis. Docet ipse Noster in superioribus, ubi de Brenno: *quorum* (quatuor millium Delphicorum) *contemptu Brennus ad acuendos suorum animos, praedae ubertatem omnibus ostendebat.* Scheff. — Contemnebant hostem Delphi, cum tam pauci tantae multitudini fiducia Dei resistere auderent fortiter, nihili facientes illam hominum copiam, quam ope Apollinis se victuros non dubitabant. Graev.

Partim saxo, partim armis obruebant. Magl. ed. Bech. et sex aliae, *partim saxis.* Coll. N. *trucidabant.* Vincentius: *Delphi autem cadentes Gallos . . . partim saxis, p. a. obr.* Abr. Gronov.

3. Simul et ipsi vates. MSS. Fuldenses, *simul et ipsae vates:* quod convenit satis cum eo quod sequitur, *sparsis crinibus.* et erant omnino pleraeque feminae Apollinis sacerdotes, eiusque instinctu responsa consulentibus dantes. Virgil. Aen. VI. 65.

tuque, o sanctissima vates,
Praescia venturi.

Delphis imprimis, ubi *Phoebades* vocabantur hae vates, sive *Pythiae.* Vide Strabonem, si vacat, lib. IX. Modius. — Sec. Med. *ipse* pro *ipsae*, quod exstat in quint. Leid. et MSS. Fuldensibus, vel *ipsa.* Orosius lib. VI. cap. 15. *Appius Claudius Censorinus iam abolitam Pythici oraculi fidem voluit experiri: quippe ab eo adacta vates descendere in specum, respondisse fertur* etc. Euripides Ione vs. 89.

Θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ζάθεον
Δελφὶς ἀείδουσ' Ἕλλησι βοάς,
Ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ. Abr. Gronov.

Sparsis crinibus. Hoc est solutis, revinctis; hic enim sacrificantium mos erat, ut capillos spargerent. Senec. Oedip. 230. *Incipit Lethaea vates spargere horrentes comas.* et Propert. II. El. 1.

Ad frontem sparsos errare capillos. Gronov.

4. Advenisse Deum clamant. Vincentius lib. VI. cap. 12. *clamantes.* Abr. Gronov.

Per culminis aperta fastigia: dum omnes. Distinctio huius loci non est idonea. Nam *iuvenem*, quod sequitur, non habet, quo possit referri, si eam servamus. Locus totus ita distinguendus: *eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia,*

omnes opem Dei suppliciter implorant; iuvenem supra humanum modum insignis pulchritudinis. Comitesque ei duas armatas virgines etc. Ordo et connexio vocabulorum est, se vidisse eum dementem, iuvenem insignis pulchritudinis, hoc est, vidisse eum dementem, specie iuvenili, vel qui fuerit iuvenis. SCHEFF.

5. DUAS ARMATAS VIRGINES EX PROPINQUIS etc. Apud Vincentium male omittitur praepositio *ex*. Eamdem historiam referunt scriptores laudati a Cl. Davisio ad Ciceronem lib. II. de Divin. cap. 37. GRONOV.

6. AUDISSE ETIAM STRIDOREM ARCUS. Virgil. Aen. IX. 659.

Agnovere Deum proceres, divinaque tela
Dardanidae, pharetramque fuga sensere sonantem.

de hoc auctoris loco Saresberiens. Policrat. VI. 17. BERNEC.

7. PROINDE NE CUNCTARENTUR . . VICTORIAE DEORUM SOCIOS SE IUNGERE. Virgilius lib. IX. Aeneid. vs. 199.

Mene igitur socium tantis adiungere rebus,
Nise, fugis?

Flor. Paris. *proinde nec cunct.* ABR. GRONOV.

9. ET TERRAE MOTU PORTIO. Compara cum hoc loco Gallicae descriptionem, quae est in Phocicis Pausaniae. Is XXVI millia Gallorum partim ferro, partim tempestate, et metu Panico, partim fame scribit in Phocide cecidisse. De Brenni morte vide praeter Valer. Max. I. 11. 18. BONGARS.

PORTIO MONTIS. Saresber. *pars m.* SCHOETTGEN.

10. QUAE GRANDINE ET FRIGORE SAUCIOS EX VULNERIBUS ABSUMSIT. Bechar. Flor. Med. Paris. Iunt. *fulgure.* Ven. *fulgore.* *Tà vulneribus* omittit Saresberiensis. ABR. GRONOV.

CUM DOLOREM VULNERUM FERRE NON POSSET, PUGIONE VITAM FINIIT. Atqui Pausanias inquit, illum vulneratum, veneno vitam finisse, pudore scilicet acceptae in Graecia cladis. Sed conciliat Diodorus: *Βρέννος δὲ ἄκρατον πολὺν ἐμφορησάμενος, ἑαυτὸν ἔσφαξε.* Voss. — Sec. Med. sec. quint. Leid. *pugione se finivit.* Med. corrupte, *pugionem se fin.* ABR. GRONOV.

12. ALTER EX DUCIBUS CUM DECEM MILLIBUS SAUCIORUM, CITATO AGMINE, GRAECIA EXCEDIT. Bechar. *cum d. m. sociorum c. a. a Graecia excedit.* Vincentius: *alter ex duobus ducibus, qui cum eo erat, cum X milibus sauciorum Graecia excessit.* *Citato agmine* dixit Orosius lib. VI. cap. 15. *Caesar inde citato agmine Epirum in Thessaliam perrexit.* ABR. GRONOV.

13. PAVIDIS NULLA SUB TECTIS etc. *Neque enim ulla metuentibus quies:* supr. II. 13. 11. sive, ut loquitur P. Syrus, *Metus cum venit, rarum habet somnus locum.* Onosander Strateg. cap. 42. *Qui in periculis versantur, ii ne si permittatur quidem, somno frui possunt. Nam metu periculi, etiam quo tempore licet quiescere, velut urbe iam iam capienda, vigilare coguntur.* Adde Marcell. lib. XXV. princ. BERNEC.

14. ASSIDUI IMBRES ET GELU, NIX CONCRETA. Etiam haec di-

stinctio est vitiosa, quam servarunt tamen in novissima editione quoque; cohaerent enim *nix congreta gelu*, estque *gelu* non primi, verum sexti casus. Non multum aliter Curtius VIII. 4. *imbrem vis frigoris concreto gelu adstrinxerat*. SCHEFF.

MAXIMUM PERVIGILIAE MALUM. Iuntae, *pervigilii*. Mox iidem, *Deos contemnebat*, pro *adversus Deos contendebat*. GRAEV. — Vulgo *pervigiliae malum* editur. sed quia Noster sup. XIII. 8. 6. scribit *pervigilio noctis fatigatis*, et hoc quoque loco Iuntarum editio, teste Graevio, manifeste habet *pervigilii malum*, ita omnino rescribendum putavimus. VORST. — MSS. habent *maxime*, quod praefero vulgatis. Non enim *super haec* et *maximum* bene connectuntur. Praeterea nec *pervigilium* vere *maximum malum* dicitur. Contra *pervigilium maxime* eos *obterebat*, hoc est praecipue, potissimum. *Pervigilium* dico, non *pervigilia*, quod insolentius, et Iuntina hic *pervigilii*, quod Vorstius recepit in textum. Ego tamen alterum non temere reiecerim. SCHEFF. — *Super haec maximum pervigiliae malum*, prout et in nostris MSS. est, non valet, maius quam haec malum pervigiliae, sed praeter haec ingens malum p. Quem sensum quod non pervideret Schefferus, sine causa cum quibusdam MSS. legebat *maxime* pro *maximum*. *Belli reliquiae* significant aliquando reliquum bellum, ut vidimus lib. XXII. 8. 6. hic vero, quos bellum reliquos fecerat. Sallust. Fragm. I. 13. *Praeterea Etruria atque omnes* reliquiae belli *arrectae*. Livius XXV. 37. *Ceterum postquam Asdrubalem Gisgonis venientem ad* reliquias belli *delendas* . . *appropinquare allatum est*. lib. XXXVI. 19. *Ubi primum* reliquiis pugnaeque *et fugae collectis* . . *Chalcidem se recepit*. Silius Ital. XV. 539.

> *Hunc etiam, vastis qui nunc sese intulit oris,*
> *Perpetiar, miseras quaerentem exurere* belli
> Reliquias.

i. e. quae mihi bellum reliquit. An cum Drakenb. rescribendum sit *exurere bello*, vehementer dubito. Sic *reliquias caedis* dixit Livius XLI. 16. 9. *cladis* idem XLIII. 12. 8. *mortis* Florus III. 15. 6. quod mihi non ita insolens videtur. WOPKENS.

LASSITUDO, SUPER HAEC MAXIMUM PERVIGILIAE MALUM . . . OBTEREBANT. Medicei, sec. Leid. Periz. Coll. N. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *lassitudo, et super haec*. Rom. *et super hoc*. eademque cum Flor. Ald. Iunt. MS. Coll. N. *pervigilii*. Paris. *pervigili*. Vincentius: *et gelu et nix concreta et f. et super hoc m. pervigil malum mis. b. reliquias obtrivit*. Ven. Paris. *obterrebant*. pr. Med. *abterebant* pro *atterebant*: quomodo scriptum in sec. Leid. Pacatus Paneg. cap. 11. *Quidquid atterit Gothus, quidquid rapit Hunnus*. et cap. 45. *agmen hostile triumphalibus vestigiis atterens*. Vide Cl. Graevium ad III. 5. 12. ABR. GRONOV.

15. PER QUAS ITER HABEBANT. Plaut. Asinar. II. 36. *Huc quis habebas iter*. GRONOV.

PALANTES VELUT PRAEDAM SECTABANTUR. Bechar. *pallantes*. pr.

l. Magl. sec. Leid. Bodl. ed. Rom. *vagos* (Med. *vagis*) *fugientes* ntes. Periz. *gaudentes v. pr. spectabant.* Ven. Flor. Paris. *gau*tes *v. pr. vagos fugientes spectabant.* (Ven. *sectabantur.*) Ald. . *gaudentes, velut praedam paluntes sectabantur.* Lege, *vagos*, tes, et vide Avum ad Livium XXVII. 16. ABR. GRONOV.

16. NEMO EX TANTO EXERCITU. Polybius IV. 46. eos, qui suerint, circa Byzantium constitisse, ibique imperium condidisse it. BONGARS. — Quin etiam Auctor infra XXXII. 3. 6. ipse contrarius, *partem* horum Gallorum *in Asiam, partem in Thra*- *extorres fugisse* scribit. Idem Florus II. 11. 3. Consentit taci Diodorus XXII. 13. BERNEC.

ETIAM ADVERSUS DEOS CONTENDEBAT, VEL AD MEMORIAM TANTAE SUPERESSET. Regius: *etiam contra deos contendebant.* Periz. ed. Ald. Iunt. *etiam deos contemnebat.* Rom. Ven. Med. Paris. *deos contemnebant.* Florent. *etiam deos spolians conten*- eademque cum Bechar. Ven. Med. Paris. *velut ad memo*-. Pr. Med. *tantae caedis sup.* Ceterum exiguam Gallici expartem cladi superfuisse, et in Aegyptum pervenisse, refert ntes Callimachi Hymno in Delum vs. 175. *Βρέννος ὁ τῶν* ν *βασιλεὺς συναγαγὼν τοὺς Κελτοὺς, ἦλθεν ἐπὶ Πυθῶνα,* μενος *τοῦ θεοῦ τὰ χρήματα διαρπάσαι. πλησίον δὲ γενομένων,* ὅλλων *χαλάζῃ χρησάμενος, ἀπώλεσε τοὺς πλείους αὐτῶν. Ὀλί*γων *περιλειφθέντων, Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτο*- ου *προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι. καὶ* ἐχρῆζεν *ὁ Πτολεμαῖος τούτου στρατεύματος. Οἱ δὲ ὁμοίως* ήθησαν *καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα. γνοὺς οὖν* μβάνει *αὐτοὺς, καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Νείλου τὸ* νον *Σεβεννυτικὸν* (lege *Σεβεννυτικὸν*) *καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς*. Eorumdem Gallorum mentio occurrit apud Pausaniam in Attg. 18. *Ἡνίκα (Πτολεμαῖος) παρεσκευάζετο ἐπιόντα ἀμύνεσθαι* ν, *ξένους ἐπηγάγετο καὶ ἄλλους καὶ Γαλάτας ἐς τετρακισχι*- *τούτους ἐπιβουλεύοντας κατασχεῖν Αἴγυπτον, ἀνήγαγε σφᾶς* ων *ἐρήμην διὰ τοῦ ποταμοῦ. καὶ οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπώλοντο* *ἀλλήλων καὶ τοῦ λιμοῦ.* ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XXV.

CAP. I.

. CUM IN GRAECIAM PROFICISCERENTUR. Legendum esse puto, *sceretur*, ut ad Brennum referatur, non ad Gallos, qui relicti ad tuendos gentis terminos, id est, Pannoniam et loca finitima is, Triballis, Getis, quae ipsi insederant. FABER. — Qui? Galli . At de his nil praecedit. Mallem ergo *proficisceretur*, et ad referre. SCHEFF. — Fuit error typographicus. Nam cor-

rectiores editiones non solum vetustiores, ut Iuntina, sed et recentiores, ut Elseviriana anni 1659. aliaeque praeferunt *proficisceretur.* Graev.

Peditum quindecim millia, equitum tria millia armaverunt. Ed. Rom. *peditum* XXV *m.* Pr. Med. *equitum quatuor mil.* Ven. Med. *equitum quatuor milia.* eaedemque cum Bechar. Flor. Ald. Iunt. pr. Med. Magl. *armaverant.* Abr. Gronov.

3. Fugatisque Getarum Triballorumque etc. Simillima referuntur a Niceta Choniate sub finem libri I. de Alexio Angelo, Principe Byzantino, qui legatos Imp. Henrici pacem venalem offerentes ostentatione divitiarum tam non terruit, ut dicerent, *nihil capi aut affici Germanos muliebribus istis spectaculis aut ornamentis: atque adeo iam tempus esse, ut his sepositis, Graeculi ferro aurum commutarent. Nam si irriti legationis suae redirent; pugnandum iis cum viris esse, qui non, ut prata, lapillis niteant, neque vestibus variegatis, ut pavones, glorientur; sed qui veri martis alumni flammas nitoremque ex oculis iaciant, et quorum sudor splendidis guttis defluens referat margaritas.* Bernec. — Apud Vincentium lib. VI. cap. 22. vitiose editum est, *Graecorum Tribalorumque.* Abr. Gronov.

Castra specularentur. De speculatricibus hoc genus legationibus, in eius argumenti libro cap. 41. Car. Paschalius et alii. Vide Diodor. XXII. 11. Bernec.

4. Pro regali munificentia. *Magnificentiam* potius, quam *munificentiam* regalem hic cogitabat haud dubie Iustinus, ideoque *munificentiam* pro magnificentia dixisse putatur in Indice. Sed quia hoc non permittit Latinitas, *magnificentiam* cum MS. quodam omnino reponendum. Atque ita lib. XII. 3. *His rebus ingentes epularum apparatus adiicit . . conviviumque iuxta* regiam magnificentiam. Saepius autem hae voces a librariis permutatae sunt. Sic (cum pace Cl. Oudendorpii) indubie cum Scriverio ex MSS. Frontini II. 11. 5. lego: *Qua multiplici* munificentia (non *magnificentia*) *universa gens victa, imperio p. R. accessit.* ubi *munificentia* beneficentia dicitur, ut apud Nostrum XXXI. 7. 6. apud Livium aliosque. Ceterum Dorv. 2. habet, *Sed Galli appositum grande auri* etc. Sed alterum non movendum. Cicero in Verr. lib. IV. 15. *Ut . . cum essent triclinia strata, argentumque* expositum *in aedibus . . contemplari unum quodque otiose et considerare coeperit.* et cap. 27. *Ex ornat ample magnificeque triclinium:* exponit quibus abundabat, plurima ac *pulcherrima vasa argentea . . Vocat ad coenam deinde ipsa praetorem:* exponit *suas copias omnes, multum argentum* etc. Ovidius A. Am. I. 408.

Sed, regum expositas *Circus habebit opes.*

cum not. Burmanni. Sic Val. Max. VII. 5. 1. aliique. Wopkens. — MS. Bongars. *magnificentia:* ut XII. 3. 11. *conviviumque iuxta regiam magnificentiam ludis exornat.* Vetus interpres lib. Esther I. 7 *Bibebant autem, qui invitati erant, aureis poculis, et aliis atque*

is vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentia re- dignum erat, abundans et praecipuum ponebatur. Saxo lib. V. . 94. 28. *aula erat cultu magnificentiae regalis instructa.* et lib. I. pag. 220. 9. *quem rex regalis magnificentiae convivio excipit.* le Cl. Wopkensium ad h. l. ABR. GRONOV.

5. PRAEDAE UBERTATE SOLICITATI. Hinc dicuntur *avidissima piendi gens* Livio XXXVIII. 27. 2. *Nemini satis mites, ni sub- quro, cuius avidissima gens est, principum animi concilien-*. Idem XXI. 20. 8. BONGARS.

6. INUSITATAS. Scribe, *invisitatas.* GRONOV. — Gronovius modo supra, ita et hic legendum censet; *invisitatas.* VORST. — novius, *invisitatas.* ut XVIII. 1. SCHEFF. — Non satis causae , cur cum Gronovio scribamus *invisitatas:* quamvis Dorv. 2. et MS. ita habeat. Sic iam vindicavimus haec lib. XVIII. 1. *Sed manos* . . inusitata *ante elephantorum* forma *stupere . . coegit.* te quidem vir egregius vocem hanc restituit Livii IV. 33. aliis- in locis: atque ita *invisitatum* libentius legerim in his Ammiani XI. 3. *Quod* inusitatum *ante hominum genus modo, ruens ut montibus celsis, ex abdito sinu coortum, udposita quaeque vellit ac corrumpit.* Sed Iustinus *inusitatam formam elephanto-* dicere potuit, ut Caesar Gall. II. 31. *Ubi vero moveri et ap- pinquare* (turrim) *moenibus viderunt,* nova *atque* inusitata *specie moti* etc. Et quis dubitat, quin ita *novitatem camelorum* recte erit Frontinus lib. I. 4. 12? Vide etiam, quae notamus ad Cicer. Divin. II. 22. Quibus facile adducar, ut nihil moveam Curtii IX. 1. *Magnitudinis* inusitatae *reperere serpentes.* ubi Gron. num *invisitatae.* et Sulp. Severi Dial. I. 15. *Eidemque* inusitatae *pellem pro munere detulisse.* ubi Meursius Crit. Arnob. *invisi-*. WOPKENS.

8. OMNIA IN MAIUS EXTOLLENTES. Eadem dictio exstat lib. II. 13. et lib. XIV. 1. 2. Livius XXVIII. 31. *Qui . . defectionem socio-* in maius *verbis* extollentes, *hortarentur, ut* cte. Tacitus Ann. . 30. *Et rogitante rege causas . . cuncta* in maius extollens, *iratione prisci moris affecit.* WOPKENS.

OPES PARITER ET NEGLIGENTIAM REGIS. Hoc vocabulum *regis* eo pro glossemate. Nam quae sequuntur, *haberent, eos, abun- rent,* ostendunt, Iustinum non tam regem habuisse in animo, cum scriberet, quam in universum hostes. SCHEFF. — Vincentius lib. . cap. 22. *Opes regis et negligentiam nunciant.* ABR. GRONOV. — cheffer us delendam putat vocem *regis,* et subaudiendum hostium Macedonum, quia statim ita in plurali numero sequitur: *Referta ro et argento castra, sed neque vallo fossave munita: et quasi tis munimenti in divitiis* haberent, *ita* eos *omnia officia militaria ermisisse.* Sed non reputabat vir doctus, ibi sic per σχῆμα πρὸς σημαινόμενον loqui Iustinum, quasi non de *castris,* sed de mili- in castris, mentionem habuisset; quemadmodum ita de *castris* lepius sermo fit. Horat. I. Od. 10.

Thessalosque ignes et iniqua Troiae
Castra *fefellit.*

Iustinus infra lib. XXVI. 2. *In speciem* castrorum *parva manu adversus ceteros relicta.* Et simili forsitan figura usus est Caesar in his Gall. IV. 14. *Milites nostri in castra inruperunt*, quorum qui *celeriter arma capere potuerunt*, *paullisper nostris restiterunt* etc. quamquam illic *quorum* videri queat tollendum, et prognatum ex simili voce praecedente. WOPKENS.

10. AUXILIO NON INDIGERENT. Cantabr. *auxilia.* Vide Cl. Wasseum ad Sallustium Iug. cap. 36. ABR. GRONOV. — Quod codex Cantab. *auxilia* habet, indignum prorsus erat, quod moraretur Wasseum ad Sallust. Iug. cap. 36. qui etiam plane in eo fallebatur, quod Sallustium illic, ut et cap. 103. (vel XCVIII. 3.) verbum *egere* accusativo construxisse putabat. Non tam in deliciis talia fuerunt emendatae Latinitatis scriptoribus, quam vulgo creditur a viris doctis. WOPKENS.

CAP. II.

3. IN PROXIMA SILVA TACITI SE OCCULTARENT. Sic recte etiam nostri codices, licet in quibusdam aliis exstet *in proximas silvas* et *in proximam silvam.* Ita nec mala ista Caesaris lectio vulgata, de B. Gall. VI. 31. *Qui proximi Oceanum fuerunt, ii in insulis sese* occultaverunt, *quas aestus efficere consuerunt.* WOPKENS. — Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *in proximam sylvam.* Vincentius: *dederat suis, ut,* et *tacite*, male. Sec. Med. *occulerent.* ABR. GRONOV.

QUAM QUOD DESERTA SUNT. Dorv. 3. sine *quod*, *quam deserta sunt.* Male. Supra sic particula *dum* utebatur Iustinus lib. XXI. 5. extr. *neque aliter*, *quam* dum *contemnitur*, *liberatus est.* WOPKENS.

4. OMNIA VACANTIA etc. Quod idem olim iidem fecere capta Roma. Liv. V. 41. 6. Flor. I. 13. 19. BERNEC. — Vincentius: *omnia vacua;* idemque in MS. reperit Bongarsius. Coll. N. *nec sine custodibus modo, verum etiam sine defensoribus vident.* ABR. GRONOV.

NON FUGAM HOSTIUM, SED DOLUM ARBITRANTES . . . . PORTAS TIMUERUNT. Eleganti brachylogia dixit *fugam* . . *arbitrantes*, sc. hoc esse. Livius XXII. 17. *Tum vero* insidias *esse rati*, *cum maiore metu concitant se in fugam.* et cap. 18. insidias *esse ratus* . . *suos munimentis tenuit.* lib. XXXVII. 20. *Et qui Pergami erant*, amentiam *magis quam audaciam credere esse.* Sallustius Iug. cap. 69. *Primo uti res erat*, Metellum rati, *portas clausere: deinde* . . *rursum* Iugurtham arbitrati, *cum magno gaudio obviam procedunt.* Florus I. 18. *Adremigantem litori R. classem inde vident: atque* hostem rati, *emicant* etc. Confer quae ad Dictyn Cret. V. 4. et Tacit. Hist. I. 20. Et sic Graeci, ut II. Petri III. 9. et alibi. WOPKENS.

5. SCRUTANTES POTIUS. Sec. Leid. *strupantes.* Peris. *scruptantes.* ABR. GRONOV.

6. AD LITUS CONVERTUNTUR. IBI DUM. Vincentius: *ad l. revertuntur. Ubi dum.* ABR. GRONOV.

QUAE EO CUM CONIUGIBUS ET LIBERIS CONFUGERANT. Forte, *qui eo cum coniugibus* etc. GRONOV. — Nescio, an non rectius sit, *confugerat.* SCHEFF. — Malim cum Gronovio, *qui eo cum coniugibus* etc. ut diserte legitur in Dorv. 3. *Confugerat*, quod tentabat Scheff., habet Dorv. 2. WOPKENS. – Coll. N. *et ea exercitus parte.* Vincentius: *quae illo c. c.* Cl. Scheffero legenti, *confugerat*, suffragatur sec. Med. Paullo post pr. Med. Periz. ed. Bechar. Ven. et quinque aliae: *huius victoriae opinio.* ABR. GRONOV.

7. OPINIO HUIUS VICTORIAE. Hoc est, existimatio ex victoria parta. Tacit. Germ. cap. 13. *Germani ipsa plerumque fama bella profligant.* Veget. Praef. lib. III. *Nemo provocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse pugnaturum.* BERNEC. — *Opinionem victoriae* Berneccerus accipiebat pro existimatione ex victoria parta, sed potius intelligo esse famam, divulgationem victoriae. Ut lib. XXXI. 6. *Romam nondum* opinio victoriae *venerat, et idcirco* etc. Atque ita passim Noster cum aliis hac notione vocem adhibet. WOPKENS.

8. TANTAE FOECUNDITATIS IUVENTUS. Dorv. 2. *Tanta foecunditas in iuventutis.* Unde nec male legeremus *tanta foecunditas iuventutis.* Contrarium *penuria seniorum* lib. XXIX. 1. 7. WOPKENS. — Coll. N. *tanta fecunditas iuventutis fuit.* ABR. GRONOV.

ASIAM OMNEM. Vide Strabonem lib. XII. Oraculum de eorum in Asiam transitu exstat in Pausaniae Phocicis. BONGARS.

9. BELLA GESSERUNT . . CONFUGERUNT. Pr. Med. Peris. ed. Bechar. Ven. Flor. et quatuor aliae, *gesserint*, et *confugerint.* ABR. GRONOV.

10. MAIESTATEM SUAM TUTAM. Quid si *tutari?* et ita quidam impressi. BONGARS. — Praestat cum Bongarsio, Iuntis, et aliis impressis legere, *tutari.* Mox melius MSS. *vocati* pro *invocati.* et ap. sequente Iuntae, *amissi regni speculaturus eventum*, pro *eventus.* GRAEV. — Emendavit Bongarsius *tutari.* res plana fuit, imo et proclivis. FABER. — Iuntina editio teste Graevio pro *tutam* habet *tutari.* et congruit id magis ei quod sequitur, *neque amissam recuperare.* VORST. — Bongarsius, et Iuntae, *tutari*, quod praeferunt. SCHEFF. — Bodl. ed. Bechar. Flor. Ald. Iunt. *nominis sive armorum.* sec. Med. *ut al. neque hii m. s. tutam, neque illi amissam recipere.* Coll. N. *ut neque hi m. s. tutam, neque illi a. r. posse, nisi Gal. v. arb. Nisi Gallica virtute* etiam in MS. reperit Bongarsius. *Nisi* pro praeterquam. Caecilius Plocio apud Gellium lib. II. cap. 23.

quae, nisi dotem, omnia
Quae nolis, habet.

Terentius Andria IV. 2. 14.

Hanc, nisi mors, mi adimet nemo.

Curtius III. 6. 18. *Nihil nisi divina ope adgredi videbatur.* al etiam quaedam exemplaria praeferunt, *sine divina ope.* Infra XXI 8. 7. *negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse.* XXXVIII. 5 8. *quorum nihil est nisi bello quaesitum.* et cap. 7. 2. *Nullam sub iectarum sibi gentium expertam peregrina imperia, nullis unquam nisi domesticis regibus paruisse.* Mamertinus Paneg. Maxim. cap. 10 *et tamen vides, non invenire me ex omni antiquitate quod compa rem vobis, nisi Herculeae gentis exemplum.* Recte tamen in reli quis MSS. additur particula *aliter.* Salvianus lib. VI. de Prov. cap 18. *aliter iam non vitiosi esse non possumus, nisi ut non simus* Vetus interpres libr. Numer. XXXV. 33. *nec aliter expiari potest nisi per eius sanguinem* etc. et lib. I. Regum XXIX. 4. *quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris* Adde Cl. Wopkensii notam ad h. l. Abr. Gronov.

Sine Gallica virtute. Legendum puto cum Dorv. 2. alioqui MS. *nisi Gallica virtute:* ceteroquin enim melius abesset *aliter.* E *aliter* ita cum *nisi* venit lib. XII. 14. 7. et lib. XXIV. 5. 3. et saepe alibi. Vice versa Augustini de C. Dei lib. V. 12. legendum videtur *Et ideo melior est virtus, quae humano iudicio contenta non est* sine *conscientiae suae.* non, *nisi c. s.* Wopkens.

11. In auxilium a Bithyniae etc. Strabo Gallos scribit At talicorum regum terras diu populasse: tandem ab iis Bithyniam ob tinuisse, quae et Gallograecia. Bongars. — *Invocare* solum est etiam pro in auxilium vocare. Tacitus IV. Hist. 73. *Ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupiditate, sed maioribus vestris in vocantibus.* et 79. *unde metus et iustae preces invocantium.* Sed plena locutio est quam Noster habet *invocare in auxilium.* Sunt etiam codices MSS. qui simplex *vocati* hic habent: ut in V. L. no tavit Bongarsius. Quod tamen cur alteri praeferendum sit, ut vult Graevius, nos quidem non videmus. Vorst. — Mallet hoc Graevius quia meliores MSS. et editiones *vocati* scribunt, deteriores *invocati* dein quia Latinius est *vocare in auxilium,* ut superius lib. V. 2 *vocare in portionem muneris,* et plura talia, quam *invocare in au xilium,* quamvis locutionem hanc non damnet Graevius. Quoniam Bongarsiani MSS. quoque habent *vocati,* mallem hoc, quam *invocati* licet non sit infrequens compositi pro simplice usus, etiam in talibus Scheff. — Sec. quint. Leid. Bodl. *in auxilium Bithyniae regis.* Vin centius: *itaque residui in auxilium Eumenis Bithyniae regis invo cati.* Rabanus Maurus lib. XII. de Proprietate Sermonum cap. 4. e lib. XVI. cap. 2. *in auxilium a rege Bithyniae evocati.* Albertus Stadensis pag. 139. *A rege Bithyniae vocati, regnum cum eo divi serunt.* Auctor de Gestis Treverorum cap. 9. *in auxilium a rege Bithyniae vocati, cum eo regnum parta victoria diviserunt.* Hunc Bithyniae regem fuisse Nicomeden Zipoetae filium docet Ampl. Cu perus lib. IV. Observ. cap. 11. Periz. *facta victoria.* Abr. Gron.

PARTA VICTORIA. Pro *parta* Dorv. 3. *facta.* ut Augustin. de C. Dei XVI. 22. *et* victoriam fecit de regibus *Sodomorum.* Vegetius R. Mil. I. 20. *A quibus saepe* factam *esse constat* victoriam, *cum hastati interiissent.* Gregorius Turon. H. Franc. II. 27. *Multa deinde bella* victoriasque fecit. Minucius Felix cap. 7. *Qui . . de Perse* victoriam *eadem die*, *qua* fecerant (scil. maiores nostri,) *nuntiaverunt.* Quem locum, a Meursio immerito sollicitatum, minus recte in Advers. interpretatus sum. WOPKENS.

EAMQUE REGIONEM GALLOGRAECIAM COGNOMINAVERUNT. Vincentius d. l. *nominaverunt.* Albertus: *Ibi habitantes in Asia regionem Gallograeciam vocant*, *a quibus Galatae.* Gesta Trever. *eamque regionem ex Gallis et Graecis composito nomine Gallo-Graeciam agnominaverunt.* ABR. GRONOV.

CAP. III.

1. PYRRHUS. Quomodo Pyrrhus Italia et Sicilia excesserit, et in Graeciam reversus, Antigonum et Gallos strenue pugnantes vicerit, legendus in eius vita Plutarchus et Pausanias in Atticis. BONGARS.

SUPPLEMENTUM MILITUM PETIT. Bongarsius aliique rectius ediderant, *suppl. mil. per legatos petit*, suffragantibus MSS. et vetustis editionibus. ABR. GRONOV.

2. QUAE DE ROMANIS VOLUERIT. MS. Coll. N. *quae de Romanis nequiverit.* ABR. GRONOV.

3. REPENTINAM FINGIT PROFECTIONEM. Quid hoc est? *fingere profectionem* significat simulare se profecturum, ut *fingere somnum* supra IX. 9. fingere seu simulare se dormire. Atqui sequitur *reversus in Epirum.* Non ergo fingebat, sed re vera suscipiebat profectionem. Quare suspicor scripsisse Nostrum vel *indicat*, vel *instituit profectionem.* SCHEFF. — *Fingit* hic non est simulat, ut vult Cl. Schefferus, sed adornat, parat, ut *fingere fugam* apud Plautum Captiv. II. 1.

At fugam fingitis, sentio quam rem agitis.

et Lucilium: *Sed fuga fingitur: timido vadit pede percitus.* hoc est, fugam molitur, ut recte politissimus Gulielmus exponit. Sic et *parricidia fingere* pro struere, parare, apud Senecam Consolat. ad Marc. 26. *Quid dicam, nulla hic arma mutuis fuere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parricidia aut fingi, aut cogitari, nec fora litibus strepere.* GRAEV.

6. PYRRHUS MACEDONIAM IN DEDITIONEM ACCIPIT. Ait Graevius Gronovium legendum putare *in ditionem:* quod nobis non videtur. Est enim *in deditionem accipere* usitatissima Nostro phrasis. VORST. — Gronovius hic legit *ditionem*, quod Vorstio non probatur. Ipsum vide. SCHEFF. — Non hic in dubium vocatur loquendi ratio, quae est usitatissima, sed res. Num Macedonia se dederit Pyrrho,

an armis ab eo subacta in ditionem eius venerit, quod ignorare non possunt, qui Pyrrhi vitam legerunt. GRAEV. — Sec. Leid. Coll. N. ed. Rom. Bechar. et sex aliae, *accepit*. ABR. GRONOV.

VELUTI DAMNA AMISSAE SICILIAE . . PENSASSET. Saxo lib. XIV. pag. 264. init. *se ereptae Norvagiae damna Suetici primatus munere pensaturum.* et lib. XIV. pag. 268. 34. *incolarum fortitudine parvitatis damna pensabat.* ABR. GRONOV.

7. AMISSI REGNI SPECULATURUS EVENTUS. Iuntae: *eventum.* Paulo ante Gronovius legit, *in ditionem accepit*, pro *deditionem.* GRAEV. — Editio Iuntina, teste Graevio, *eventum:* quod rectius videtur. VORST. — Cum Iuntina, subscribente etiam Dorv. 1., malebant *eventum.* Sed alterum consentaneum est mori Iustini, plurali pro singulari uti amantis, ut multoties iam monuimus. lib. XVI. 3. *Cuius urbis initia et* exitus *admirabiles fuere.* lib. XX. 3. *Victoriae facultatem bellique prosperos* eventus *deprecantes.* Sallust. Catil. cap. XI. *Sed postquam L. Sulla, armis recepta rep., bonis initiis, malos* eventus *habuit* etc. WOPKENS.

AMISSI REGNI SPECULATURUS EVENTUM, THESSALONICAM SE RECEPIT. Ita Ald. Iunt. verum sec. Med. pr. tert. quart. Leid. Thuan. ed. Bechar. Flor. Med. Paris. dant *eventus*, ut supra XI. 12. 1. *in dubios belli eventus.* Lucanus lib. IX. v. 554.

Maximus hortator scrutandi voce Deorum
Eventus Labienus erat.

Nazarius Paneg. cap. 19. *cum res bellica caecos habeat eventus.* Adde notam Cl. Wopkensii. Porro pr. Med. Reg. sec. Leid. a sec. m. *se recipit.* ABR. GRONOV.

8. A PTOLEMAEO FUNDITUS VICTUS. Saxo lib. X. pag. 204. 1. *caeduntur funditus Sclavi.* ABR. GRONOV.

FUGAE SOLITUDINES CAPTAT. Quid est, *captare solitudines fugae?* ut quis fugere possit solus? at id iam faciebat Antigonus. Itaque locus mihi neque integer, neque sic ut oportet, distinctus videtur. In MSS. Bongarsianis legitur *solitudinisque.* Hinc colligo, sic legenda distinguendaque omnia: *non iam recuperandi regni spem, sed salutis latebras ac fugae, solitudinesque captat.* Eleganter. Ordo est: captat latebras salutis et fugae, captat solitudines, quae nempe salutis et fugae latebrae ipsi erant futurae. SCHEFF. — *Fugae solitudines captare* est, loca sola et deserta quaerere, per quae tuto fugias, et a nullo obvio deprehendaris. GRAEV. — *Salutis latebrae* sunt in quibus salus acquiri possit. Quomodo *tellus poenae* dixit Ovidius Trist. III. El. 2. 18. *portus salutis*, idem de Remed. Am. 610. *remedia salutis*, Val. Maximus lib. III. extremo. Hegesipp. III. 26. *Nullus in terris salutis locus.* Seneca Herc. Furente 1012.

Quo misera pergis? quam fugam aut latebram petis?
Nullus salutis, *Hercule infesto, est locus.*

ubi cum Heinsio rescribere *saluti*, mihi quidem religio est. Sic

exilii nostri solitudines Boëtius Cons. I. 3. *Fugae solitudines captat*, i. e. ad fugam, ex usu noto dativorum. Silius XII. 353.

Latebrosa per avia saltus
Evolat, *et provisa* fugae *compendia carpens* etc.

ubi quod *captans* coniicit Modius, firmatur hoc Iustini loco. Livius XXXIX. 51. *Ut iter semper aliquod praeparatum* fugae *haberet*. lib. XXXVIII. 2. *Per invias atque ignotas rupes* iter *fugae non expedientes . . interfecerunt*. lib. XL. 40. *et prope omissa pugna*, *locum fugae circumspicere*. Ruffinus H. Eccles. XI. 22. *Latebras unusquisque quaerere*, *angustos* fugae *calles rimari*. WOPKENS. — Saxo lib. XII. pag. 42. 44. *obscuros externosque secessus captent*. ABR. GRON.

CAP. IV.

1. AD QUOD VOTIS etc. Consulendi Gruter. Suspicion. VI. 14. et Brissonius in Formulis lib. I. pag. 82. BERNEC.

2. QUA TULISSET IMPETUM. Hoc vero nescio an sit Latinum. *Facere impetum* dicimus, non *ferre*, cum hoc sit passivae potius significationis. In MSS. legitur *imperium*. Quod apud me efficit, ut veram lectionem credam fuisse olim, *qua tulisset impetus eum*. Ex *impetus eum*, quod coniunctim velut unum vocabulum primo scriptum, deinde fecerunt *imperium*. SCHEFF. — Schefferus *qua tulisset impetus eum*, *s. v.* Ego malim, *qua tulisset eum impetus*, *s. v.* vel cum Dorv. 2. per ellipsin frequentissimam pronominis, *qua tulisset impetus*. Haec autem loquendi ratio usitatior, quam quae in vulgata scriptura comparet. Lucanus I. 491.

Quo quemque fugae tulit impetus, *urget*
Praecipitem populum.

Livius IV. 38. *Restituitur omnibus locis pugna*, *in quae eos* impetus tulit. lib. XXIII. 17. *Per vias inviaque*, *qua quemque aut consilium aut* terror tulit, *in urbes Campaniae . . perfugerunt*. lib. XXXVIII. 27. *Pars maior dextra laevaque praelati*, *qua quemque* impetus tulit, *fugerunt*. Faveret autem vulgatae lectioni Livius XL. 40. si illic cum Fabro legere liceret, *ut quamcunque in partem pertulere impetum suum*, *sustineri nequeat*. Sed quod ibi editum est, *ut quacunque parte perculere impetu suo*, *s. n.* ex Mamertino Panegyr. cap. 5. et aliunde defendi posse existimo. WOPKENS. — MS. Coll. N. *qua tulisset impetus*. Ita Livius lib. XXIII. cap. 15. *dilapsi omnes*, *quocumque hospitia*, *aut fortuitus animi impetus tulit*, *per Campaniae urbes*, *maxime Nolam Neapolimque*. Plinius lib. XXV. cap. 10. *impetus animi et quaedam artis libido in haec eum tulere*. ABR. GRONOV.

3. UT AD DEVINCENDA REGNA INVICTUS. Ideo eum Antigonus comparabat κυβευτῇ πολλὰ βάλλοντι καὶ καλὰ, χρῆσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένῳ τοῖς πεσοῦσι. BONGARS. — Sic Livius IX. 16. *Quia ipse invicti ad laborem corporis esset*. Ovidius Metam. XII. 167.

Quod iuveni corpus nullo penetrabile telo
Invictumque *ad vulnera erat.*
quae lectio merito satis proba visa fuit Heinsio. Wopkens.

Celeriter carebat. Ut *habere*, *possidere*, *tenere* saepe valet acquirere, ita *carere* hic et alibi amittere. Eleganter tamen Dorv. 2. cum duobus aliis MSS. *excidebat* habent pro *carebat:* neque illud immerito placebat A. Gronovio. Vide etiam, an sic legendum sit Boëtii Cons. V. 2. *Extrema vero est servitus*, *cum vitiis deditae* (animae) *rationis propriae possessione* exciderunt. ubi vulgo *ceciderunt*. Symmachus lib. II. ep. 46. *Ferunt Socratem*, *si quando* excidit *cupitis aut destinatis*, *id sibi utile*, *quod evenerat*, *aestimasse.* lib. X. ep. 54. *An Theodosio extra conflictum posito*, *ac deinde ne rebus* excideret *provocante*, *possessionem* etc. Livius Epit. XXIX. *Masinissa . . amisso patre Gala*, *de regno* exciderat. Wopkens. — Sec. Med. Coll. N. *celeriter excidebat.* Terentius Andria II. 5. 12. *Herus*, *quantum audio*, *uxore excidit.* ubi Donatus notat: *Uxore excidit.* Quod Graeci dicunt ἐξέπεσεν καὶ ἀπέτυχεν. Vide Arum ad Senecam Epist. 122. Abr. Gronov.

Melius studebat acquirere imperia quam retinere. Ea de causa Pyrrhum Antigonus aleatori similem esse dixit, qui spe lucri proprias opes prodigit, nec unquam contentus est eo, quod in alea vicerit, sed quaecunque collusoribus supersunt, aviditate magna cupit, inque ea relictis omnibus solum inhians, quaecunque ante quaesierat, profundit. Simili ingenio fuit Alexander Magnus, cuius res in Oriente gestas cum legeret Imp. Augustus, admiratum ferunt, non induxisse eum in animum, quomodo quaesita servaret, sed tantum alia quaesitis adiiceret. Plut. Apoph. Rom. cap. 46. Bene Thucydides VI. 2. 15. *Amentis est illos aggredi*, *quos licet vincas*, *non tamen retinere possis.* et Cassiodorus lib. I. Var. Epist. 25. *Nihil prodest initia rei solidare*, *si valebit praesumtio*, *ordinata destruere. Illa sunt enim robusta*, *illa diuturna*, *quae prudentia incipit*, *et cura custodit* etc. Bernec.

4. Itaque cum copias Cherroneso transposuisset. Quod hic *Cherronesi* sit mentio, admodum miror; cum mox Spartam oppugnet. Ego omnino legendum puto *Peloponneso.* Ineptum autem, quod quidam annotarat, Xerxem quoque hoc loco traiecisse exercitum; neque enim hic Pyrrhus in Asia erat. Glarean.

Cherroneso. Glareanus ex historia legit *Peloponneso*, et sequentia comprobant. Vett. alii *cerroneso*, alii *cerronesto.* Vide Plutarchum, et Pausaniam in Atticis et Laconicis. Bongars. — Lego, *Cherroneson transposuisset.* Et sensus hic est: cum Pyrrhus copias in Peloponnesum per Isthmum Corinthiacum traduxisset. *Cherronesos* enim quaevis peninsula dicitur. Gronov. — *Chersoneso*, id est, in Chersonesum. Optime autem, ex fide veteris historiae, acutus ille Helvetius, Glareanus, legit *Peloponneso*; et id quidem cum iudicio; quid enim tantopere commoti fuissent Messenii Achaeique, si res in Chersoneso Thraciae acta fuisset? Dein facile probes le-

gendum esse, *Peloponneso*, cum dicat Iustinus, *Primum illi bellum adversus Spartanos;* qui fere principes Peloponnesi erant. Faber. — *Cherroneso* sane editum adhuc fuit. Sed Gronovium ad Epit. Liv. XLVIII. locum sic citare video: *Cum copias Cherroneson transp.* ut sit accusativus Graecus, qui motum ad locum significet. Fuit cum crederem *Cherroneso* posse esse pro *in Cherronesum:* quomodo dicitur, *it clamor caelo*, et *invitare tecto*, *hospitio*, et *paratus neci.* Glareanus pro *Cherroneso* ex historia legendum putat *Peloponneso.* Et verum sane est in Peloponnesum tunc temporis copias transposuisse Pyrrhum. Quia tamen Peloponnesus chersonesus seu peninsula est, credi possit, nomen commune positum hic pro proprio, per synecdochen quandam. Vorst. — 'Gronovius legit *Cherroneson*, quod est rectius. Scheff. — Notator Anglicanus emendat *Peloponneso*, aitque probari per sequentia. Pridem hoc fecerat Glareanus, sed haud necesse est. Vide notas Clar. Vorstii hoc loco. Scheff. — *Transponere Lugduno*, pro Lugdunum, nemo credo Latine sciens probaverit. Sic nec recte dixeris *transponere* aut *traiicere Peloponneso*, pro in Peloponnesum. Gronovii acutissimi emendatio probanda utique. Graev. — Magl. *Cherronesum*, quae scriptura firmat coniecturam Avi legentis *Chersoneson.* Munckerus ad Hyginum Fab. 108. vulgatum tuetur. Ald. Iunt. *Cheronneso.* Abr. Gronov.

Cherroneso. Sic nostri etiam cum reliquis, recteque his, qui *Cherronesum* aut *in Cherronesum* legebant, assensum negare suum videtur Munckerus ad haec Hygini Fab. CVIII. *Castraque transtulerunt* Tenedo. i. e. in Tenedum. Sic Dictys Cret. lib. V. 8. *Victimas Hectoris* tumulo *transferri imperat . . Ita tauris*, *qui immolati erant*, *ad rogum Hectoris . . apportatis* etc. lib. VI. 14. *Ita suspectus patris animo Telemachus*, agris, *qui in Cephalenia erant*, *relegatur.* Dares Phrygius de Exc. Troiae cap. 19. *Legatos ad Mysiam veterisque* locis *mittunt*, *ut* etc. et cap. 21. *Multa invicem millia* Orco *dimittuntur.* Virgilius lib. XI. 593.

Miserandae corpus et arma
Inspoliata feram tumulo, *patriaeque reponam.*

Lucanus VI. 361.

Aeas
Ionio fluit inde mari.

Passimque ita dativo, pro accus. cum praep. *in*, utuntur poetae: neque enim cum Munckero *Tenedo* apud Hyginum et *Cherroneso* apud nostrum auctorem, in ablativo acceperim, sed in dativo, suffragante quoque Oudendorpio ad Obseq. Prod. cap. 97. et Caes. B. C. II. 19. Wopkens.

5. Graecia omnis . . gloria attonita, adventum eius exspectabat. Vox *gloria* non exstat in MSS. atque vetustis editionibus. Becbar. Ven. Med. Paris. *spectabant.* Flor. *exspectabant.* eaedemque cum Ald. *attoniti.* Abr. Gronov. — Dorv. 3. *attoniti . . ex-*

spectabant. Sed praestat alterum, quantumvis talia criticis in deliciis sint. WOPKENS.

6. UBI MAIORE MULIERUM, QUAM VIRORUM VIRTUTE EXCEPTUS, PTOLEMAEUM FILIUM. Medicei, Magl. sec. tert. Leid. Coll. N. Thuan. Bodl. ed. Rom. Ald. Iunt. *exceptus et Ptol.* Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *excipitur. Tunc Ptol.* Vincentius lib. VI. cap. 23. *mai. mul. q. v. v. exceptum, ubi et Ptol.* ABR. GRONOV.

7. UT NON FORTIUS VICTUS, QUAM VERECUNDIUS RECEDERET. Non placet haec distinctio, nam comma post *verecundius* ponendum. Nec enim cohaeret, *verecundius recederet*, sed *verecundius victus*, quomodo dicebatur victus, quia mulieres eum vicerant. SCHEFF.

8. UT URBEM CORCYRAM CUM SEXAGINTA. Urbem primariam Phaeacum seu Corcyrae insulae. Vide Pausaniam in Atticis, ubi hanc rem attigit, pag. 10. numero 31. 32. etc. Editione illa optima Sylburgii utor. FABER. — MSS. *cum sexagesimo*, et paulo post *cum septimo.* Ita Plin. XII. Hist. Nat. 1. *Epulatus intra speluncam cum duodevicesimo comite.* et Orosius VI. 16. *Sex. Pompeius cum centesimo equite aufugit.* Vide Observat. in Script. Eccles. cap. 3. GRONOV. — Ald. *ut u. Corcyram solus cum sexaginta.* Iunt. *ut u. Corcyram aggressus solus cum sexaginta.* Medicei, quint. Leid. Bodl. Thuan. MSS. Bongars. ed. Bechar. Ven. Med. *cum sexagesimo ceperit:* et cum pr. tert. Leid. Periz. Reg. Coll. N. *cum septimo.* Venuste. Orosius lib. VI. cap. 16. *Sex. Pompeius cum centesimo equite aufugit.* Plura huiusmodi exempla collegerunt Avus ad h. l. et in Mantissa Pecun. Vet. cap. 1. ac Parens Dissert. Epistol. in Livii loca Geogr. pag. 45. ABR. GRONOV.

CUM SEXAGINTA . . CUM SEPTEM. Non repudianda haec ratio. Cicero Paradox. cap. 1. *Biantem, ut opinor, qui* numeratur in septem. Hyginus Fab. X. *Chloris Niobes et Amphionis filia, quae* ex septem *superaverat.* Elegantius autem *cum sexagesimo* et *cum septimo*, quomodo hic legebat Gron. ex MSS. quibus et nostri adstipulantur. WOPKENS.

ITEM PRAELIO NAVALI. Iuntae: *Idem praelio navali.* GRAEV. — Quart. Leid. *idem praelio navali in quinqueremem insiluerit.* Vulgatum imitatur Saxo lib. VII. pag. 127. f. *scapham insiliens.* Pro *quinqueremem* Bechar. Flor. Ald. Iunt. dant *triremem.* ABR. GRONOV.

9. EQUO PROCURRERIT. Ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *cum equo.* Thuan. quart. Leid. *procucurrerit.* sec. Med. *procucurrit.* Periz. *percurrerit.* ABR. GRONOV.

CAP. V.

1. EXPUGNARE CONATUR. Diversa lectio est *expugnare cogitat:* quam Sichardus in textu, alii in margine collocarunt. Sed et in editione Becharii lectionis eius vestigium est. Habet enim illa *cogit* pro *cogitat.* Et fortasse *cogitat* rectum est, et, quia falso suspectum, reiectum fuit. Vide de eo verbo lib. de Latinit. f. susp.

pag. 130. VORST. — Veteres quidam, *expugnare cogitat.* Quam lectionem Vorstius putat esse veram. SCHEFF.

SAXO DE MURIS. Probus, *lapide ictus.* Plutarchus et Pausanias et Strabo lib. VIII. *κεραμίδα*, id est, *tegulam* vocant. BONGARS. — Quomodo etiam Ovidius in Ibin vs. 303.

Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum
Opprimat hostili tegula iacta manu. BERNEC.

SAXO DE MURIS ICTUS OCCIDITUR. Haec lectio reiectanea non videtur. Livius IV. 50. Saxo ictus *turba excedit.* Val. Maximus IX. 10. Ext. 1. *Caeneum* . . saxo ictum *prostraverat.* Sic Sulp. Severi H. S. I. 26. Sed nec male Bodlei. et Dorv. duo cum vet. ed. *S. de muris iactato occiditur:* nisi inde refingere malis . . *iacto occiditur.* ut lib. VII. 6. *In praetereuntem* de muris *sagitta* iacta *dextrum oculum regis effodit.* Erudit. Staverenus Miscell. Obs. Volum. X. pag. 397. coniiciebat, *saxo de muris iacto ictus occiditur:* quod nec mihi displicet. WOPK. — Orosius lib. IV. cap. 2. *saxo ictus decubuit.* Similiter Saxo lib. XIV. pag. 311. *ita lapide ictus est, ut multus e capite cruor profunderetur.* Magl. *saxo de muris iacto* etc. quomodo ex coniectura legit Cl. Staverenus in Miscell. Observat. tom. X. pag. 397. Bodl. ed. Rom. Ven. Flor. Paris. Med. Ald. Iunt. *iactato.* ABR. GRONOV.

2. CAPUT EIUS. Valer. Max. V. 1. BONGARS. — *Caput eius Antigono refertur.* Sic supra cap. IV. *Cuius corpus ut relatum patri est.* Dictys Cret. II. 27. *Foedatum ac dilaniatum lapidibus Polydorum* matri *eius Hecubae* refert. Nec male tamen in Dorv. 1. et 2. *defertur* exstat, et in 2. *ad Antigonum defertur.* ut lib. XIV. 1. *His qui Eumenis caput* ad *Antigonum* detulissent. ubi tamen Schefferus cum MSS. nescio quibus malebat *Antigono.* Sed sic etiam Curtius VIII. 12. *Caputque eius atque arma* ad *Alexandrum* detulerunt. Atque ita MS. Sallust. Iug. cap. XII. *Numidae caput eius, ut iussi erant*, ad *Iugurtham* deferunt. vulg. *referunt*, quod tamen neutiquam damno. Vide Aur. Victor. Vir. Illustr. cap. LXV. 6. et LXXXI. 6. Florus III. 11. *Caput eius* . . ad *regem* reportatum *ludibrio fuit.* ubi omnino consulatur Dukerus. WOPK. — Magl. *defertur.* Coll. N. *ad Antigonum refertur.* Ita Tacitus lib. XII. Annal. cap. 64. *spoliaque et praedas ad procuratores referre.* ABR. GRONOV.

REMISIT, EIQUE INSEPULTI PATRIS OSSA IN PATRIAM REFERENDA TRADIDIT. Sic si scripserit Iustinus, *insepultum* dixit Pyrrhum, quod quamvis iam esset concrematum eius cadaver (ut etiam Val. Max. aliique tradunt) atque eatenus (ex usu verbi *sepeliri* laxiore, de quo ad lib. XI. 15. 15.) iam *sepultus* esset, reliquiae tamen eius nondum erant terrae mandatae; ad quam officii curandorum cadaverum partem verbi *sepelire* notio aliquando restringitur. ut Dictys Cret. III. 9. *Corpora suorum igni concremant, dein* sepeliunt. et lib. II. 2. *Idque* (corpus) *igni crematum: quod superfuerat, patrio more* sepelivit. Sed melius tamen, si haec Nostri mens fuisset, legeremus, *insepulta patris ossa*, quomodo coniiciebat Staverenus V. D. Mis-

cell. Observ. Vol. X. pag. 399. qui etiam tentabat *inulti p. o.* At omnino cum Dorv. 2. et 3. MSS. rescribendum *eique sepulti patris ossa* etc. Wopkens. — Pr. tert. quart. Leid. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *dimisit.* Pro *insepulti* Cl. Staverenus l. l. pag. 399. legit *insepulta*, coniectura adsecutus scripturam codicis Magliabequiani. Abr. Gronov. — Idem Staverenus ibid. coniecit legendum *inulti* (pro *insepulti*) i. e. inlaesi, nullo ludibrio, aut contumelia, qua in caesos imperatores saepe saeviunt victores, adfecti, sed omni honore post mortem ab Antigono condecorati. coll. Valer. Max. V. 1. Ext. 4. et Plutarchi pag. 405. sq. his verbis: (Antigonus) *τὴν μὲν κεφαλὴν καὶ τὸ σῶμα τοῦ Πύῤῥου κοσμήσας ἔκαυσεν.* Fr.

Insepulta patris ossa in patriam referenda tradidit. Compara, quaeso, rei eiusdem narrationem, factam a Valerio Maximo V. 1. Ext. Ex. 4. ubi Antigonus abscissum Pyrrhi caput corpori redditum honoratissime *cremandum* curasse traditur: nec dubitabis, credo, scribendum *sepulta*, quod mihi, ante inspectum Valerii locum, in mentem venerat. Mutatum illud a sciolo, qui τὸ *sepelire* de iustis quibuscunque cadaveri factis usurpatum priscis ignoraverit. Sed vid. Cuper. Obss. I. 7. Sic *sepulturum* de crematione, aliisque iustis funebribus ponit Iustinus XV. 2. 3. *Occidi eum tacite cum matre Barsine iubet, corporaque eorum* terra obrui, *ne caedes* sepultura *proderetur.* Quin et *sepulchrum* pro rogo invenias apud Terent. Andr. I. 1. et Tibull. I. 3. 8. ubi vid. Cl. Heynius, et Burmann. ad Lucan. III. 11. Unde *sepulcralem facem* apud Ovid. H. II. 120. exponam, *qua incensus antea rogus.* Neque alia est ratio τοῦ *humare.* Unde *inhumatus Tydeus*, qui crematus non est, Stat. Theb. IX. 299. ubi recte Scholiastes: *qui non meruit* (h. e. *accepit.* vid. praeter alios doctiss. A. V. Dorp. Obss. cap. 4. pag. 29.) *rogum.* ut *ἄθαπτος Πάτροκλος* est apud Homer. Il. XXII. 386. cf. Cuper. l. l. Cicero de Legg. II. 22. *Nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt. Nec tamen eorum ante sepulcrum est, quam iusta facta et corpus incensum est; et quod nunc communiter in omnibus sepultis penitus, humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret: eumque morem ius pontificale confirmat.* Vid. Ernest. Clav. in voc. cui obloqui nollem doctissimum Schellerum, in Compend. praecept. stil. b. Lat. pag. 75. et deinceps iisdem pene verbis P. III. 562. et 753. Licet enim nemo sanus contenderit, synonyma esse τὸ *humare* et *cremare*, an propterea negandum invaluisse usu,

quem penes arbitrium est et ius et norma loquendi,

ut *humare* de crematione diceretur? praesertim quum ante *humari* consueta fuerint cadavera, seu *humo condi*, quam *cremandi illa* mos increbresceret, atque adeo, mutata licet consuetudine, antiquum tamen verbum remanserit: cuius rei exempla plurima et ex Latina et ex linguis aliis facile possent proferri. Sed ipse, ni fallor, hoc concedit Schellerus. Cur igitur mutetur vulgata apud Nepotem Eum. 13. *Hi militari honesto funere, comitante toto exercitu*, humaverunt, *ossaque eius in Cappadociam ad matrem atque uxorem libe-*

rosque eius *deportanda curaverunt.* ubi Lambino adsensus Schellerus, contra librorum omnium fidem, *cremaverunt* supponit. Philosophemur in linguarum studio, non intercedo equidem, modo ne captemus argutias. NODELL.

3. COMPARANDUM PYRRHO. *Νομισθεὶς ἐμπειρίᾳ μὲν πολεμικῇ, καὶ χειρὶ, καὶ τόλμῃ πολὺ πρῶτος εἶναι τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων.* Plutarch. BONGARS.

4. UT CUM LYSIMACHO, DEMETRIO, ANTIGONO, TANTIS REGIBUS BELLA GERENS INVICTUS SEMPER FUERIT. MSS. mei, *bella gesserit:* quomodo cum habeant omnes veteres scripti codices Bongarsii, puto geminata eadem voce et syllaba reponendum: *ut cum cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gesserit, invictus semper fuerit.* MODIUS. — Antiquiores typis expressi, imo et MSS. tam Modiani, quam Bongarsiani pro *gerens* habent *gesserit.* Mirum igitur quod Bongarsius id mutavit. VORST.

6. QUI PATRIAM. Pronomen *qui* delendum puto, ut haec recte connectantur antecedentibus, *ut . . plerumque etiam victor extiterit.* WOPKENS.

ANGUSTUM IGNOBILEMQUE FAMA RERUM GESTARUM etc. Sec. Med. *angustam ignobilemque eam rerum g. f.* ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XXVI.

CAP. I.

2. PELOPONNESII. Et quidem, ut ex vetere huius libri Prologo apparet, Spartanorum rex Areas, cuius et supra XXIV. 1. 5. fit mentio, ab Antigono Corinthi interfectus est. VORST. — Sec. Med. et Leid. Magl. Periz. *Peloponenses*, nec aliter Magl. Periz. sec. Leid. supra IV. 4. 12. ABR. GRONOV.

3. VARIANTE HOMINUM PARTIM DOLORE, PARTIM GAUDIO. Forte, *variante homines.* ut Liv. XXVI. 1. *Variabant secundae adversaeque res non fortunam magis, quam animos hominum.* GRONOV. — Hoc *hominum* glossatoris, non Iustini esse videtur. Sermo enim est de civitatibus, ut patet ex sequentibus. SCHEFF. — *Variante hominum partim dolore, partim gaudio*, hoc est, cum homines varie affecti essent, ac partim dolerent, partim gauderent. Simili forma Livius XXXIV. 47. *Ita varia hinc atque illinc nunc victoria nunc fuga fuit.* i. e. Ita vario hinc atque illinc eventu dimicabatur, his illisve nunc vincentibus, nunc fugientibus. et lib. XXXV. 31. *Sub hanc vocem fremitus variantis multitudinis fuit, partim assensum, partim indignationem, dicere id ausum eum.* i. e. multitudinis, cuius varia erat sententia, quaeque partim assensum, partim indignationem de-

clarabat suam etc. Sallustius Catil. extremo: *Ita* varie *per omnem exercitum laetitia*, *moeror*, *luctus atque gaudia agitabantur*. ubi *varie agitari* idem est, quod *variare* apud Iustinum. Conferatur Tacitus Hist. II. 1. *Struebat iam fortuna .. initia causasque imperio*, *quod*, varia sorte, *laetum reip. aut atrox .. fuit*. i. e. cuius varia fuit sors, dum reip. aut laetum aut atrox erat. Sulp. Severus H. S. II. 15. *Exin*, vario *rerum* statu, *floruisse*, *concidisse*, *atque iterum malis emersisse*. Explicant, pro varietate imperii, sub quo degerent; sed sensus est, Exin varium illorum fuisse statum, ac floruisse ipsos, concidisse etc. Iam liquere credo, non opus esse cum Gronovio tentari *et variante homines partim* etc. vel uti ad Livium XXXV. 31. facit, *et variante animos partim* etc. Frustra autem Schefferus *hominum*, tamquam glossatoris commentum, eliminandum existimabat. Wopkens. — Avus ad Livium lib. XXXV. cap. 31. legit, *variante animos p.* ed. Rom. *variante varietate hominum p.* Abr. Gronov.

4. Epirorum quoque urbs ab Aristotimo. Quae est illa urbs, aut quis ita loquitur? Superiore libro Helenus Pyrrhi filius ab Antigono rege, qui Pyrrhum vicerat, cum parentis sui cadavere mittitur, ut regni haeres, haud dubie in Epirum. Vide num legendum *Epidauriorum*? Glarean. — Locus manifesto mendosus: nec Vett. auxilio sunt. Glareanus nescio quo auctore *Epidauriorum* legit. Ex Pausaniae Eliacis, et Plutarchi libello de virtutibus mulierum cap. 24. omnino legendum *Eliorum*. Bongars. — Ita sane magno consensu codices tam MSS. quam typis expressi. Sed monuit Bongarsius ex Pausaniae Eliacis et Plutarchi lib. de virtutibus mul. legendum esse *Eliorum*. Quod idem et Gronovius in lib. IV. Observ. verum esse iudicat. Vorst. — Vel pueri sciunt hunc *Aristotimum* Eleorum tyrannum fuisse: idque ex Plutarcho et Pausania; sed unde illud *Epirorum* pro Eleorum? MSS. autem habent, *Epirotorum*, alii *Epyrrorum*; impressi *Epirotarum*, alii *Epirorum*. Hoc dicam tantum, territorii Eliensis incolas, et urbis ipsius cives, dictos olim *Epios* seu *Epeos* fuisse. Itaque scripserit Iustinus, *Epiorum*. Res constat ex Homero, plus decem in locis, et ex Dionysio Halicarnasseo. Faber. — Praefero hanc emendationem aliorum. Vide Stephanum de Urbibus in Ἐπειός. Scheff.

5. Ex primoribus occisi. Ald. Iunt. *ex primoribus*, *qui forte ad eum confugerant*, *occisi*. Abr. Gronov.

7. Exspoliatae in carcerem. Medicei, pr. sec. quint. Leid. Thuan. Bodl. Coll. N. Periz. *spoliatae*. Magl. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *in carcere*. Abr. Gronov.

Direptis. Scribe, *abreptis*. *Diripere* enim notat spoliare, *abripere* vero detrahere. Gronov. — Pro *direptis* optime correxit Avus *abreptis*. Ita *abripi in cruciatum* dixit Terentius Andria IV. 5. 46.

Hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.

Abr. Gronov. — Sed *diripere* recte hic valet alias alio abstrahere. Hirtius Afric. cap. XXVI. *Animadvertebat . . . pecus diripi trucidarique*. Suetonius Aug. cap. XCVIII. *Permissa . . iocundi licen-*

tia, diripiendi*que pomorum et obsoniorum rerumque missilium*. Curtius V. 12. *Pecunia regis et supellex quasi iure belli* diripitur. Ovidius Trist. III. 10. 57.

Diffugiunt alii, nullisque tuentibus agros,
Incustoditae diripiuntur *opes.*

Sic Sallust. Iug. cap. XLI. aliique. WOPKENS.

8. AD TAM SAEVAM DOMINATIONEM STUPENTIBUS. Sic *stupere* cum praepos. *ad* construi solet. Ammianus XXXI. 3. *Eumque* stupentem ad *impetum primum . . coegerunt ad effugia properare montium.* Val. Flaccus IV. 711.

Tum freta, quae longis fuerant inpervia seclis,
Ad *subitam* stupuere *ratem.*

Calpurnius Ecloga VII. 38.

Cum mihi iam senior, lateri qui forte sinistro
Iunctus erat, quid te stupefactum, *rustice, dixit*
Ad *tantas mirarer opes, qui nescius auri*
Sordida tecta, casas, et sola mapalia nosti?

ubi vulgo male legitur *Tum mihi, dum senior* etc. et *ad tantas miraris opes. Iam senior*, ut ibid. vs. 44.

En ego iam *tremulus*, iam *vertice canus, et ista*
Factus in urbe senex, stupeo *tamen* omnia.

ubi *stupere* cum accus. sine praep. alibi occurrere docet Burmannus; unde nec male codices quidam, *Hunc tam saevam dominationem* etc. Iustinus tamen forsitan scripsit (ut quidem cum alio MS. tres Dorv. exhibent, nisi quod in 3. lineola vocibus *hac* et *dominatione* sit superposita) *Hac tamen saeva dominatione s. o.* ut lib. XVIII. 1. *Inusitata ante elephantorum* forma stupere *primo* etc. Ovidius Trist. I. El. 2. 32.

Ambiguis ars stupet *ipsa* malis.

i. e. in stuporem abripitur m. a. ubi nihil necesse fuit tentari a Burmanno *icta malis.* Saepius ita verba *stupere, obstupere, obstupefieri*, ablativo iunguntur, cui etiam aliquando praepositio *in* additur. WOPKENS. — Vide notam ad XXIV. 6. 8. ABR. GRONOV.

HELLANICUS. Ita Vett. et Pausanias, et Plutarchus, quos lege. vulgo *Helematus.* BONGARS.

SENEX ET LIBERIS ORBUS. A. Caesellius cum multa de temporibus Caesaris liberius loqueretur, amicique ne id faceret, monerent: *Duas res, quae hominibus amarissimae videntur, magnam sibi licentiam praebere* respondit, *senectutem et orbitatem.* Val. Max. VI. 2. 12. Ita Solon Pisistrato tyranno quaerenti, *qua tandem spe fretus, sibi tam audacter resisteret?* respondisse fertur, *senectute:* Cicero de Senect. cap. 20. *Suilius extrema senecta liber.* Tacit. Annal. XIII. 42. Adde Statium Thebaid. III. 214. iterumque Val. Max. III. 8. 5. Rationem reddit in Plutarchi Caesare cap. 21. Considius: *Nam quod superest vitae, quia parum est, haud magnam cautionem desiderat.* Quod ipsum de orbitate dici potest. BERNEC.

— MS. Franeq. cum aliis *orbus*, *et qui nec* etc. Dorv. 2. *Orbus, qui nec* etc. Mihi non displiceret *orbus*, *ut nec* etc. Wopkens.

Hellanicus senex et liberis orbus, ut qui nec aetatis nec pignoris respectu timeret. Ald. Iunt. *Hellanico*. Pr. tert. Leid. *et quia*. Iidem cum quart. quint. ed. Bongars. *pigneris*. Coll. N. ed. Rom. aliaeque, *pignorum*. Saresberiensis lib. VII. Policr. cap. 25. pag. 520. *Paschelius Iunius interrogatus*, *quid sibi tantam daret*, *quae vellet*, *dicendi licentiam? duo*, *respondit*, *quae homines horrent*, *senectutem et orbitatem*; *quid enim timeret senex orbus?* Abr. Gronov.

Pigneris. Sic edidi ex Vett. omnibus. Vide Priscian. lib. VI. Frequens est *o* in *e* mutatio. Inde *Apellinem* dicebant veteres pro *Apollinem*. Festus. et *amplocti* pro *amplecti* apud Sallustium, et a tegendo *toga* dicta, Prisc. lib. I. et a pendeo *pondus*. Inde quod in Vett. MSS. semper legitur *Ptolomaeus*, rectum arbitror: est enim Graecis *Πτολεμαῖος*. ut quae iis est *Κέρκυρα*, Latinis est *Corcyra;* et *Βερενίκη* est *Beronice*. *Pignus* autem hic vocat natos. Bongars. — Duobus filiis orbatum Hellanicum scribit Plutarchus de virtut. mulierum cap. 24. unde *pignerum* hic legi forte rectius sit. Adde notata ad Suet. Aug. 21. 4. Bernec. — *Pigneris* numero singulari, et per E literam, legi vult Bongarsius. Antiquiores typis expressi tamen habent *pignorum*. Et consentaneum huic est quod Plutarchus de virt. mul. cap. 24. scribit, Hellanicum duobus filiis orbatum esse. Vorst. — In veteribus legitur *pignorum*, quod Vorstius existimat consentaneum vero, quia Plutarchus scribit, Hellanicum orbatum liberis duobus. Ego praefero illud *pigneris*, quia puto poni hic indefinite, ac citra respectum ad ullum numerum. Sensus: non timebat, quia et senex erat ipse, nec filium habebat ullum, pro quo posset esse sollicitus, sive unum, sive plures prius habuisset. Scheff.

Contractos domum. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *convocatos domi*. Abr. Gronov.

9. Cunctantibus privato periculo publicum finire etc. Simile quid a Plutarcho refertur fine Pelopidae. Bernec. — Pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. Periz. *o. privato* (Periz. *private*) *publicum periculum finire*. Coll. N. *c. privato impendio publica pericula finire*. Saxo lib. VIII. pag. 146. 34. *publicam perniciem privato periculo redimere statuerunt*. Abr. Gronov.

Arcessitis servis iubet obserari etc. Lege, *arcessitos servos iubet obserare fores*, *tyrannoque nuntiare*. Gronov. — De ablativo illo absoluto *arcessitis servis*, vidimus ad lib. II. 4. 24. Wopkens. — In MS. quodam reperitur *observari*, quod praefero. Certe apud veteres, ut fit hodie, non exterius, sed intus ianuae obserabantur, nec tam cohibebantur eo constituti intra domum, quam excludebantur, qui foris adveniebant. Itaque haec obseratio supervacua hic fuerat. At observatio, id est custodia a tot servitiis, conveniens proposito. Estque hoc plane *observare*. Plauto quoque in Asinar. II. 2. 7. ubi ait: *Vae illi qui tam indiligenter observavit*

ianuam. quo loco viri docti simul notant, proprium hoc servitiorum munus apud veteres fuisse, quod egregie cum nostris convenit. SCHEFF. — Pr. Med. pr. sec. quint. Leid. Thuan. Periz. *observari*, quod Scheffero placebat: atque ita supra XIX. 3. 12. pr. Med. *observatisque foribus.* ABR. GRONOV.

COMPREHENDERET. Magl. Periz. *comprehenderent.* ABR. GRONOV.

SE, QUIA LIBERANDAE PATRIAE AUCTOR ESSE NON POSSIT. Iuntae: *se qui liberandae patriae auctor esse non possit, desertae ultorem fore.* GRAEV. — *Liberandae patriae* non repudio, praeferrem tamen *liberatae*, si qui MSS. lectionem eam firmarent. Iuntae habent: *se, qui liberandae patriae auctor esse non possit, desertae ultorem fore.* SCHEFF. — Coll. N. ed. Flor. Ald. Iunt. *se qui lib.* Pr. Med. sec. quint. Leid. *liberatae*, quomodo ex coniectura legit Schefferus. ABR. GRONOV.

10. TUNC ILLI ANCIPITI PERICULO CIRCUMVENTI. Saxo lib. II. pag. 21. et lib. XIV. pag. 323. f. *ancipiti periculo circumventi.* Idem lib. XVI. pag. 382. 39. *ancipiti malo circumventum se dixit.* ABR. GRONOV.

QUINTO POSTQUAM. Sex menses tyrannidem tenuisse refert Pausanias. BONGARS. — Quod in quinque MSS. *quam* pro *postquam* exstare significat A. Gronovius, illud etiam quatuor nostri repraesentant; deque isto usu particulae *quam* egerunt viri docti ad Sallust. Catil. cap. LVII. extr. ad Flor. II. 2. 7. aliique alibi. WOPKENS. — Ed. Flor. Ald. Iunt. *q. posteaquam.* Novem MSS. *quinto quam occup.* quod venustius est. Livius lib. IX. cap. 11. *quidquid pridie habuerunt, quam in colloquium est ventum, habeant.* et lib. XXXI. cap. 7. *sed quinto inde die, quam solverit naves, in Italiam perveniet.* Curtius lib. IV. cap. 4. *Tyrus septimo mense, quam oppugnari coepta erat, capta est.* Cornelius Nepos Aristide cap. 1. *sexto anno quam erat expulsus.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. GALLOGRAECIAE EXERCITUS. Insolens hoc et durius videtur. Mallem *Gallograecia*, ut sit pro *ex Gallograecia* per ellipsin praepositionis, quae et alias Nostro usitata. Sic enim et verbum sequens *affluxisset* convenientius se habere videtur. SCHEFF. — Lege: *Gallograecus exercitus.* quia nulla Gallograecia in Europa, neque Galli regressi sunt ex Asia ad bellum Antigono inferendum vel cladem sociorum ulciscendam. Videntur autem Galli ab Antigono victi, uti constat ex lib. XXV. cap. 1. qui in Graecia et Macedonia remanserant, pace facta imperium eius coacti fuisse accipere. Nam alio mox bello orto illos apud Megara delevit, et defectores appellavit auctor prologi. CUPERUS (Observatt. IV. 11.) — Coll. N. *Gallograecorum.* Schefferus malebat *Gallograeciâ*, idemque dant Thuan. quart. Leid. ABR. GRONOV.

2. ET IPSI SE PRAELIO PARARENT. Antiquiores typis expressi

praelia pararent. Si *praelio* legatur, est illud pro *ad praelium* quomodo Virgilius I. Aen. dicit *paratus neci.* VORST. — Antiquiores editi, teste Vorstio, *cum et ipsi praelio pararent.* Sed alterum non movendum. Sallust. Fragm. lib. I. 20. *Neque se recipere, aut instruere* praelio *quivere.* et lib. II. 2. *Antequam regressurus Sertorius instrueret* pugnae *suos.* Dares Phrygius de Excidio Troiae cap. III. *Telamon promisit* omnibus *se paratum, quae Hercules vellet.* Livius I. 1. *Animum vel* bello *vel paci paratum.* S. Severus Dial. II. 11. *In illa acie, quae armata* praelio *parabatur.* Sic enim ibi lego. WOPKENS. — Thuan. *se bello.* ABR. GRONOV.

A PARRICIDIO. MSS. omnes Bongarsiani praepositionem hic omittunt, quod quia fit et alibi apud Nostrum, etiam hic puto omittendam. SCHEFF. — Sic etiam nostri codices, neque erat cur praepositionem, ex auctoritate MStorum aliorum, abesse mallet Schefferus, quam rursum addidit Noster lib. XXVII. 1. *Auspicia regni* a *parricidio coepit.* ubi tamen a Dorv. 2. et 3. omissa est. WOPKENS.

3. AETATI, CUI ETIAM etc. Ita fere supra XVIII. 6. 12. et Liv. XXIV. 26. 9. Humaniter ergo Pausanias Spartanorum princeps, cum Attaginus urbe Thebis profugisset, qui dedi debebat, *eius liberos ad se adductos culpa absolvit, negans pueros factionis Medicae esse participes.* inquit Herod. IX. 87. *Num quis irascitur pueris, quorum aetas nondum novit rerum discrimina?* Seneca de Ira II. 9. BERNEC.

INTERNECIVUM. Duobus praeterea locis vocem hanc huic auctori restitui, quae et hic et VI. 6. 2. et XI. 9. 4. varie corrupta erat. Alii *internecinum* scribunt; sed Festus *internecivum* dicit, et ita plerisque Amm. Marcellini locis editum est. BONGARS. — *Bellumque internecinum* pr. Med. sec. quart. quint. Leid. ABR. GRONOV.

4. SICUT ERANT CRUENTI EX RECENTI SUORUM CAEDE. Curtius VIII. 2. *Corpus sicut erat adhuc cruentum, iussit inferri.* et cap. 3. *Eodem comitante, sicut erat cruenta veste, in Macedoniam castra ponit.* Suetonius Othone cap. VIII. *Nonnullis occisis, sicut erant cruenti, ubinam imperator esset requirentes, perruperunt in triclinium usque.* WOPKENS. — Ita supra XIV. 4. 4. *Prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit.* ABR. GRONOV.

5. OBVERSANTIBUSQUE ANTE OCULOS MANIBUS INTEREMTORUM. Saxo lib. I. pag. 18. f. *Hadingo defunctae coniugis species per quietem obversata.* ABR. GRONOV.

6. IN EXITIUM PARRICIDARUM. Iuntae: *in excidium parricidarum.* GRAEV. — Magl. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *in excidium p.* ABR. GRONOV.

8. BELLUM ATHENIENSIBUS INFERT. Eius meminit Pausanias in Atticis. BONGARS. — In MSS. legebatur, *belli bellum Atheniensibus infert.* Unde suspicor Iustinum scripsisse, *recenti adhuc ex priori victoria militum ardore bellandi, bellum Atheniensibus refert.* VOSS.

10. TRANSITIONE MILITUM DESTITUTUS. *Transfugiis nudatus,* inquit Tacit. II. 46. BERNEC.

11. Reparato exercitu. Ed. Rom. *parato*. Periz. MSS. Bongars. *patrato*. Abr. Gronov.

A parricidio incipientes. Praepositio abest a MSS. Bongars. Bodl. Coll. C. C. Abr. Gronov.

CAP. III.

1. Ad Acarnanas confugisset. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *ad Arcadas*. Abr. Gronov.

2. Agas. Hic Pausaniae est *Magas*. Bongars. — Atque ita legendum hoc loco, pridem monuit Paul. Leopardus Emendation. XVII. 10. Bernec. — *Magam* quoque vocant Polyaenus et Athenaeus. Voss. — Optime Bongarsius, *Magas*. De illo aliquid nuper, debui certe, ad Aristippi versionem Gallicam ex Diogene Laërtio. Liber editus Lutetiae est. Faber. — Editur vulgo *Agas*. Sed verum nomen regis fuisse *Magas*, Leopardus Emend. XVII. 10. et Vossius in Notis ad hunc locum, ex Pausania, Polyaeno et Athenaeo docuerunt. Prima litera nominis occasione proxime praecedentis M exeidit: qualia sphalmata librariis perfamiliaria fuere. Vorst. — Recte Vorstius *Magas*, secutus Vossium, qui sic ex Pausania, Polyaeno et Athenaeo emendaverat. Scheff. — Coll. N. *Magius* pro *Magas*, quomodo ex scriptoribus Graecis legendum monuit Leopardus. Abr. Gronov.

Beronicen . . ad finienda etc. Fere sollemne, principum discordias sopiri, interveniente affinitate. Quomodo Augustus *reconciliatus post primam discordiam Antonio, postulantibus utriusque militibus, ut et necessitudine aliqua iungerentur, privignam eius Claudiam duxit uxorem*. Sueton. Aug. cap. 62. Bernec. — Ald. Iunt. hoc loco et XXVII. 1. 2. *Berenicen*, atque ita infra §. 7. sed XXVII. 1. 4. *Berenice*. Eaedem tamen infra XXXVI. 4. 1. dant *Beronicen*. Inscriptiones: ΒΕΡΕΝΙΚΗ. Abr. Gronov.

Filio eius etc. Lege ex MS. *Filio eius, qui vocatus est Callinicus*. Gronov. — Tert. Leid. *filio eius, qui vocatus est Gallinicus, desp.* Abr. Gronov.

3. Sed post mortem regis, mater virginis Arsinoe. Periz. *sed p. m. regis, uxor eius Arsinoe*. Abr. Gronov.

A Macedonia arcesserent. Periz. nescit praepositionem. Ald. Iunt. *accersirent*. Vide ad XVIII. 2. 4. Abr. Gronov.

4. Fiducia pulchritudinis. Propertius III. 23. 1.

Falsa est ista tuae, mulier, fiducia formae,
Olim oculis nimium facta superba meis.

Aristaenetus I. epist. 1. *Φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον. Natura forma superbior esse amat.* Bernec.

Studiumque placendi a virgine in matrem contulerat. Ammianus lib. XV. cap. 2. *omni placendi studio in adulationem ex more collato*. Saxo in suo Iustini codice videtur legisse, *transtulerat*. Ita enim ille lib. IV, pag. 58. 10. *Hortatus itaque placendi*

studium in se transferat. et lib. XIV. pag. 270. 17. *aut ab iis saltem ad propinquos placendi studium transferat. Studium placendi* etiam dixit Hegesippus lib. I. cap. 31. init. *cum regi studio placendi inniterentur.* ABR. GRONOV.

6. COMPARANTUR. MS. Voss. *componuntur.* quomodo supra I. 8. *compositis in montibus insidiis.* GRONOV. — Non permutaverim hoc lectione ista MSti Vossii *componuntur;* queniam, dativo personae addito, usitatius est alterum verbum. Cicero pro Cluentio cap. XVI. *Itaque tum sic statuit per C. Fabricium . . insidias Avito* comparare. Curtius VI. 9. *Qui . . in Macedonia capiti meo impias* comparavit insidias. et lib. IX. 7. *Huic Bicon quidam . .* comparavit insidias. WOPKENS.

7. UT MATRI PARCERETUR. Ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *parcerent.* ABR. GRONOV.

8. ET STUPRA MATRIS . . . PATRIS SECUTA. Periz. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *et stuprum.* Flor. Ald. Iunt. *subsecuta.* ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XXVII.

CAP. I.

1. MORTUO. Nempe dolo coniugis. Is enim est, de quo Plinius VII. 12. m. et Val. IX. 14. Ext. 1. Hieronym. ad cap. XI. Daniel. BERNEC.

REGE ANTIOCHO. Is Θεὸς dicebatur. Appianus Συριακῇ, qui eum ab uxore Laudice interfectum scribit, quod doleret sibi adiunctam Berenicem, vel, ut est in nostris MSS., *Beronicem.* BONGARS.

SELEUCUS. Cognomento *Callinicus*, hoc est, egregius victor. quod cognomentum et Herculi tribuit cum Luciano Plutarchus, et Martyribus Zonaras. Nepos hic fuit Seleuci Nicanoris, de quo auctor XV. 4. 1. et alibi. BERNEC.

HORTANTE MATRE. Appianus Syriac. pag. 130. f. ipsi matri haec tribuit. An haec idem valent, et quae iubeas, ipse fecisse putandus es? quomodo Tacitus Annal. I. 6. Agrippam a tribuno confectum scribit, quem Suetonius Tib. cap. 22. a centurione, scilicet iussu tribuni. BERNEC.

PROHIBERE DEBUERAT. MS. Coll. N. ed. Ven. et quinque aliae, *inhibere.* ABR. GRONOV.

AUSPICIA REGNI A PARRICIDIO COEPIT. Supra XXVI. 2. 2. *auspicia belli a parricidio incipientes.* VORST.

2. BERONICEN NOVERCAM SUAM. Scribendum cum Iuntis *Berenicen.* Graecis Βερενίκη. GRAEV. — Editio Iuntina teste Graevio

Berenicen, plane convenienter Graeco *Βερενίκῃ*. Sed contendit tamen Bongarsius in notis ad XXVI. 1. 8. *Βερενίκην* Latinis esse *Beronicen*. VORST.

3. MACULAM SUBIIT. Cic. III. de Offic. 13. *Vitiorum subire nomina.* et XI. ad Attic. Ep. 17. *odium subire.* Plin. III. Ep. 9. *offensam subire.* GRONOV.

ET PTOLEMAEI BELLO SE IMPLICUIT. Pr. Med. Magl. quatuor Leid. Bodl. Periz. *et Pt. se bello i.* ut cap. 3. h. l. 3. *imperio se eius restituunt.* ABR. GRONOV.

4. DAPHNAE. Daphne Stephano est *προαστεῖον τῆς ἔω Ἀντιοχείας μητροπόλεως.* Strabo lib. XVI. oppidum mediocre dicit esse. BONGARS. — Situm eius et formam tradit Sozomenus V. 1. BERNEC. — *Daphne* suburbanum fuit Antiochiae, quae et *Epidaphnes* inde dicitur. Nomen sine dubio inditum fuit a Seleuco Nicanore. De hoc enim supra XV. 4. 8. scribit Noster, quod campos vicinos Antiochiae Apollini dicaverit. Huic autem, ut notum, adamata Daphne fuit. VORST.

5. CASUM TAM INDIGNAE etc. Scribe, *casum tam indignum fortunae. Casus* enim tanquam effectus fortunae ponitur. Livius XXX. 30. *Hoc ludibrium casus edidit fortuna.* Caesar VI. Bell. Gall. 35. *Quantum in bello fortuna possit, et quantos afferat casus, cognosci potuit.* Vide Florum II. 8. GRONOV. — Quia *casus* saepe tanquam effectus fortunae ponitur, Gronovius scribi iubet *c. t. indignum fortunae.* Sed non deserenda est omnium librorum scriptura, quum *fortuna* ita saepe quoque pro casu, eventu, statu, conditione, a fortuna data, usurpetur. Sic Tacitus Annal. XV. 34. *Atque ipsam recentis casus* fortunam *celebrans* etc. cum scribere etiam potuisset *recentem fortunae casum.* Perque perissologiam, qualem lib. XXII. 4. 3. et saepius alibi apud Nostrum observavimus, *casum fortunae miserari* hic dicitur, quod *fortunam miserari.* lib. XXVIII. 4. 12. Sic lib. XVIII. 6. *Cuius . . status variis* discordiarum casibus *agitatus est.* quod idem fere, quod variis discordiis. lib. XXIII. 3. *Admirabilis utriusque* rei casus *in exemplum fuit.* Livius IV. 27. *Rem in* casus *ancipitis* eventum *committunt.* i. e. in casum ancipitem. Adde quae infra ad lib. XLI. 1. 9. et ad ista Sulp. Severi Epist. I. 7. *Ut ex his . . erudiretur naufragiorum . . casibus.* WOPKENS.

7. CUM VI EXPUGNARI NON POSSET. Ed. Rom. *cum per vim e. non p.* ABR. GRONOV.

8. QUAM DEFENSURI ERANT. Pr. Med. Magl. MSS. Bongars. *quam def. fuerant.* ABR. GRONOV.

10. PARRICIDIALE. Sic omnes, quantum sciam, libri, non *parricidale*, quomodo viri docti rescribendum putant ad Flor. III. 21. initio. Est autem quaedam in hac voce librorum variatio lib. XXXVII. 1. 4. et lib. XXXIX. 3. 1. quamvis pro *parricidialis* plerique illorum stare videantur. Sic *parricidialem libidinem* dixit Tertullian. de Pudic. cap. XIV. *Parricidiales conatus* S. Severus H. S. I. 38. et

Lampridius aliique hac voce usi sunt. Scilicet ut tam *convivialis* quam *convivalis* Latine dicitur (observante ad Ovid. Metam. V. 3. Nic. Heinsio) sic aeque *parricidialis* ac *parricidalis* dixisse Latinos vix dubito. Et quemadmodum a *convivium*, *convivialis*, ab *imperium*, *imperialis*, ab *artificium*, *artificialis* venit, sic a *parricidium* descendere potuit *parricidialis*. WOPKENS.

INDIGNE PEREMTAE. MS. Coll. N. *indigne interemptae*. ABR. GRONOV.

CAP. II.

2. NEC QUIDQUAM . . RESIDUOS FORTUNA FECIT. Dorv. 2. *Nec quidquam . . residuum fortuna fecit.* Atque hoc quidem analogia postulat, sed alteram rationem adscivit usus. Ovidius Trist. I. 2. 1.

Quid *enim nisi vota* supersunt?

pro *superest*. Lactantius Epit. cap. XLVII. *In sepulcro autem* nihil *nisi exuviae corporis* sunt repertae. pro *repertum est*. Quinctilianus Decl. XII. 17. *Nihil enim gravius*, *quam destitutae spes* torquent. i. e. torquet. Adde quae de hoc syllepseos genere ad lib. XIII. 8. 2. et lib. XLIV. 3. 4. WOPKENS. — Coll. N. *residuum*, quam lectionem coniectura adsecutus fuit Cl. Iensius. Ald. Iunt. *residui*. Livius lib. XXVIII. cap. 25. *nihil reliqui habebant praeter non tutissimum a malis consiliis receptum*. Pacatus Paneg. cap. 28. *ut nihil cuiquam reliqui faceret*. Paullo post idem MS. *satisfactum ei esset*. ABR. GRONOV.

3. IN NAUFRAGII MISERICORDIAM etc. Cicero pro L. Manil. cap. 9. *Sic fieri solet*, inquit, *ut regum afflictae fortunae facile multorum opes alliciant*. Val. Max. V. 3. 3. *Etiam quos iniuriae invisos faciunt*, *gratiosos miseriae reddunt*. Nam, ut inquit Seneca de Clem. II. 5. *Misericordia non causam*, *sed fortunam spectat*. Adde Livium XLII. 63. 3. Tacitum XV. 44. 10. et Hist. II. 10. 6. Sueton. Caes. 12. 1. Florum III. 21. 17. Aeschylum Supplic. vs. 497. Flaccum Argon. VI. vs. 74. BERNEC. — Lego *naufragi*, id est, qui naufragium passus fuerat. FABER. — Puto, Iustinum *naufragi* scripsisse. Nam vulgatum durius est. SCHEFF. — Schefferus ac Faber legebant in *naufragi misericordiam*, quod Dorv. 1. agnoscit. Sed altera ratio congruit cum his lib. XVII. 3. *Ibi eum*, *seu* misericordia fortunae *eius*, *seu infantilibus blandimentis inductus* etc. lib. XLII. 2. *Quam repudiatam* miseratione exilii *rursum receperat*. Dictys Cret. I. 1. *Atreus* miseratione aetatis *secum eos habuerat*. i. e. eorum propter aetatem misertus. Talia sunt *odium arrogantiae* supra lib. XIII. 8. 2. *Admiratio virtutis* lib. XXIV. 4. 4. *Metus virtutis*, *verecundia dignitatis*, lib. XXXII. 1. 6. et 9. *Contemtus arrogantiae*, lib. XXXVI. 1. 1. *Contemtus urbis incensae*, Flori lib. I. 14. *Veneratio rerum gestarum*, Aur. Victor. V. Illust. cap. LXXVIII. *Amor meriti*, Lactantii I. 15. 4. ubi minus recte ceperunt hoc interpretes, ut alibi vidimus. WOPKENS.

4. Damnis ditior. Ita *Marius clade maior.* Flor. III. 21. 16. De Mithridate similia Noster infra XXXVII. 1. 8. Bernec. — Ovidius Epist. IX. 95.

Quaeque redundabat fecundo vulnere serpens
Fertilis, et damnis dives *ab ipsa suis.*

quem locum acceptum refero Doctiss. Reitzio in Ambiguis pag. 138. Wpkens.

5. Quasi ad ludibrium tantum fortunae natus esset. Saxo lib. XIII. pag. 247. 1. *tanquam ad ludibrium fortunae reservatus.* Abr. Gronov.

Post naufragium comitatior. Idem lib. VII. pag. 143. 5. *quo inferos comitatior peteret.* lib. XIV. pag. 314. 39. *cum Erlingus uno comitatior adfuisset.* et paullo post: *condicto comitatior.* Abr. Gronov.

6. Litteras facit. Magl. ed. Ven. et quinque aliae, *lit. fecit.* Abr. Gronov.

Inter fines Tauri montis. Omnes Bongarsiani MSS. habent *finem*, neque video quare debeat repudiari, cum de uno Tauro monte hic sit sermo. Tacit. XVI. Ann. 15. *Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat.* Adde Livii loca a Rhenano ibi laudata. Scheff. — Pr. Med. Magl. Leidenses, Thuan. Bodl. Coll. C. C. *intra finem.* Reg. Cantab. Periz. Coll. N. ed. Rom. *inter finem*, probante Scheffero. Ald. Iunt. *intra fines:* idemque ex MSS. reponi iubebat Bongarsius in V. L. Abr. Gronov.

8. Accipitris ritu in alienis eripiendis vitam etc. Corruptae voces integro sensu. Quid est enim *accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectari?* nisi hoc pro sustentare, tolerare, positum sit. Forte legi posset, *ritum alienis erip. sectari*, ut *vitam* omittatur. Freinsh. — *Accipitris ritu* dictum, *ut pecudum ritu* ab ipso Cicerone in Laelio. *In alienis eripiendis* dictum plene pro eo quod usitatius, *alienis eripiendis;* et hoc porro pro *aliena eripiendo:* ut *legendis nostris* a Cicerone I. Off. pro *legendo nostra.* Porro *vitam sectari* Gronov. esse putat pro victum sectari: quomodo Ennius dicat, *Nautisque mari quaerentibus vitam;* et Plautus Sticho de mustela quae murem cepit, *Ut illa vitam hodie repperit sibi.* Et imposita voci significatio exemplo Graecae *βίος*, quae utrumque, et vitam et victum, significat. Vide librum de Pec. Vet. pag. 230. Freinshemius *sectari vitam* dictum putat pro tolerare vitam; atque ita vulgarem significationem vocis hic retinet. Sed XI. 15. tamen *vitam* de victu ipse quoque Freinshemius accipit; ut ex Indice apparet. Vorst. — Alii aliter de hoc loco iudicant. Mihi videtur illud *ritu* glossatoris esse, natum forte ex sequenti *vitam*, quod tanquam longius distans aliquis hic adscripserat. *Sectari vitam hominis* vel *hieracis* puto eleganter dici, pro tali modo vivere. Quomodo apud Pacatum habemus, *sectam vitae principis* cap. 12. *Sed qui vitae tuae sectam cognoverit, fidei incunctanter accedat.* Scheff. — Eleganter Schefferus expungit vocem *ritu*, ut *accipitris vitam sectari* dicat Iustinus, quemadmodum

Lactantius III. 10. extr. Quam *qui non suscipit, ipse se prosternit in terram, et* vitam pecudum secutus, *humanitate se abdicat.* Sed cum nihil varient hic libri, cum Gronovio *vitam sectari* hic dici puto pro victum vel facultates quaerere; de qua huius nominis notione videatur inter alios Vechnerus Hellen. II. 5. Wopkens.

Vitam sectaretur. Tert. Leid. *sequeretur.* Abr. Gronov.

9. Interea Ptolemaeus. Codices quidam MSS. teste Bongarsio additum habent *Euergetes:* idque recte, iudicio Gronovii lib. IV. Observ. 10. id enim seriem Aegypti Syriaeque regum et temporum demonstrare. Vorst.

Venire cognovisset. Pr. Med. *cognoscet*, pro *cognosset.* Abr. Gronov.

Ne cum duobus uno tempore etc. Vide Notam ad VI. 1. 2. Bernec.

10. Interpellatur a fratre. Belli inter Seleucum Callinicum et Antiochum Hieracem meminit Strabo lib. XVI. Bongars.

Pro fratre hostem imploratus exhibuit. Eleganter abest *se*, quod Dorv. 2. cum ed. vetere infarcit ante *imploratus.* Lib. VIII. 4. *Orant ut professum adversus Phocenses* ducem exhibeat. ubi Iunt. ed. *se adversus.* Hegesippus I. 25. *Qui si inoffensus maneret*, civem praestaret, *si commoveretur*, tyrannum exhiberet. Suetonius Vitellio cap. XVII. *Alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigae, cum auriganti Caio* ministratorem exhiberet. in Tiberio cap. XXXIII. *Paulatim* principem exseruit praestititque. Similiter *ultorem polliceri, promittere,* Virgil. Aen. II. 96. et Hegesipp. I. 28. *Feminam mentiri, philosophum fingere,* Apulei. Metam. XI. pag. 244. *Victorem agere*, supra lib. I. 6. 16. ubi vide notata. Sic *rex, dictator, pater* etc. pro regis, dictatoris, patris persona vel natura vel officio. Vide G. Cuperum Observ. 1. 8. extrem. et commentatores Ovidii Metam. VI. 629. Wopkens.

11. In ipsum Antiochum etc. Cato lib. IV. Origin. citante Agellio V. 21. *Milites mercenarii compluries in imperatorem impetum fecere:* atque ita factum, quod e Vespis Aristophanis inter proverbia refertur, ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον. *Pedamentum vitem decepit.* Bene Livius XXV. 33. 5. *Non ita credendum externis auxiliis* monet, *ut non plus tui roboris tuarumque propriis virium in castris habeas.* Quod ipsum inculcat Vegetius III. 1. fin. Imp. Leo Tactic. XX. 62. De Gallis auxiliaribus cum Annibale conspirantibus et Romanos prodentibus vide Polybium III. 66. et 67. Adde Livium XLII. 31. 8. et XLIV. 26. 13. Nostrum IV. 3. 5. ibique notam. Bernec. — Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *vertunt* pro *vertere.* Abr. Gronov.

CAP. III.

1. Interea rex Bithyniae Eumenes. Regum Bithyniae originem et successionem lege Strabonis lib. XIII. Bongars. — Grono-

vius legit, *rex Bithyniae Nicomedes*. GRAEV. — Gronovius ut supra XVII. 2. 10. pro *Eumeni* legendum putat *Nicomedi*, ita et hic teste Graevio pro *Eumenes* supponendum *Nicomedes* existimat. Ego tamen, si quid erratum hic sit, non a librariis, sed ab ipso auctore illud factum putem. *Eumenis* enim nomen non semel, sed ter in hoc cap. apparet. VORST. — Graviter hic hallucinatus est Iustinus, nec potest emendatione iuvari, ut et Vorstius vidit, et pluribus adstruit eruditissimus et amicissimus Perizonius in Animadv. Historicis cap. 11. ubi ostendit nullum Eumenem fuisse inter Bithyniae reges: Nicomedem vero nunquam cum Gallis pugnasse, sed contra, ipso adiuvante, Gallos in Asiam primum pervenisse, et arctissimam cum eo societatem et amicitiam iniisse, et perpetuo deinceps servasse: nec illum aequalem fuisse Seleuco Callinico, et Antiocho Hieraci, de quibus hic agat Iustinus, sed illorum avo Antiocho Soteri. Bithyniae regem tum fuisse Zielam Nicomedis F. ut non solum ex temporum ratione, sed et prologis librorum Trogi pateat. Nam in huius libri prologo legi ex emendatione Valesii: *Utque Galli Pergamo victi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint*. Gallos itaque non caesos esse a rege Bithyniae, sed ab Attalo Pergami dynasta, de quo Livius quoque XXXVIII. 10. Plurifariam igitur peccare Iustinum, dum pro *Attalo*, *Eumenem* decessorem illius nominat; deinde cum *Bithyniae regem* et *Bithynum* dicit, cum Pergami dynastam deberet dicere. GRAEV.

BELLO INTESTINAE DISCORDIAE. Saxo lib. XI. pag. 213. 43. *ne regnum domesticae atque intestinae discordiae bello corrumpat*. ABR. GRONOV.

VACANTEM ASIAE POSSESSIONEM INVASURUS. Confer locum Saxonis lib. XIV. laudatum supra XI. 14. 6. ABR. GRON.

VICTOREM ANTIOCHUM etc. Ita fieri amat: et hoc ipso argumento dictator Albanus Tullo Rom. regi praelium dissuadens, *Memor esto*, inquit, *iam cum signum pugnae dabis*, *has duas acies spectaculo fore*, *ut fessos confectosque simul victorem ac victum Etrusci* (vicini potentes) *aggrediantur*. Hinc praesagium Sallustii de excidio Imperii Romani (an aptandum huic nostro seculo?) in Orat. I. ad Caes. *Ego sic existumo: quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanae fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos: ita defessos et exsangues regi aut nationi praedae futuros*. Adde XXXIX. 5. 5. BERNEC.

2. NEC DIFFICILE SAUCIOS . . SUPERAT. Orosius lib. III. cap. 1. *Agesilaus Thebanos adgreditur*, *nec difficile superat*. ABR. GRONOV.

3. UTI QUISQUE FORTIOR FUISSET. Pr. Med. *ut quisque*. pr. Leid. *utique quisque*. Ald. Iunt. *et uti q. f. f.* ABR. GRONOV.

4. SUB SPECIE SORORIAE ULTIONIS. Quomodo et Mithridates infra XXXVIII. 1. 3. Vide Notam ad IV. 3. 5. BERNEC.

5. HINC BITHYNUS EUMENES. MSS. Bongarsiani habent *Bithynius*, cui adstipulantur veteres editi. Sed vulgata lectio retinenda. Stephanus in *Βιθυνία· τὸ ἐθνικὸν, Βιθυνός*. Iuvenalis Sat. VII.

Equitesque Bithyni. Horat. I. Carm. Od. 3. *carina Bithyna.* Pro *Eumenes* Gronovius vult *Nicomedes* et exigit historiae fides. At Vorstius hunc lapsum putat Iustini, non librarii. Scheff.

Humiliorum semper mercenaria manus. Nihili est lectio vulgata. Nec enim humiliorum, sed superiorum mercenaria manus semper erant Galli, nunc horum, nunc illorum prosperam fortunam sequuti. Satis id indicant verba postrema capitis praecedentis. Itaque legendum arbitror: *Horum omnium semper mercenaria manus.* Boxhorn. — Gallos mercenariam humiliorum manum vocat, quod mercede humiliores contra potentiores adiuvabant; quemadmodum Antiocho primum contra Seleucum, deinde contra Eumenem, quum hi copiis praevalerent, opem tulisse hic traduntur. Confer lib. XXV. 2. 9. Non igitur nihili vulgata lectio videri Boxhornio debuit, nec cum illo rescribi opus est, *horum omnium semper mercenaria manus.* Wopkens.

Inde Galli, humiliorum semper mercenaria manus. Tertiam vocem nesciunt Flor. Paris. Ald. Iunt. *humillimorum* Rom. *humiliore s. m. manu* pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. Periz. Male. Abr. Gron.

Cum interea nemo. Particulam *cum* nesciunt Ald. Iunt. Abr. Gronov.

7. Ad socerum suum Artamenem. MS. habebat, *Arimenem.* Puto, verum esse *Ariamenem.* Nam Diodori epitome habet Ἀριάμνης. Huius Antiochi sororem Stratonicen, uxorem duxerat Ariarathes, filius Ariamenis. Socerum itaque eius laxius vocat Iustinus. Voss. — In editione Amstel. 1669. vitiata fuit Is. Vossii ad h. l. adnotatio, ac male legitur *Stratonicen uxorem duxerat Ariamenes*, cum in sua editione recte scripserit vir ille doctus *Stratonicen uxorem duxerat Ariarathes, filius Ariamenis.* Ad typographos igitur transferendus est error, quem Vossio tribuebat Masvicius ad Polyaen. Strat. IV. 17. *Ariamenem* autem recte habet Dorv. 2. pro vulgato *Artamenem.* Quod porro *pervehitur* scribebat Faber, exstat in ed. vetere. Sed promiscuus saepe horum verborum usus penes Latinos fuisse videtur, et *provehi* dici pro provehendo pervenire. Wopkens. — Tert. Leid. *Ariamenen*, Coll. N. *Ariamenem*, quomodo scriptum in melioribus MSS. Prologi h. l. Abr. Gronov.

Provehitur. Scribo, *pervehitur.* Faber. — Pr. tert. quart. quint. Leid. Bodl. Periz. Ald. Iunt. Bongars. *pervehitur*, quomodo ex coniectura legit Faber. Abr. Gronov.

8. Benigne exceptus esset. Coll. N. ed. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *susceptus:* ut infra XXVIII. 4. 10. *a quo honorifice susceptus.* Ita eaedem edd. idemque MS. cum Periz. at reliqui MSS. dant *exceptus.* Abr. Gronov.

Salutem fuga quaesivit. Saxo lib. XVI. pag. 383. 13. *celeritate pedum salutem quaesiturus.* Abr. Gronov.

10. Sed Ptolemaeus non tam ei deditus, quam hostis factus. Vide, num potius *non tam amicus ei dedito* sit legendum, in dandi casu. Glarean.

Sed Ptolemaeus non amici debito quam hostis factus. Ea est bonorum librorum scriptura, ex qua legendum arbitror, *non amicus dedito quam hostis factus*, id est, non tam amicus etc. Similes locutiones notavi supra ad VI. 1. 4. Bongars. — Quaedam etiam ad XII. 8. 14. Bernec. — Doctissimus Gronovius, in Observationibus suis, ita hunc locum emendabat: *non tam amicus dedito, quam hostis fratri.* quod quidam codices praeferrent: *non tam amicus ei deditus.* Verum, nisi me animus fallit, omnino pro *factus* scribendum *functus;* hoc modo: *Ptolemaeus non amici debito, quam hostis functus* etc. Subintelligitur vero *τὸ tam.* Certo certior haec coniectura. Voss. — Haec sunt contaminatissima, ut recte viderunt viri docti. Sed in Iuntae editione optime legitur: *Non amicior dedito quam hosti factus.* Quo nihil est verius. Graev.

Non amicior dedito, quam hosti factus. Antea quidem in impressis ita legebatur: *non amici debito quam hostis factus.* quae lectio corruptissima est, et a nemine potest intelligi. Doctus autem ille Gronovius, qui id facile animadverteret, emendavit, ut est apud Is. Vossium, *non tam amicus dedito, quam hostis fratri;* quod optimum est: sed editio Iuntarum, quam nos quasi ducem hic secuti sumus, longe melius id praestabit quam coniectura et certius; quod Graevii diligentiae referri acceptum debet, qui in Notis suis hoc monuit. Faber. — Ita hunc locum legendum esse ex editione Iuntina docuit Graevius, cum viri docti varias super eo coniecturas prodidissent, quas recensere nihil attinet. *Deditus* est pro eo qui dedidit se, ut supra XXV. 5. 2. Et vult auctor Ptolemaeum non amiciorem factum fuisse Antiocho, cum is se dedidit, quam cum hostis fuit. Vorst. — Hoc ex Iuntina Vorstius volente Graevio recepit in textum. Ante legebatur: *non amici debito, quam hostis.* de quo varia viri docti. Scheff. — Cum hac Iuntina scriptura concordat Dorv. 1. nisi quod ante *amicior* cum 2. et 3. aliisque MSS. *tam* exhibet. Scripserat nempe, ut mihi quidem videtur, Noster, *non iam amicior*, sicuti *tam* pro *iam* a librariis per errorem scriptum vidimus in Praef. Solet autem *iam* ita voculae *non* iunctum tantum non vacare, ut lib. XXV. 3. *Cum septem comitibus fugiens* non iam *reciperandi regni spem, sed salutis latebras . . captat.* Vide lib. XI. 6. 15. et 15. 12. Cicero pro Deiot. cap. III. *Per dextram te istam oro . . non iam in bellis et in praeliis, quam in promissis et fide firmiorem.* ubi male nunc legitur *non tam.* Lactantius V. 21. *Perciti enim caeco et irrationabili furore . . non* iam *ipsi homines persequuntur . . sed illi spiritus* etc. Ita locum depravatum, partim MStis ducibus, restituendum existimo. Adde quae ad Min. Felic. cap. XII. quaeque in Tursellini lib. de Partic. doctiss. Schwartzius. Wopkens.

Servari eum artissima custodia iubet. Pr. Med. quatuor Leid. *adservari.* Saxo lib. XIV. pag. 247. 50. *Ericus ambos arctissima apud castrum Slesvicense custodia adservari praecepit.* Abr. Gronov.

11. Familiarius. Familiaritate scil. illa turpi, nec dicenda. Similis verborum *consuevisse* et *solere* notio est. Bernec.

12. Finitur. Nihil ambigo, scribendum *finit*. Sic enim et Graeci τελευτᾷ: et praeter alios Tacitus VI. Ann. 50. 16. *Tiberius finivit*, hoc est, mortuus est. Neque tamen, non addicentibus libris, aliquid mutare sustineo. Idem. — Optimi libri editi iuxta et manu exarati, *finitur*. Nec est quod cum viro doctissimo rescribamus *finit*. Oraculum vetus apud Ciceronem ex eius versione:

Euthynous potitur fatorum munere leto;
Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

Seneca epist. 74: *Sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est*. Valer. Max. IX. 12. *Sed atrocius aliquanto Euripides finitus est*. Graev. — Berneccerus nihil ambigit legendum esse *finit*. Sed *finitur* rectum est: loquunturque ita et alii. Valerius Max. III. 2. Ext. 6. *suo iudicio finitus*. et IX. 12. Ext. 4. *Atrocius aliquanto Euripides finitus est*. Vorst. — Berneccerus legit, *finit*. Sed vulgatum ex Valerii Maximi III. 2. Ext. 6. et IX. 12. Ext. 4. tuetur Vorstius. ut iam ante Graevius ex Seneca et Cicerone fecerat. Scheff.

Germanis. Mallem, *germani*, ut germanos fratres fuisse intelligat non natura tantum, sed casibus etiam, et fortuna. Bongars. — Ingeniose et acutissime sane Bongarsius, primus ille Iustini servator: *Sic fratres, quasi et germani casibus*. id est, qui ita fratres, ita germani fuerunt, ut ex similitudine casuum et fortunarum, quibus uterque conflictatus est, si minus aliunde, facile tamen hinc posset probari. Faber. — Distinctionem puto supervacuam, et reddere locum obscurum. Cohaerent enim, sic germanis casibus quasi fratres, id est, ii, quos non ratio nascendi solum, sed et similitudo casuum fratres quasi fecerat. Scheff. — Coll. N. *Sic uterque frater*. Ald. Iunt. *quasi germ. cas.* Abr. Gronov.

COMMENTAR. IN LIB. XXVIII.

CAP. I.

1. Olympias Pyrrhi etc. In unico verbo, quod ipsum monosyllabum tantum est, ingens error. Crederes enim Olympiadem Pyrrhi filiam in fide et quasi in clientela Aetolorum fuisse, quod tamen minime verum est; sed ita res se habet: Pyrrhus in partem praedae communis belli portionem Acarnaniae acceperat; nunc Aetoli postquam Pyrrhus nullus est, eam esse suam postulant; quod ubi videt Olympias, cui facile esset bellum praesentire, ad Demetrium Mace-

[illegible]niae regem confugit. Itaque isthuc *ab*, quod omnia perturbat, [illegible]dendum est. FABER.

IN SE RECEPISSET. Dorv. 2. *ipsa recepisset:* ed. vetus *in se* [illegible]s *recepisset.* Nil opus est mutari. Sallust. Orat. II. ad Caesar. [illegible]. XI. *Id per inertiam* in se *quasi victi* recipiunt. Cicero Famil. [illegible]II. epist. 10. *Promitto* in me*que* recipio *fore eum tibi et volu*[illegible]*ti et usui.* WOPKENS. — Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. [illegible]. Iunt. eaeque, quas consuluit Bongarsius, *admin. ipsa recep.* [illegible]. GRONOV.

AB AETOLIS. MSS. Bongarsiani non agnoscunt illud *ab*. Et mi[illegible] sane viros doctos potuisse ferre. An enim ista sensum habent [illegible]venientem, *ab Aetolis decurrit ad regem Macedoniae?* ubi autem [illegible]d Aetolos istos fuit, aut quo fuit modo? lectio verissima, *decur-* [illegible] *Aetolis volentibus eripere*, id est, cum Aetoli vellent eripere, [illegible]que impeterent. SCHEFF.

2. PTIAM. Scribendum *Phthiam*, quomodo apud Plutarch. in [illegible]. cap. 1. vocatur Pyrrhi mater. BONGARS. — MS. *Bithiam*. Iunt. [illegible]*hiam*. Lege *Phthiam*, uti legendum ex Plutarcho docuit Bongar[illegible]. GRAEV. — *Phthiam* scribendum. Viderat Bongarsius. FABER. Editur vulgo *Ptiam*. Sed agnoscit tamen Bongarsius legendum [illegible] *Phthiam*, quomodo apud Plutarchum in Pyrrho vocatur Pyrrhi [illegible]r. Et iuvant nonnihil editiones veteres quae habent *Pithiam*, *Pythiam*. VORST.

IN MATRIMONIUM TRADIT. Magl. ed. Rom. *matrimonia:* idem MS. cum Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *tradidit*. [illegible]. GRONOV.

6. QUI SOLI QUONDAM ADVERSUS TROIANOS. Strabo lib. X. id [illegible] Ephoro docet. BONGARS.

AUCTORES ORIGINIS SUAE etc. Sic lib. XXIII. 1. *Primum illis* [illegible] *Lucanis* originis suae auctoribus *bellum fuit.* lib. XXI. 6. *Et* [illegible]s *urbs* auctor originis suae *capta, et* etc. Ovidius Fast. II. 399.

At si quis vestrae deus esset originis auctor etc. WOPK.

CAP. II.

1. AETOLI LEGATIONEM ROMANORUM SUPERBE AUDIVERE. De [illegible]rena natione Livius VIII. 22. 9. *Relatum a Graecis, gente lin*[illegible] *magis strenua quam factis, ferox responsum.* Haec istorum [illegible]num natura in canes quoque regionis eius transgressa est. Unde [illegible]ius Cyneget. v. 186.

At clangore citat, quos nondum conspicit apros
Aetola quaecunque canis de stirpe (malignum
Officium) sive illa metus convitia rupit,
Seu frustra nimius properat furor.

[illegible]ec. — MSS. mei *superbe audire.* MODIUS.

A QUIBUS TOT BELLIS OCCIDIONE CAESI SINT. Iuntae: *a quibus bellis vexati, toties occidione caesi sint.* Sed haec interpolata

credo, nec recedendum esse ab aliorum codicum lectione. *Bella* enim hic sunt proelia, ut infinitis aliis in locis. Superius IX. 4. *Bello consumptorum corpora sepulturae reddidit.* Sed haec obvia sunt. GRAEV. — Periz. ed. Rom. *et Poenos illis*; eademque cum Ald. Iunt. *tot bellis vexati*, *toties* (Rom. *totiens*) *occidione sint caesi*. Bechar. *a. q. t. bellis occisione sint c.* ABR. GRONOV.

POENOS ILLIS ET GALLOS, A QUIBUS etc. EXPROBRANTES. Metonymice *Poeni* et *Galli* dicuntur clades ab illis illatae. Simili forma Livius XL. 15. *Romanos obiicis mihi.* i. e. nimiam cum R. amicitiam. WOPKENS.

2. PRIUS ILLIS PORTAS ADVERSUS CARTHAGINIENSES APERIENDAS. Haec verba ego non intelligo. Quid enim *aperire portas adversus aliquem?* Non, *contra aliquem*, quia contra quem non aperiuntur, sed clauduntur. Nec etiam, *aperire alicui*, quia si Romani portas aperuissent Carthaginiensibus, hoc eis ad bellum contra Graecos prodesse adeo non poterat, ut obfuisset potius. Nullam ergo habet cum ceteris coniunctionem, sed inepti glossatoris est, qui verba *metus belli Punici* explicaverat, intrusum postea in textum loco alieno, ac propterea delendum. Sensus enim optimus sine illis: aperiendas Romanis portas, id est, efficiendum submotis Poenis seu Carthaginiensibus profligatisque, ut aperire portas queant, nec metu impetus hostilis claudere eas cogantur. SCHEFF. — Insolentius hoc, quam si scripsisset Iustinus, *prius non amplius portas adversus C. claudendas* vel *clausas habendas*. Nam *claudere adversus* vel *contra* quem aut quid, satis usitata dictio est. Cicero in Verrem lib. V. 15. *Nullius domus* clausa . . contra *tuam cupiditatem.* Tacitus Annal. XV. 64. *Et* clauso *corpore* adversum *vim veneni.* Cyprianus Zelo pag. 227. *Ut* . . clausum adversum *se pectus inveniat et armatum.* Ita Lactant. VII. 1. Augustin. de C. Dei III. 7. aliique. Dorv. 3. *Prius illis proelium portas* etc. unde cogitares, *prius illis portas proeliatum* vel *in proelium adversus Carthaginienses aperiendas* etc. Sed mallem ferme *prius illis portas aperiendas*, *q. c. m. P. b.* uti Schefferus coniicit: quamvis vulgatam lectionem vix ausus fuerim deserere. WOPKENS.

3. MEMINISSE DEINDE IUBENT, QUI QUIBUS MINENTUR. Male in Dorv. 2. et 3. cum vetere ed. *quibus minentur* sine *qui*. *Qui quibus minentur* per brachylogiam perusitatam valet, qui sint qui minentur, quique illi quibus hi minentur. Val. Max. III. 5. 1. *Di boni! quas tenebras ex* quo *fulmine nasci passi estis!* Livius XXXVI. 2. *His ita in senatu ad id*, quae cuius *provincia foret*, *decretis* etc. lib. XXIX. 19. Quae *piacula* quibus *diis* quibus *hostiis fieri placeret.* Plinius VI. epist. 24. *Quam multum interest*, quid *a* quo *fiat!* quem locum et alia Cortius contulit ad Sallust. Catil. cap. XXIII. 4. Adiicitur etiam copula. ut Livius XXVII. 13. *Quae repente* qui *et cum* quibus *pugnaretis*, *oblivio animos cepit?* WOPKENS.

4. CAPTAMQUE NON FERRO DEFENDISSE. Etiam hoc ineptum.

Quomodo enim capta urbs defenditur ferro. Si capta iam, defensio est supervacua. Plane igitur hoc *defendisse* glossa est superioris *tueri potuisse.* Et stat per se, *captam redimere ferro*, pro, virtute recipere. Scheff. — Frustra plane *defendisse*, invitis libris, tollit Schefferus, quia post captam urbem defensio supervacua sit. Parum scilicet meminerat ille vir doctus, *defendere* hic non esse tueri, protegere, sed ulcisci; ut Dictys Cret. I. 5. *Quum obstinate hi regis necem* defenderent, *illi* etc. Dares Phryg. Exc. Troiae cap. 11. *Ut tota Graecia conveniat . . ad* defendendas *suas iniurias.* Vide et cap. XV. Exsuperantius B. Civ. cap. V. *Quod oppressam voluit civium* defendere *libertatem . . qui se publicae calamitatis fore promiserat* defensorem. Caesar B. Civ. I. 7. *Se paratos esse imperatoris . . iniurias* defendere. Sulp. Severus V. Mart. cap. IX. *Ut destruas inimicum et* defensorem. Sic vulg. Int. Roman. XII. 19. aliique. Consule, sis, Grotium τὸν πάνυ in notis ad lib. I. de Iure B. et P. cap. XXII. §. 8. 12. et Heraldum ad Arnob. I. pag. 11. Wopk.

5. Viribus. MSS. mei *urbibus*, quo pacto cum etiam legatur in Bongarsii Codd. non dubitem eam scripturam in contextum recipere. Modius.

Urbibus. Non dubitavi hanc scripturam, et Fuldensibus et Bongarsii codicibus affirmatam, in contextum recipere. Hactenus editi, *viribus.* Bernec. — Iuntae quoque cum MSS. Fuldensibus: *urbibus.* Sed pro *proposuerant* legunt Iuntae *praeposuerant.* Graev. — Pro *urbibus* editum olim fuit *viribus.* Berneccerus autem τὸ *urbibus* in textum recepit, quod in MSS. Modianis et quibusdam Bongarsianis id repertum sciret. Editionem quoque Iuntinam ita habere testatur Graevius. Vorst.

7. Priusque sua defendenda quam aliena appetenda. Hiulca oratio est, et aliquid defit. Adde, *quam aliena appetenda*, ex libb. impr. in quibus, mendose tamen, legitur, *quam aliena (defendi) appetenda.* Illud *defendi* nullum hic locum habet. Cetera recte, et commode, ac necessario huc revocanda. Faber. — Horum posteriora restitui ex antiquioribus typis expressis, qui habent una voce superflua, *quam aliena defendi appetenda.* Bongarsius et Berneccerus nescio qua de causa prorsus eliminarunt. Idem. — Vorstius restituit ex vetustioribus, *priusque sua defendenda, quam aliena appetenda.* Scheff. — Pulchre hunc locum ex veteribus codd. doctissimi viri restituerunt, adstipulantibus duobus codicibus Britannicis. Graev. — Ita non solum Iunt. et Ald. verum etiam Magl. Periz. Coll. N. Abr. Gronov.

8. Pastores, qui latrocinio. Hieronymus in Chronico, *pastorum et latronum manum* dicit. inde forte Gallica dictio, *pastres*, pro latronibus. Bongars. — De primordiis urbis, de raptu Sabinarum, de Remi caede, Livius lib. I. et alii. Bernec.

10. Fraterno sanguine. Lucan. I. v. 95.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri. Bernec.

11. Aetolos autem etc. Strabo ex Ephoro lib. X. pag. 319. 14.

Τοὺς Αἰτωλοὺς ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγενημένον ὑφ' ἑτέροις, ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον, propter locorum asperitatem, et difficilem aditum, et belli usum: a quo, Homero *μενεχάρμαι* dicuntur. BONGARS. — Hoc est, praelium forti animo sustinentes. Iliad. IX. 529. BERNEC.

12. NOMEN EIUS HORRERENT. Ovid. IX. Met. 440. de Minoe:

Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.

et I. Maccab. 8. 12. *καὶ ὅσοι ἤκουον τὸ ὄνομα αὐτῶν, ἐφοβοῦντο ἀπ' αὐτῶν.* GRONOV.

14. EPIRI REGNI. Dele, *regni.* FABER. — *Regni* non satis causae video cur cum Fabro deleremus, refragantibus libris. WOPK.

CAP. III.

3. NON MAGNO POST TEMPORE. Bongarsius testatur haec in MSS. omissa esse. Nempe sequitur statim *non diu*, quod idem est. Neque potest utrumque scripsisse Iustinus, sed alterutrum necesse est ut sit glossatoris. SCHEFF. — Hae voces absunt ab undecim MSS. ed. Ald. Iunt. ABR. GRONOV. — Etiam nostri omnes agnoscunt ista *non magno post tempore;* quae licet in quibusdam MSS. haud incommode absint, non tamen excindi ideo necesse est, quod statim sequitur *non diu*, uti quidem putabat Schefferus. Construi nempe debent non cum verbo *supervixit*, sed cum participio *adflicta:* nihilque haec perissologia habet, quod merito quempiam offendat, aut non innumeris firmari exemplis possit. Lib. II. 14. *Ut cum matutino tempore proelium in Boeotia commissum sit, meridianis horis in Asiam, per tot maria et tantum spatii*, tam brevi horarum momento, *de victoria nuntiatum sit.* lib. XXXVII. 2. *Nam et eo quo genitus est, anno, et eo quo regnare primum coepit, stella cometes* per utrumque tempus *septuaginta diebus ita luxit* etc. lib. XXXVIII. 4. *Sed assidue* per omnes annos . . *bellis continuis perseverasse.* WOPKENS.

4. LAUDAMIA. Ian. Parrhasius de Rebus per epistolam quaesitis, epist. 41. nomen hoc, ut alia in auctore plura, depravatum existimat, scribendumque *Deidamia.* Vide notam ad XIV. 6. 4. BERNEC. — Parrhasius epist. 48. legendum putat *Deidamia:* ut sit eadem de qua supra XIV. 6. 4. dixit. Sed fallitur. Nam *Deidamia* filia fuit Aeacidae et soror Pyrrhi; ut ex loco illo altero intelligitur: at *Laudamia*, quia soror Nereidis filia Pyrrhi fuit. Scribit enim Pausanias lib. VI. Pyrrhi filiam Nereidem, cuius et Iustinus paulo ante mentionem fecit, Hieronis regis Siciliae filio Geloni nuptam fuisse. VORST. — Ut Parrhasius hic a viris doctis adlatus, sic etiam Pancr. Masvicius ad Polyaen. VIII. 52. scribit *Deidamia* pro *Laudamia.* Et ad hanc quoque Salvagnius respicere credit haec Ovidii in Ibide 305.

Nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant,
Sparsa per Ambracias quae iacuere vias.

Nataque ut Aeacidae iaculis moriaris adactis:
Non licet hoc Cereri dissimulare nefas. WOPKENS.

SICILIAE REGIS. Scil. Hieronis. De hoc ita Pausanias lib. VI. 365. 19. *Fuit Hieroni cum Pyrrho Aeacidae filio hospitium ..., deinde affinitas, quod Pyrrhi filia Nereis eius filio Geloni ...erat.* BERNEC. — *Siciliae regis filio.* Pr. Med. Magl. quatuor ... Bodl. Reg. Thuan. Periz. ed. Rom. Ald. Iunt. *tyranni filio.* GRONOV.

5. LAUDAMIA AUTEM CUM IN ARAM DIANAE CONFUGISSET. Periz. ... N. Thuan. ed. Rom. Ald. Iunt. aliaeque *Laodamia*, et paullo ... *Laodamiae.* Micyllus ad illa Ovidii in Ibin v. 305.

Nataque ut Aeacidae iaculis moriaris adactis:
Non licet hoc Cereri dissimulare nefas.

...igit, *cum in aram Cereris confugisset*, et Micylli coniecturam ...obat Sanctius: verum Iustino consentit Polyaenus lib. VIII. cap. ... a quo *Laodamia* appellatur *Δηϊδάμεια, ἣ δὲ κατέφυγεν εἰς τὸ ... τῆς Ἡγεμόνης Ἀρτεμίδος.* Hinc etiam pro *Laodamia* Palme... post Parrhasium, in Exercit. ad Scriptores Graecos pag. 392. ...git, *Deidamia.* Ceterum Ovidii locum venuste interpretatur Sal...us. ABR. GRONOV.

7. NAM STERILITATEM etc. Primus Med. et Leid. Bodl. Periz. ... *et sterilitatem.* ABR. GRONOV.

10. REGEM SE CONSTITUI LABORABAT. Bechar. Ven. Flor. Med. ... Ald. Iunt. *regem se constituere*, et cum Rom. sec. Med. Magl. ...sec. tert. Leid. *laborat.* Paullo ante Periz. *accepta in matri... matre.* ABR. GRONOV.

11. INTERIECTO DEINDE TEMPORE CUM SEDITIONE etc. Sic Avi... Cassius. Is cum ingens seditio in exercitu exorta esset, pro... nudus, campestri solo tectus, et *percutite me*, inquit, *si au... et corruptae disciplinae facinus addite.* Tunc conquiescenti... cunctis, meruit timeri, quia non timuit, ut scribit Vulcatius Gal...us in Avid. Cass. cap. 4. respiciens, opinor, ad verba Lucani ...316. de Caesare:

stetit aggere fulti
Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri
Nil metuens.

...modo Menius etiam adversum seditiosos *praesidium ab audacia ...natus est.* Tacit. Annal. I. 38. BERNEC.

... CLAUSUS IN REGIA TENERETUR. *Clausus* est pro claudens se, et ...etur pro teneret se. Non enim ab aliis clausum fuisse apparet ...ex quod sequitur, *in publicum sine satellitibus procedit.* Verba ...siva poni pro activis et pronomine reciproco sexcentis exemplis ...andi potest. Et facit observatio ea ad multa loca auctorum re... intelligenda. VORST.

12. QUI AUT IMPERARE ILLIS SCIAT. *Sciat* legendum puto ex ...tiquioribus typis expressis, non, quod Bongarsius et Berneccerus ...dere, *nesciat.* Apparet autem *εἰρωνικῶς* ab Antigono id dictum

esse. Vorst. — *Sciat*, quod cum antiquis edd. pro *nesciat* reponit Vorstius, etiam Dorv. 2. et 3. exstat. Wopkens.

Qui aut imperare illis nesciat. Cur, *qui nesciat?* An hoc modo melius sibi consulturi erant Macedones? Contrarium videtur verum, et ideo in impresso quodam legitur *sciat*. Ex quo ipso tamen, quod contraria reperiuntur, suspicor, scripsisse neutrum Iustinum, sed esse glossatoris, qui illud ex sequenti *sciant* post *imperare illis* ostendebat intelligendum. Locus ita debet habere: *dare haec eos alteri iubet, qui aut imperare illis, aut cui parere ipsi sciant.* Vorstius *imperare illis sciat*, impressum secutus, edidit. Scheff.

15. Quorum si illos poeniteat. Id est, quae si parum et non sufficere ipsis videantur: ut in illo Ciceronis VI. ad Fam. Ep. 1. *Suae quemque fortunae maxime poenitet.* Vide et Gifanii Obs. L. L. Vorst.

Deponere imperium. Scribo, *deponere se imperium.* Faber. — Ingenio Fabri applaudit Iuntina, in qua *se* legitur recte. Graev.

Ipsi regem quaerant. Vett. omnes *quia.* forte, *quare regem quaerant.* Bongars. — Rex igitur Antigonus. quod negare videtur Livius XL. 54. 3. Bernec. — MSS. habebant *quia* pro *ipsi.* Noli dubitare, quin Iustinus scripserit, *quin.* Voss. — Testatur Bongarsius, in MSS. omnibus reperiri, *quia regem quaerant.* Miror, quod non sequi voluerit hunc consensum, cum sententia longe sit melior, quam quae in vulgatis. Hoc enim aiebat Antigonus: quia vos quaeritis regem, sicut video, non qui imperet vobis, sed cui imperetis vos, ideo nolo ego esse rex vester, sed depono imperium, libenterque reddo vobis vestrum munus. Scheff. — *Quia* est etiam apud Iuntas. Graev. — MSS. ed. Rom. Bechar. aliaeque veteres, *quia regem q.* Abr. Gronov.

16. Quoad seditionis. Ed. Bechar. Ven. aliaeque, *donec sedit.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Bellum Spartanis infert. Vide Plutarchum in Cleomene et Arato, et Pausaniam Corinth. Bongars.

2. Bellum summis utrimque viribus fuit. Coll. N. *utrinque.* Abr. Gronov. — Malim *bellatum summis u. v. f.* Lib. XXXI. 4. *Has enim publicas inter populos . . bellandi caussas fuisse.* Conferatur et Dictys Cret. IV. 17. *Magnaque vi utrimque decertantes cadunt plurimi.* Lactantius M. Persec. cap. XLIV. *Summaque vi utrimque pugnatur.* Wopkens.

Pro illibata libertate. *Illibata* abest a Dorv. 2. sed removendum tamen non est. Lib. XXXII. 1. *Libertatem, quam* illibatam *adversus dominationem Atheniensium . . retinuerant, amiserunt.* Livius XXXVIII. 32. *Libertatemque sibi* illibatam, *cuius ipsi auctores essent, praestarent.* Wopkens.

3. SED ETIAM CONIUGES LIBERIQUE. Pr. Med. Magl. tres Leid. ed. Rom. *verum etiam c.* Particula *sed* paullo ante praecessit. ABR. GRONOV.

MAGNO ANIMO. Ex praecepto Periclis apud Thucydidem II. 11. 23. *Oportet divinitus immissa, necessario; ab hostibus illata, forti animo pati.* BERNEC.

4. SALUTI PEPERCIT. *Saluti*, suae puta. Et *salus* pro vita est, ut saepe. VORST.

QUOD NON IPSI PRO PATRIAE LIBERTATE CECIDISSENT. Pr. Med. Bodl. Leidenses, Periz. Ald. Iunt. *quod non et ipsi.* Magl. *quod non etiam ipsi.* Periz. *pro patriae salute.* Bechar. *decidissent.* ABR. GRONOV.

5. PATENTIBUS OMNES etc. Ita ex uno MS. legendum: ceteri *potentibus.* Tacitus Annal. IV. 63. *Ceterum sub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta et medici passim praebiti.* BONGARS. — Sic Livius II. 47. 16. BERNEC.

LASSOS REFICIEBANT. Vetus Interpres proph. Iesaiae XXVIII. 12. *Reficite lassum.* Saxo lib. XIV. pag. 283. 4. *quibus* (sacrificiis) *ille refectus, continuo oborto sudore, bonae valetudinis habitum recuperavit.* Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. *lapsos ref.* ABR. GRONOV.

6. INTER HAEC NULLUS. Hoc *inter haec* videtur ex sequentibus huc translatum. Nullus certe sensus aptus ei hoc loco, multoque elegantius abest; cum praesertim verisimile haud sit, Iustinum idem bis eodem paene loco voluisse repetere, modo penitus ingrato. SCHEFF.

MAGISQUE OMNES PUBLICAM etc. Nec immerito. Rationem reddit Livius XXVI. 36. 9. *Respublica incolumis etiam privatas res facile salvas praestat: publica prodendo, tua nequicquam serves.* Ita Caesar apud Dionem Cassium lib. XXXVIII. *Privatim quidem nemo omnium ita potest laetis rebus uti, ut non idem cum Republ. corruente pereat: at Respubl. si prospero successu utatur, etiam privatorum omnes calamitates potest sublevare.* Adde Thucyd. II. 11. 2. Sallust. Catil. 52. 5. Cicer. ad Attic. I. Epist. 17. fin. et pro L. Manil. cap. 7. BERNEC. — Copulam omittunt Iuntae. Efficacius sane hic abest, ut in praecedentibus. GRAEV.

7. CLEOMENES REX. Tyrannum vocat Livius XXXIV. 26. 9. et 28. 1. Pausan. pag. 501. 10. BERNEC.

TOTO CORPORE SUO. *Toto corpore* non est hic, ut accipit Burmannus (ad Ovid. Met. VI. 142.) illaeso corpore, sed omni corpore, per omnes corporis partes, uti lib. XXIII. 2. 4. et alibi. Fallitur que omnino, dum legere vult *suorum pariter et hostium sanguine*, ac sic Curtium loqui putat in his lib. V. 4. *Per mediam aciem Macedonum cum multo* suorum *atque hostium* sanguine *erupit.* Nam in isto loco *sanguis*, secus quam in hoc Iustini, caedem vel sanguinis effusionem denotat. Ut *magno utriusque exercitus sanguine*, supra XXII. 7. *Multo suorum sanguine pulsus.* Tacit. Hist. II. 21. *Pugnatum . . utrinque plurimo sanguine.* Livius II. 64. *Gentes . .*

plurimo cum earum sanguine perdomuerunt. Velleius II. 95. *Multo mutuoque ita certatum est sanguine.* ibid. cap. 90. In eo autem fortitudinem Cleomenis aliquomodo laudat Noster, quod sanguis .. hostium, quo maderet, etiam aliquo ipsius sanguine mixtus esset. Atque ita Dictys Cret. III. 23. *Non enim Helenae neque Menelai gratia exercitum . . cruentum* suo hostilique sanguine . . *militiam tolerare; sed cupere* etc. Silius IV. 452.

Iamque suo *iamque* hostili *perfusa cruore*
Membra madent.

Curtius IV. 6. *Nec tamen segnius praelium capessebat, lubricis suo pariter atque* hostium sanguine. quae verba Silii ac Curtii iam recte adduxit loco dicto Burmannus. WOPKENS.

8. INGRESSUSQUE URBEM. Pr. Leid. Bodl. Periz. *ingressusque in urbem.* ABR. GRONOV.

9. ACCLINIS. Impressi ceteri, *acclivis*, quomodo saepius haec vox depravatur, cum *acclivis* proprie de inanimatis, *acclinis* de animatis dicatur, ut placet Ob. Gifanio in Observ. Lat. Ling. Virgil. Aen. X. 835. *Arboris acclinis trunco.* Tacit. XIII. 16. *Ille ut erat reclinis et nescio similis.* BERNEC.

HORTATUR, UT SE ad MELIORA etc. Legendum videtur, *hortatus, ut se ad meliora reipublicae tempora reservarent, cum coniuge et* etc. GRONOV. — Praepropera Gronovius coniectura, et ulla absque causa legendum putabat *hortatus, ut . . reservarent, cum coniuge* etc. WOPKENS. — Hoc ipsum Leonidas suos hortatur sup. II. 11. 5. itemque rex Agis suos, apud Diodorum XVII. 63. Antigonus rex aliquando cedens hostibus imminentibus, *non se fugere* dixit, *sed opportunitatem a tergo sitam persequi.* Plutarch. Apophtheg. cap. 48. et Stobaeus Serm. 52. BERNEC. — Magl. *hortatus, ut . . . reservarent, cum coniuge.* quomodo ex coniectura legit Avus. Sex alii etiam dant, *hortatus:* et *tum* (§. 10.) abest Bodl. ABR. GRONOV.

10. DIGNATIONE. Id est, dignitate. Utitur Tacitus passim, M. Cicero ad Attic. X. epist. 10. Curtius, Seneca, alii. Cleomenem autem sibi ipsi attulisse manus Pausan. et Plutarch. sunt auctores. BONGARS. — Videndus omnino Casaubonus ad Sueton. Caes. cap. 4. 2. BERNEC. — Antiquiores typis expressi, *dignitate regis.* Sed Bongarsius, e MSS. credo, rescripsit *dignatione.* Sed ipsum tamen hoc quoque pro dignitate positum Bongarsius existimat. At Freinshemius *dignationem* hic pro gratia positam putat; et intelligi hoc ex eo quod additum est *regis*, Ptolemaei puta. Et sane ita est: Ptolemaeus honore dignatus est Cleomenem, ipsiusque Ptolemai ea dignatio fuit. Et in ipsa illa regis Ptolemaei dignatione fuisse dicitur Cleomenes, quod eandem expertus est. Ponitur tamen *dignatio* pro ipsa quoque dignitate. Cicero X. ad Att. epist. 10. *Etsi meus quidem* (animus) *est fortior, eoque ipso vehementius commovet, nec quidquam nisi de dignatione laborat.* Festus: *Maximae dignationis Flamen Dialis est.* VORST. — Bongarsius, *in summa dignatione.*

Veteres, *dignitate:* quod ex glossa natum videtur. Quanquam *dignatio* potius sit *gratia*, Freinshemio interprete, hoc loco. SCHEFF. — Hegesippus lib. I. cap. 34. *qua dignatione Caesaris invitatus Alexander.* Saxo lib. VI. pag. 115. 27. *Videns autem Stercatherus, eos, qui Frothonem oppresserant, in summa regis dignatione versari.* Adde notam Cl. Stephanii ad lib I. pag. 13. 8. ABR. GRONOV.

11. INTERFICITUR. Cleomenem sibi ipsi manus attulisse, Pausanias et Plutarchus auctores sunt. BONGARS. — Polybius lib. V. cap. 39. de Cleomene et coniuratis scribit: *προσήνεγκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐμψύχως πάνυ καὶ Λακονικῶς. Κλεομένης μὲν οὖν οὕτω μετήλλαξε τὸν βίον.* ABR. GRONOV.

12. ANTIGONUS AUTEM, CAESIS OCCIDIONE SPARTANIS, FORTUNAM TANTAE URBIS MISERATUS, A DIREPTIONE MILITES PROHIBUIT. Propterea Euergetes et post mortem Soter cognominatus fuit, teste Polybio lib. V. cap. 9. *Ἀντίγονος ἐκ παρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην φυγαδεύσας τὸν βασιλέα, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης, αὐτός τε ὢν κύριος ὅ βούλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὥστ' ἐκ τῶν ἐναντίων ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγη· τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν Εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας, Σωτήρ· οὐδὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης ἐπὶ τοῖς προειρημένοις.* Participium *φυγαδεύσας* hoc loco abundare videtur, idemque abest a MS. Mediceo et apud Suidam v. *Ἀντίγονος.* Pro *ὥστ' ἐκ* iidem atque codex Augustanus dant *ὡς ἐκ.* Pro *πάτριον* apud Suidam est *πατρικόν.* At praeferendum prius. Auctor lib. II. Maccab. 7. 37. *Ἐγὼ δὲ σῶμα καὶ ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων.* Aelianus lib. VII. Var. Hist. cap. 19. *κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος.* Thomas Magister: *Πατρῷα, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα· καὶ πατρῷοι φίλοι· πάτρια δὲ, τὰ τῆς πόλεως ἔθη.* ABR. GRONOV.

13. OMNIS IRA EIUS. An hoc *eius* glossa est? Iustinus sane videtur *sua* pro eo fuisse scripturus, maxime cum praecedat *se.* Nam alias interdum alterum pro altero poni, non plane inusitatum. SCHEFF. — Scheffero glossematis loco habenda videbatur vocula *eius* post *ira,* quia non *eius*, sed *sua* potius scripturus fuisset Iustinus. Et sane a Dorv. 2. alioque MS. ignoratur hic illud pronomen. Satis tamen commode referas ad praecedens nomen *bellum*, quemadmodum *iram belli* dixit Ovidius Trist. II. 47.

Quaeque dies bellum, belli *tibi sustulit iram.*

Livius II. 17. *Tum* ira *maiore* belli, *tum viribus etiam auctis Pometiae arma illata.* cap. 62. *Omnis* ira belli *ad populationem agri vertit.* Vide lib. I. 30. Sallust. Fragment. I. extremo: *nisi cum* ira belli *desenuisset.* ubi legerim *desaevisset*, ut Lucanus aliique. et lib. IV. 2. Ira in *Tigranem recentis* belli, *et meae res parum prosperae* . .

maxume hortabuntur. ubi ad hanc rationem parum attentus Cortius. WOPKENS. — Pronomen *eius* glossa videbatur Scheffero, idemque abest a pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. ABR. GRONOV.

14. PRODERETUR. Hoc est, *memoriae proderetur*, ut plenius loquitur auctor XII. 6. 17. *Posteris prodi* est Plinio Paneg. cap. 78. BERNEC.

15. PARCERE SE SOLO URBIS AC TECTIS. Florus IV. 12. 81. *Cum in captam urbem Lanciam faces poscerentur, aegre dux impetravit, ut victoriae Romanae stans potius esset, quam incensa monumentum.* Sulpitius Severus lib. II. Hist. Sacrae: Deliberante Tito, an urbe capta templum Hierosolymitanum everteretur, nonnullis visum est: *aedem sacratam ultra omnia mortalia illustrem, non debere deleri, quae servata, modestiae Romanae testimonium; diruta, perennem crudelitatis notam praeberet.* BERNEC.

17. DECEDIT. De morte Antigoni variantes sententias refert Plutarchus in Ag. et Cleom. cap. 42. BERNEC.

COMMENTAR. IN LIB. XXIX.

CAP. I.

2. PHILIPPUS . . ANNORUM QUATUORDECIM REGNUM SUSCEPIT. Dorv. 2. plenius, *cum esset annorum quatuordecim*. Frustra. Lib. IX. 8. *Decessit Philippus quadraginta et septem* annorum. Nepos Catone cap. 1. *Primum stipendium fecit* annorum *septemdecim*. Sulp. Severus S. H. I. 37. *Ita tertio rex ungitur* annorum *circiter triginta*. Livius XXX. 37. *Novem, inquit*, annorum *a vobis profectus, post trigesimum sextum annum redii.* WOPKENS. — Magl. ed. Rom. *cum esset annorum quatuordecim*. Ald. Iunt. *XIV annorum cum esset:* sed prius praeferendum. Supra XVII. 3. 21. de Pyrrho: *annorum undecim eum in regnum revocaverunt.* ABR. GRONOV.

3. INTERFECTO SELEUCO. Callinici filio, qui pharmaco ab amicis sublatus est, relicto fratre Antiocho successore, qui Magnus dictus est. Appian. Syriaca. BONGARS.

IMPUBES ADHUC REX ANTIOCHUS. Quarto Leid. adscriptum erat, *cognomine Magnus*. ABR. GRONOV.

5. PHILOPATOR. Hoc est, parentis amans, per antiphrasin. BERNEC. — Iuntae: *cognomentum Philopatori fuit.* Quae syntaxis nostris temporibus inusitatior, ideoque a sciolis mutata, veteribus perfamiliaris fuit. Plaut. Prolog. Rudent. *Nomen Arcturo est mihi.* In Trinum. Act. II. Scen. 2. *Lesbonico est nomen.* In Prologo eiusdem fabulae: *Huic nomen Graece est Thesauro fabulae.* Ibid. *Nomen Trinummo fecit.* Menaechm. Act. I. Scen. 1. *Nomen fecit*

Peniculo mihi. Plura cum apud hunc, tum alios optimae notae scriptores exempla sunt in promptu. Graev. — In edit. Iuntarum, *Philopatori.* Latinissime. Faber. — Dorv. 3. a manu sec. per glossam *cognomentum Philopater ex contrario fuit.* Atque ita et vetus ed. Ceterum non est, cur cum nonnullis ex ed. Iuntina malimus *Philopatori*, quoniam non minus usitatus est in hac forma nominativus. Lib. I. 4. *Nutrici* Spaco *postea nomen fuit.* ubi nollem Schefferum maluisse *Spacus.* lib. XII. 4. *Haec soboles nomen habuit* Epigoni. lib. XIII. 7. *Cui nomen* Battos *propter linguae obligationem fuit.* Sic enim recte MSS. Sulp. Severus H. S. II. 22. *Cui* Eupator *nomen fuit.* Livius I. 34. *Nomina his* Lucumo *atque* Aruns *fuerunt.* lib. XXXV. 34. *Utrique eorum* Salinator *cognomen erat.* Tacitus Annal. V. 1. *Quorum utrique* Geminus *cognomentum erat.* ubi necquidquam Burmannus ad Vellei. Pat. coniicit *Geminis.* Similiterque frustra tentatur idem in his lib. IV. 18. *Nomen utrique* Vibius *Serenus.* Et Florus II. 6. 27. *Hinc illi cognomen* . . Cunctator. Quorum locorum priorem recte vindicavit Iac. Gronovius ex Taciti Ann. II. 4. et Ovidii Metam. III. 582. Atque ita rursum Tacitus Ann. II. 80. *Cui nomen Celendris.* III. 21. *Cui Thala nomen.* IV. 25. *Cui nomen Aurea.* VI. 28. *Cui Heliopolis nomen.* XI. 4. *Quibus Petra cognomentum.* et alibi saepius. Frequens etiam in his usus genitivi, ut videmus ad lib. XXXIX. 1. 5. Wopkens.

7. Aetate immatura. Minor quinque et viginti annis, cum novem annos natus odium Romanorum patri iurasset. Probus. Bongars.

Sciebant. Fatale non tam etc. Dele τελείαν στιγμὴν, et distingue hoc modo, *sciebant*, *fatale non tam Romanis* etc. ut haec dicantur per appositionem. Gronov.

Fatale non tam Romanis, quam ipsi Africae malum. Eadem verba exstant apud Matthaeum Westmonast. Aet. V. cap. 14. Abr. Gronov.

8. His regibus pueris. Potest defendi haec lectio, quia in verbo *enituit* est praepositio, quae hic intelligenda, quia item Virgilius sic loquitur IV. Aen. ubi ait:

tantum egregio decus enitet ore.

Mihi tamen Iustinus videtur scripsisse, *In his regibus*, praepositionem vero *In* esse interceptam per litteram *m* quae proxime praecedit. Certe durior est ellipsis, quam ut ceterae consuetudini scribendi, quae est apud Nostrum, respondeat. Scheff.

Etsi nulli senioris aetatis rectores erant, tamen etc. Vide ad XVIII. 7. 8. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *licet n. s. aet. rect. erant.* Abr. Gronov.

In suorum quisque maiorum vestigia intentis. Cassiodorus lib. IX. Var. Ep. 1. *Magnus verecundiae stimulus est laus parentum; dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus auctores.* Nazarius Paneg. Constant. cap. 3. *Rapitur ad similitudinem*

suorum excellens quaeque natura: nec sensim ac lente iudicium promit boni, quum involucra infantiae vividum rupit ingenium. Imp. Iulianus in Misopog. *Quemadmodum in plantis verisimile est diffundi qualitates quam latissime, ac fortasse in totum similia nasci quae gignuntur, iis, quibus orta sunt; sic etiam in hominibus credibile est, nepotum mores avitis affines esse.* Adde infr. XLII. 2. 3. BERNEC. — Suspicor legendum, *tamen in iis, in suorum queisque maiorum vestigia intentis.* GRONOV. — Hoc loco *quisque* vitium est orationis; scribendum vel *cuique*, vel *queisque*, vel *cuiusque;* libera optio datur. Mox pro *intentis*, in Iuntina est, *nitentibus:* quam ego lectionem huic anteponam libentissime. FABER. — Iuntae: *In suorum quibusque maiorum vestigia nitentibus.* Acute hic quoque doctissimus Faber vidit *quisque* corruptum esse. Angli supposuerunt *cuiusque.* Sed sequor Iuntas. In priore mearum notarum editione typographorum vitio scriptum quoque fuit in Iuntina etiam legi *quisque*, cum tamen in illa habeatur *quibusque.* In codicibus autem antiquis *quisque* scriptum fuit pro *queisque.* GRAEV. — Iuntae, *vestigia nitentibus.* Sic Ovidius, *niti in aëra.* SCHEFF. — Varie hic locus, male affectus, tentatur a criticis. Mihi, ne longior sim, legendum omnino videtur, *tamen in suorum quisque maiorum vestigia intentus, magna indole virtutis enituit.* ut plane refert Dorv. 1. praeterquam quod *magnae indole virtutis* illic habetur: non sane melius. Livius III. 12. *Neque in civitate R.* tantam indolem *tam maturae virtutis unquam extitisse.* supra lib. VI. 5. *Iphicratem . .* magnae indolis *iuvenem.* Cicero Philipp. V. cap. 17. *Ita saepe* magna indoles *virtutis, priusquam reip. prodesse potuisset, exstincta est. Quisque* pro *quibusque* etiam Dorv. 2. ac 3. a prima manu cum vetere ed. habent: ac praeterea pro *nitentibus* itidem Dorv. 2. *intentus.* 3. autem cum ed. vetere *intentis.* quibus firmatur, quam proposuimus, emendatio. Non tamen damnaverim hanc quorumdam MSS. scriptionem: *tamen in suorum cuiusque maiorum vestigia intenti m. i. v. enituit:* hoc est, tamen cuiusque, intenti in suorum maiorum vestigia, magna etc. lib. XXXI. 3. Cuius *in eo bello tanta virtus* enituit, *ut* etc. Sed in priorem emendationem magis inclinat animus. Male autem haec, *his regibus pueris*, commate a sequentibus separarunt editores, ut iam monuimus ad lib. XVIII. 2. 9. WOPKENS. — Decem MSS. ed. Bongars. *quîsque;* idemque tuetur Cl. Cortius ad Sallustium Iug. cap. 18. Ita *quîs* pro *quibus* supra XI. 1. 7. *quis rebus*, et apud Livium lib. XXX. cap. 25. *quis deficientibus*, ac Marcianum Capellam lib. VI. pag. 210. *nec Athenis cedunt Boeotiae, in quis Epicrene.* Ita MS. Laudianus pro vulg. *in quibus Epicr.* Acidalius ad Velleium II. 130. 4. malebat *quique* i. e. *quoque*, ex impressis, ut ait, quibusdam. *Nitentibus* etiam dant Ald. Iunt. *tantis* Veneta, *intensis* Florentina, *intentis* reliquae vetustae editiones, et plerique MSS. *intenti* pr. Leid. Dein Magl. Bodl. ed. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *emicuit.* ABR. GRONOV.

9. IN OCCUPANDO REGNO, ITA ET SEGNIS IN ADMINISTRANDO

FUIT. Bodl. Periz. *in occupando, ita et s. in administrando regno fuit.* ABR. GRONOV.

10. CETERIQUE OMNES FINITIMI POPULI. Vox *omnes* desideratur in Bodl. Coll. N. ed. Bechar. Ven. Ald. Iunt. aliisque. ABR. GRONOV.

11. ULTRO ETIAM AETOLIS. Eaedem editiones perperam omittunt τὸ *ultro.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. DEMETRIUS. De quo Appianus in Illyrica historia, Polybius, Livius. Fuit autem L. Aemilius Paullus, consul cum M. Livio Salinatore. BONGARS. — Vide Dionem apud Vales. 593. BERNEC.

A PAULO ROM. CONSULE VICTUS. Pr. Med. sec. quint. Leid. *a Paulo Romano victus.* quartus et Magl. *a Paulo Romanorum consule v.* ABR. GRONOV.

2. IMPERIUM SPE IMPROBA TOTIUS ORBIS AMPLEXI. *Avida ulteriorum semper gens Romana.* Livius IX. 28. 6. *Mithridates elatus animis ingentibus, Asiae totius, et si posset, Europae cupiditate flagrabat.* Florus III. 5. 5. *Antiochus rex secunda fortuna ac potentia elatus, orbis terrae imperio adiecit oculos.* Plutarch. in Flamin. cap. 15. Quod ipsum Alexandrum quoque conatum esse tradit idem Orat. I. de Fortit. Alexand. cap. 11. Atque adeo in universum *hic mortalibus mos est, ex magnis maiora cupiendi.* Senec. de Benef. III. 3. BERNEC. — *Spe improba.* Hoc est, impudente, nimis avida et audace. Florus III. 10. 32. *Improba classis, naufragio castigata.* Ausonius Epist. XI. *Palmes audacior in hibernas adhuc auras improbum germen agit.* Martialis VIII. Epigr. 24. *Improba non fuerit si mea charta, dato.* Sic quod apud Homerum Odyss. XI. 597. est ἀναιδής (impudens), illud est *improbus* apud Virgilium Aeneid. XII. 687. Sicut *probus* apud Festum, quasi *prohibus*, qui se a delinquendo prohibet: sic *improbus*, qui non inhibetur, ἀπαραπόδιστος. Isidorus lib. X. *Improbus dictus, quod instat etiam prohibenti.* Cui respondet vernaculum *ungehalten*, quod tamen in malam partem sumitur, illud etiam in bonam. Virgil. Georg. I. 145.

labor omnia vincit
Improbus.

Quod idem fere cum isto Petronii: *Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat.* BERNEC. — Ita supra XXII. 7. *qui spe improba regnum totius Africae amplexus.* Saxo lib. II. pag. 22. 4. *Frotho spe Orientis imperium complexus.* lib. X. pag. 202. f. *Haraldus spe improba totius Angliae regnum complexus.* Adde lib. XIV. pag. 264. 32. et pag. 337. 32. ABR. GRONOV.

BELLUM CUM OMNIBUS REGIBUS GERANT. Ita Mithridates: *Romani omnia non serva, et maxime regna, hostilia ducunt.* Sallustius Histor. lib. IV. Sic Perseus apud Livium XLIV. 24. BERNEC.

5. Sed et ipsi cavendum esse exemplum. I. e. curandum, ne eodem modo a Romanis infestaretur. lib. XVIII. 2. *Celebre hoc servorum facinus*, *metuendumque* exemplum. lib. XXVII. 1. *Repente* exemplo *crudelitatis exterritae* etc. Hegesipp. IV. 20. *Sed et ipsi* exemplum *crudelitatis eius aliquando exhorruere*. Ovidius Fast. VI. 759.

Iuppiter exemplum *veritus*, *direxit in illum*
Fulmina etc.

Metam. VIII. 116.

Cives odore merentem:
Finitimi exemplum *metuunt.*

Seneca Troadibus 241.

Suique victor operis exemplum *horruit.*

Quae duo postrema loca Gronov. attulit ad Tacit. Annal. XIII. 16. Wopkens.

Promptius. Existimat Freinshemius legendum, *proximius*. Facit praecedens versiculus. Bernec. — Loquitur de Macedonia. In impressis est, *propius*. Freinshemius autem emendabat, *proximius*, quod idem est. Dices, Quid tandem? Macedonia, quae supra Thessaliam est, eritne Italiae propior quam ceterae Graeciae partes meridionales? Erit, inquam, quia Macedonia quodammodo limen Italiae est ad mare Ionium, utpote Epiro contermina. Fateor cap. 3. huiusce libri Macedoniam dici remotiorem: sed cum eo pervenerimus, locum illum esse vitiatum ostendemus. Faber. — In MS. erat *proprius*. Malim *propius*, ut quoque est in vett. edit. Voss. — *Propius* antiquiores sane typis expressi habent: placetque idem Is. Vossio. Convenientius tamen nunc videtur quod substituit Bongarsius, τὸ *promtius*, puta; etsi unde id hauserit, non profiteatur. Vorst. — Bongarsius *promptius*. Sed *promptum regnum* an Latine dicatur, ignoro, nec invenio exemplum. In MSS. legitur *proprius*, quod suspicor esse compendium vocabuli *prosperius*. Eleganter *prosperum regnum* Philippi appellat, propter summotos hostes et virium incrementa. Et rectius prosperitas illa fingebatur suspecta Romanis ac invisa, quam quantacumque promtitudo. Ut vix dubitare possim, ita scripsisse Iustinum. *Propius* maluerunt alii, de quibus Vorstius. Scheff. — Si *promptum* sumi pro locuplete, opulento, Iustini lib. XXII. 2. Cicer. Famil. II. ep. 18. in Verr. IV. 17. aliisque ab ipso adductis locis, satis probasset optimus Gronovius, eam vocis notionem huic loco satis opportunam fore, nemo non videt. Sed quoniam, ut iam ad lib. XXII. 2. declaravi, neutiquam de ea re mihi satis constat, *promtius* exponerem potius, magis patens, nempe adsultibus Romanorum. ut Cicero pro Murena cap. 13. *Quod enim omnibus patet*, *et aeque* promptum *est mihi et adversario meo*, *id esse gratum nullo pacto potest*. Hoc tamen non ita satisfacit, quin cum in Dorv. 2. alioque MS. sit *proprius*, in 3. *prius*, in 1. et ed. vetere *propius*, hoc *propius* pro Iustini manu cum Vossio agnoscere malim. Vult Demetrius, sicut sibi periculosa esset Romanorum vicinitas, ita nec minus esse Philippo, cum etiam propius Ro-

manis ac nobilius ipsius regnum esset. Confer Livium XLI. 29. *Opportuni* propinquitate *ipsis Macedoniae sumus* . . ? *Imo contra* . . *regionis intervallo tuti.* Noster cap. sequente: *Feros igitur animos victorum minus quidem Macedoniae, quam Graeciae timendos, quia et* remotior *et in vindictam sui robustior sit.* ubi haud facile cum Fabro *promptior* reposuerim. Macedonia ad Italiam propior, quam Illyricum, remotior autem quam Graecia erat. Wopkens.

Quanto promtius. Quidam MSS. *quanto propius*, eamque scripturam sequuntur ed. Rom. Bechar. Med. Ald. Iunt. Alii, *quanto proprius*, vel *quanto prius*, idque etiam dat Florentina. Abr. Gronov.

6. Gratius habiturus. Forte, *gratius habiturum.* Gronov. — MSS. habent *gratias*, quod rectius videtur. Nam illud *gratius* comparative potest intelligi de eo, quod minus est ingratum. At hoc non convenit ceteris huius loci, aut sententiae Demetrii. Hoc dicit potius, se non modo donare illi hoc regnum, sed insuper et acturum esse gratias, si id ereptum Romanis possit videre. Scheff. — *Potius* hic quodammodo vacat eo pleonasmi genere, quod consideravimus ad lib. III. 7. 15. Quamobrem non video, cur cum Scheffero ex quibusdam MSS. mallemus *gratias habiturus*, ac non cum Gronovio potius alterum praeferremus. Gemina forma verborum Sidonii Apoll. VII. ep. 13. Gratius habet, *si sibi mutuus honor debeatur* mage, *quam rependatur.* Neque alibi infrequens phrasis *gratum* quid *habere.* Cicero Tusc. V. 15. *Quod vero approbaveris, id gratum acceptumque* habendum. Plautus Trucul. II. 7.

Iussit orare ut haec grata haberes *tibi.*
Ph. Grata *aequaque ecastor* habeo.

et ibidem:

. . *Quorum mihi*
Dona accepta et grata habeo, *tuaque ingrata, quae abs te accepi.*

Terentius Adelph. II. 4.

Ne id assentandi magis, quam quo habeam gratum, *facere existimes.*

Vulg. Interpr. Genes. XXX. 34. *Dixitque Laban*, gratum habeo *quod petis.* Ruffinus H. Eccl. XI. 28. *Mori* gratius habentes, *quam huiuscemodi piaculo funestari.* Fabul. Antiq. XXIX. *Nam si pro me fecisses*, gratum haberem, *et darem tibi veniam.* Orosius Praef. lib. IV. *Cum et praeterita tanto* gratiora habentur *in verbis*, *quanto graviora referuntur in gestis.* vide et Plaut. Amphitr. I. 1. 29. Wopkens.

Si in possessione . . hostes videret. Magl. ed. Bechar. *in possessionem*, et cum Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *hostem.* *In possessionem* quoque dat Rom. *viderit* Magl. Periz. Abr. Gronov.

7. Ut, omissis Aetolis, bellum Romanis inferret. Ita supra III. 6. 8. *Iam et Lacedaemonii, omissis Messeniis, adversus*

Athenienses arma verterant. Pr. Med. sec. quint. Leid. *ut omissum cum Aetolis b. R. inferret.* ABR. GRONOV.

THRASYMENUM. Quart. Leid. *Trasimenum.* ed. Rom. *Transymenum.* Bechar. *Transumenum.* Ven. *Transumenum.* Flor. Mediol. cum Magl. *Transimenum.* Paris. *Thrasumenum.* Ald. Iunt. *Thrasimenum.* ABR. GRONOV.

8. NE EODEM TEMPORE MULTIS BELLIS DETINERETUR. Supra Not. VI. 1. 2. et Livius XXIX. 30. 11. BERNEC. — Magis probem, *distineretur.* In quibusdam impress. tamen legas, *gravaretur*, quod et ipsum non malum est, et a manu Iustini esse crediderim, ita ut illud *detineretur* sit illius glossema. Unde enim tanta discrepantia scripturae nata esset? FABER. — Iuntae: *ne multis bellis eodem tempore gravaretur.* Sed praestat cum Fabro *distineretur.* Sic et legendum lib. XXXI. 1. *ne uno tempore duplici bello Romanae vires distinerentur*, hoc est, distraherentur. Aliud est *detineri*, aliud *distineri.* Detinemur longo bello aut obsidione, distinemur duobus pluribusve bellis. GRAEV. — Coll. N. *destinaretur*, pro *distineretur*, quomodo ex coniectura legunt Faber et Graevius. Simili scripturae vitio *destinarentur* exstat in pr. Mediceo pro *distinerentur* infra XXXI. 1. 6. sec. quint. Leid. ed. Ienson. Bechar. Ven. et quinque aliae, *ne m. b. eodem tempore gravaretur.* ABR. GRONOV.

9. DISCRIMEN IMPERII FACIUNT. Vox *imperii* desideratur in MS. Coll. N. Acidalius ad Velleium II. 130. 4. malebat, *faciant.* ABR. GRONOV.

CAP. III.

2. FREQUENTER GRAECIAM INGENTES MOTUS PASSAM. Pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. *frequentes Graeciam inter se m. p.* ABR. GRONOV.

OMNIA ILLA LEVIA FUISSE. Ita habent disertim etiam MSS. mei, ut verum fatear; labor tamen ut vulgatam olim scripturam recipiendam videri censeam, *sed omnia illa ludum fuisse*, ut dixit in Eunucho sua II. 3. 7. Terentius:

ludum iocumque
Dices fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.

MODIUS. — Modius suos quoque MSS. ita disertim habere fatetur: censet tamen vulgatam olim scripturam recipiendam, *omnia illa ludum fuisse*, ut dixit in Eunucho II. 3. 7. Terentius:

ludum iocumque
Dices fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.

Nobis *levia* prae comico illo placet. BERNEC. — Merito Modius probavit veterum editionum lectionem, quam et Iuntina prae se fert: *omnia illa ludum fuisse.* et pluribus asseruit Gronovius Observ. IV. 40. ex Cicerone, Livio, aliis. GRAEV. — In aliis impressis, praesertim in edit. Iuntarum, legitur, *omnia illa ludum fuisse*, quae ve-

rissima lectio est; eaque, nisi iam a Gronovio probata esset, exemplis Graecorum et Latinorum probaretur. FABER. — *Ludum* habent antiquiores typis expressi, interque ceteros Iuntinus quoque teste Graevio. Sed Bongarsius pro eo substituit *levia:* placetque idem et Berneccero; quod vox *ludi* in talibus a solis Comicis usurpata ipsi videatur. Locuti tamen ita et Cicero, ut in Orat. pro Flacc. *Quibus iusiurandum iocus est, testimonium ludus.* item Livius XXXVIII. *Nae tibi, P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris, ludus et iocus fuisse Hispaniae tuae videbantur.* et Valerius Max. V. 1. *Nisi vinum nos defecisset, ista quae tibi relata sunt, prae iis quae de te locuturi eramus, lusus ac iocus fuissent.* Illud *levia*, quod in quibusdam codd. MSS. Iustini est, habendum pro interpretamento, quod ex margine in textum irrepserit. VORST. — Saresberiensis lib. VII. cap. 25. pag. 520. *illa, quae tibi relata sunt, prae his, quae dixeramus, ludus ac iocus fuissent.* ABR. GRONOV.

IN ITALIA CONCURRAT. MSS. *Italiam concursat.* Lege, *Italiam concutiat.* GRONOV. — Sic etiam nostri MSS. omnes, nec quia in quibusdam aliis exstat, *nunc Italiam concursat manus*, ideo legendum esse, ut putat vir praestantissimus, *nunc Italiam concutiat manus*, mihi satis liquet. *Concurrere* sic passim notat confluere, congregari. WOPKENS.

POPULI VIRIBUS COPIARUM. MSS. et vetustae editiones, atque Bongars. *populi et viribus.* ABR. GRONOV.

4. FEROS IGITUR ANIMOS VICTORUM MINUS QUIDEM MACEDONIAE, QUAM GRAECIAE etc. Hoc ad illam notam pertinebit, quae est ad cap. 2. scripta. Sic autem dico, Macedoniam non modo non remotiorem esse, sed et propiorem. Nonne Dyrrhachium Macedoniae urbs est in conspectu Italiae? Nonne Apollonia? At utraque urbs navium Romanarum appulsus seu portus erant. Nonne ibi et Aulon? Itaque non remotior; nam et ex Virgilio et historia veteri facile coniicias non totas sex horas illius freti traiectum postulare; ergo hic legendum *promtior*, id est, animosior, fortior etc. FABER. — Pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. ed. Rom. *feros igitur victoria animos.* quart. Leid. Periz. *f. igitur victorum a.* Ed. Rom. *quia emotior.* ABR. GRONOV.

6. HOC PRAETEXTU. Quint. Leid. Thuan. *Hoc praetexto.* Suetonius Iulio cap. 30. *Et praetextum quidem illi civilium armorum hoc fuit.* ABR. GRONOV.

7. SED NEC ROMANI, TAMETSI POENI ET HANNIBAL IN CERVICIBUS ERANT . . QUIPPE TERREBAT. Ita Livius lib. XLIV. cap. 39. *quanto enim facilius abire fuit, quum procul abessemus, quam nunc, quum in cervicibus sumus.* Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *sed nec Romani, quibus Poeni.* et *nam terrebat.* ABR. GRONOV.

8. VETUS MACEDONUM DEVICTI ORIENTIS GLORIA. Iuntae et aliae vetustae editiones, *vetus Macedonum virtus*, quod cum et Angli in optimo codice repererunt, merito cum illis recipio. GRAEV. —

Antiquiores editiones una voce pleniores sic habent, *Vetus Macedonum virtus et devicti Or. gl.* VORST.

VETUS MACEDONUM VIRTUS, ET DEVICTI ORIENTIS GLORIA. Hanc scripturam etiam nostri firmant, nisi quod prima manus Dorv. 3. dederit, ut male habent alii libri, *vetus Macedonum devicti Orientis g. Studium aemulationis* dixit hic, ut lib. XXXVIII. 4. *Non Romanorum illi vires obstitisse, sed domesticae* aemulationis *atque invidiae* studium. WOPKENS.

CAP. IV.

1. IGITUR PHILIPPUS, CUM ITERATO PRAELIO etc. Pr. Med. sec. quart. quint. Leid. Thuan. *cum iterato victor.* Magl. ed. Rom. *cum it. proelio victores Poenos didicisset, aperte hostem se* (ed. R. *se hostem*) *prof.* ABR. GRONOV.

2. LEGATUM DEINDE AD ANNIBALEM. Vide Livium XXIII. 31. qui in vincula conditos Philippi legatos scribit. BONGARS.

INCOLUMIS DIMISSUS, NON IN HONOREM REGIS. De Xenophane Philippi legato ac suis Livius lib. XXIII. ita ait: *Captivis in vincula conditis, comitibusque eorum sub hasta venditis* etc. de dimissione eorum nihil. sed id variatum puto in historia, quia Xenocrates paulo ante M. Valerium, in cuius manus inciderat, deceperat. GLAREAN.

4. LAEVINUM PRAETOREM. M. Valerius Laevinus praetor M. Marcello et Q. Fabio Maximo Coss. a Romanis, precibus Apolloniatum, contra Philippum missus. Livius XXIV. 40. BONGARS.

AD PROHIBENDUM TRANSITUM. Cave contra codices *transitu* legendum hic putes, cum Cl. Oudendorpio, ad ista Frontini Strat. I. 6. 2. *Idem, hostibus tergum prementibus, flumine interveniente non ita magno, ut* transitum prohiberet, *moraretur tamen* (sc. transitum) *rapiditate, alteram legionem in occulto citra flumen collocavit* etc. Ita enim illic lego, eiecta particula *dum* ante *flumine interveniente. Prohibere alicui rem*, et *prohibere aliquem re*, promiscuae Latinis phrases sunt: et casu personae non addito, melius *rem*, quam *re prohibere* dicitur. Livius IV. 34. *In* traiectu *forte fluminis* prohibendo, *aliquarum navium concursum in maius, ut fit, celebrantes* etc. lib. XXIII. 29. *Non tam victoria, quam* prohibito *Asdrubalis in Italiam* transitu *laetabantur.* lib. XXVI. 41. *ut pro ripa Iberi stantes*, arceamus transitum *hostis*. Sulp. Severus H. S. I. 22. *Sed Iordanis flumen validissimum* transitum prohibebat. Augustinus de C. Dei lib. X. 8. *Obvios hostes* transitumque prohibentes.. *prostratos*. Nep. Hann. cap. 3. *Alpicos conantes* prohibere transitum *concidit*. Hanc enim lectionem cum Bosio approbo, licet *transitu* in compluribus MSS. conspiciatur. Ovidius Metam. XIV. 636.

Et accessus prohibet *refugitque viriles.*

Saxo Gramm. I. pag. 12. *Quorum fastigio oppugnationis* aditum prohibente etc. Hirtius B. Afric. cap. 31. *Tum egregias munitiones castro-*

..m.. aditum hostibus prohibebant. Caesar B. Civ. II. 35. *Quum lo-i natura et munitio castrorum* aditum prohibebat. ubi haudqua-m reponendum cum viro laudato *aditu*. Sic prohibere *commeatus* ...it Iustin. XVIII. 7. cum Vegetio de Re Mil. IV. 7. *Prohibere* ...am. Vulg. Int. Actorum X. 47. *Prohibere usum equitatus*. Dictys ...t. I. 28. ubi frustra Heinsius *usu* volebat, ut illic vidimus. *Pro-...ere, arcere mortem*, Sallust. Fragm. III. 10. et Tacit. Ann. ...I. 10. Wopkens.

5. Qui cum in Graeciam traiecisset, multis promissis impel-...r Aetolos. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *qui cum in ...r. venisset, promissis multis impulit Aetolos*. Abr. Gronov.

6. In Romanorum bella sollicitat. Coll. N. *suscitat*. Abr. ...onov.

8. Nec non et ab Illyriorum rege lateri eius inhaeren-...s. In verbo *haerentes* amphibolon est. Num *haerentes lateri re-...s Illyriorum*, an *haerente* legendum? ut sit sensus: exigebant pro-...a ab Illyriorum rege Demetrio, haerenti lateri eius scil. Philip-... quippe qui Demetrius in bellum Romanum Philippum impule-... Sed *haerentes* malim de civitatum legatis intelligere. Gla-...n.

Nec non Illyriorum reges lateri eius haerentes assiduis ...cibus promissa exigebant. Iuntae rectius: *Nec non Illyriorum ...x, lateri eius haerens, assiduis precibus promissa exigebat*. Sane ...us Demetrii meminit in capite secundo, qui Philippum in bella ...anorum impulerit. Iuntinam secuti sunt Angli. Paulo ante: ...ita cum rege Attalo societate. Iuntae: *inita cum rege Att. soc.* ...aev. — Optime in illa Iuntarum editione, ut monitum a Grae-... est, *nec non Illyriorum rex lateri eius haerens, assiduis pre-...us promissa exigebat*. Neque enim plures, solus Demetrius erat. ...er.— Mirum quinam plures illi Illyriorum reges fuerint, qui Phi-...i lateri haeserunt. Paulo ante sane unus tantum Illyriorum rex ...moratur, qui Philippum in bellum Romanorum impulerit, nomine ...etrius. Cui plane convenienter editio Iuntina teste Graevio et ... habet numero singulari, *Illyriorum rex lateri eius haerens pro-...issa exigebat*. Vorst. — Recte illud *reges* suspectum habent, cum ...rii non habuerint, nisi regem unum, Demetrium. Nec tamen ...cesserim, lectionem veram esse editionis Iuntinae, tot mutantis ...abula, quae in codicibus MSS. aliis leguntur, et pro *reges*, *rex*, ... *haerentes*, *haerens*, pro *exigebant*, *exigebat* praeferentis. Po-... emendatoris alicuius ista sunt quam Iustini. Ipsum puto *Illy-...rum legationes* scripsisse, verum τὸ *legationes* postea contracte ...natum in *leges*, quod cum scribae nullum videretur habere sen-...m, qui codicem istum tractabat, ex eo fecisse *reges*. Scheff. — ...ec *non et Illyriorum rex lateri eius haerens, assiduis precibus ...romissa exigebat*. Ita in Iuntina legi monuit Cl. Graevius; verum ... eadem atque etiam Aldina non exstat *eius*, quod MSS. et reli-...ae editiones repraesentant, sed *eorum*. Abr. Gronov.

9. Non quia facere posset etc. Livius XXXI. 46. 4. *Aetoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi.* et XXXIV. 12. 2. *Cato auxilia rogantibus sociis spem pro re ostentandam censet, saepe vana pro veris, maxime in bello, valuisse; et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia et sperando atque audendo servatum.* Adde eundem XXXIV. 59. 6. et Tacit. Hist. III. 25. Bernec.

10. Absentiam eius aucupantes. Cic. pro Flacco 39. *Cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur?* Gronov. — Lactantius de Mort. Persec. cap. 9. *aucupans exitus rerum.* Hegesippus lib. I. cap. 9. *Eius absentiam aucupatus Alexander.* Saxo lib. III. pag. 51. 43. *rerum occasiones aucupor.* et lib. XIV. pag. 287. 46. *opportunitatem occupandae gentis aucupatus. Imminere* etiam eadem notione occurrit apud eundem lib. VII. pag. 123. 1. *circumpositis imminere provinciis.* ubi vide Cl. Stephanium. et lib. XIII. pag. 230. f. *Danis infatigabiliter imminens.* Abr. Gronov.

11. Pacem facit. Publio Sempronio in provincia proconsule. Livius XXIX. 12. Bernec.

Contentus interim bellum Macedonicum distulisse. Contra mentem auctoris haec sunt, et contra libros etiam omnes notae melioris, in quibus est, *contentis interim bellum Macedonicum distulisse.* recte. de Romanis enim haec accipienda, non de Philippo: qui Romani cum distinerentur bello Punico secundo, etsi iniurias sibi illatas a Philippo putabant, tamen satisfieri sibi passi sunt, ne ille quoque ad Annibalem hostis accederet; in tempore et per occasionem de Macedonum rege vindictam sumpturi. Porro etiam ultima huius libri sic, si mei iudicii res sit, legerim: *Quibus illi cognitis vitatisque, desciscere ab eo Achaeos auctoritate sua cogit.* quomodo fere etiam suos MSS. habere Bongarsius fatetur. Modius.

Contentis. Ita scripsi de sententia Modii, ipsiusque in variantibus Bongarsii, ex fide MSS. omnium notae melioris, cum editiones quas viderim omnes *contentus* habeant, contra mentem auctoris. De Romanis enim haec accipienda, non de Philippo: qui Romani cum distinerentur bello Punico secundo, etsi iniurias sibi illatas a Philippo putabant, tamen satisfieri sibi passi sunt, ne ille quoque ad Annibalem hostis accederet; in tempore et per occasionem de Macedonum rege vindictam sumturi. Bernec.

Discedere. Modius *desciscere* mavult, quomodo e MSS. Bongarsianis unus habet. Bernec. — Pr. Med. sec. quint. Leid. cum MS. Bong. et Modianis, *desciscere ab eo A.* ut infra XXXVI. 3. 9. *Iudaei cum a Demetrio descivissent.* Livius lib. XXVIII. cap. 27. *qui a patria descistis.* Hegesippus lib. I. cap. 34. *Quid miraris, si a te desciscere fecit Cleopatra Antonium.* Ita MS. Vulg. *desistere.* Abr. Gronov.

COMMENTAR. IN LIB. XXX.

CAP. I.

2. Adiuncta. Parum abfuit quin MSS. omnium lectionem, *adstructa*, in contextum admiserim; quam vocem Nostro supra quoque XXIII. 3. 12. ex bonis auctoribus adstruximus. Bernec. — Quoniam MSS. quidam, ut Bongarsius testatur, pro *adiuncta* habent *adstructa*, genuinum hoc ipsum indico; quia enim rarius hoc quam illud est, non verisimile est a librariis id profectum esse. Plinius Paneg. *Sibi accrescere putat quod cuique adstruatur.* Item: *Nihil felicitati suae putat adstrui posse.* Vide et Nostrum supra XXIII. 3. 12. Vorst. — Magl. ed. Bechar. Ven. Flor. Ald. Iunt. *Nam regno parricidio obtento.* Pr. Med. Reg. Bodl. pr. sec. tert. Leid. Coll. N. Thuan. Periz. ed. Rom. *caede etiam fratris* (pr. Leid. *patris*) *adstructa.* Magl. sec. Leid. *et neci utriusque parentis etiam c. fr. adstructa.* Quae constructio priore usitatior est. Seneca lib. VI. de Benef. cap. 23. *et omnes alias impudentis animi voces his adstrue.* Plinius lib. IX. cap. 35. *quaerente eo, quid adstrui magnificentiae posset.* et Plinius iunior lib. IV. epist. 17. *quantum ille famae meae domi adstruxit.* Adde quae notarunt Viri docti ad h. l. et supra XXIII. 3. 18. atque ad Ovidium lib. II. de Arte v. 519. et Nob. Heinsius ad Petronium cap. 119. Abr. Gronov.

Regis mores omnis secuta regia etc. Cicero Famil. I. Epist. 9. ex Platon. lib. IV. de Legib. hoc dictum refert: *Quales in respub. Principes essent, tales reliquos solere esse cives.* Cuius dicti veritatem pluribus et testimoniis et exemplis confirmat Gruterus Dissert. VI. ad Tacitum. Bernec. — Praefero quod impressi quidam habent *regio.* Sane quod subiicitur de exercitu omni, non ad *regiam*, sed *regionem* pertinet. Scheff. — Ut cum impressis quibusdam mavult Schefferus *sequuta regio erat*, sic cum Oxon. et Franeq. etiam Dorv. 2. et 3. repraesentant. Wopkens. — Periz. *regis quoque mores.* Reg. Coll. C. C. ed. Bechar. Ven. Med. Paris. *regio erat.* Ald. Iunt. *regisque mores omnes sec. regio erat.* Abr. Gronov.

4. Antiochus rex Syriae. Appian. Syr. D. Hieronymus in Danielis cap. XI. Bongars. — Cui cognomen Magno. Anonym.

5. Trepidare igitur Ptolemaeus; legationibus missis, quoad vires pararet, morari Antiochum. Coll. N. *et legationibus emissis.* Ald. Iunt. *Trepidat igitur Ptolemaeus, leg. missis, quibus vires paret, m. A.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *Trepidat ig. Ptolemaeus, et per legationes, quousque vires paret, rogat morari Ant.* Abr. Gronov.

6. Magno deinde in Graecia exercitu conducto. Periz. *m. d. exercitu in Gr. cond.* pr. med. Magl. sec. quart. Leid. *m. d. ex. in Graeciam c.* Abr. Gronov.

SI FORTUNAM VIRTUTE IUVISSET. Franeq. ac Dorv. 3. cum alio MS. et ed. vetere, *si fortuna virtutem iuvisset:* male, ut ex sequentibus liquet. Sic autem Caesar de B. Civ. III. 73. *Si non omnia caderent* secunda, fortunam *esse industria sublevandam.* Livius I. 34. *Et ipse quoque* fortunam *benigno alloquio . . quos poterat sibi conciliando*, adiuvabat. Contrarium illud Lucani I. 393.

Ne quo languore moretur
Fortunam.

WOPKENS.

7. SED CONTENTUS RECIPERATIONE . . . . FACTA PACE. Particulam *sed* male omittunt Med. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. eaque absorpta fuisse videtur ab ultima syllaba proxime antecedentis verbi *iuvasset.* Eaedem editiones, *factaque pace.* ABR. GRONOV.

MATERIAM QUIETIS ADRIPUIT. Saxo lib. VII. pag. 143. 6. *futurae cladis materiam ultronea belli instructione molitus.* lib. XIV. pag. 258. 52. *cum neque trahendi diutius belli materiam circumspiceret.* et pag. 359. 44. *Sclavos nusquam dilabendi materiam habituros.* Supra XXII. 4. 3. ex Periz. *invenisse se victoriae materiam.* ABR. GRONOV.

AGATHOCLIAE. Meminit Plutarch. in Erotico cap. 10. vulgo *Agathocleae.* quomodo habet et Hieronymus in Danielem. BONGARS. — Quomodo promiscue *Darius* et *Dareus*, *Media* et *Medea* in MSS. invenias. Nam *ει* Graecorum utralibet vocali Latinis effertur. BERNEC.

8. MAIESTATIS OBLITUS. Ovidius Metamorph. II. 18.

Non bene conveniunt, nec eadem sede morantur
Maiestas et amor.

BERNEC.

CREPUNDIA. Vulgo *tripudia.* Lectionem veterem in tanto librorum consensu si non amplectar, impudens sim. Nimis basilicum est, et Alexandreum, quod solvere non possis, rescindere. *Crepundia* videntur his esse *χροτοπαίγνια*, crepitacula, sistra Aegyptiaca, crotala, quibus in saltationibus utebantur veteres, maxime orientales populi: ut apud Maronem Syra,

Crispum sub crotalo docta movere latus.

Crepundia Plauto Mil. Glorios. V. 1. 6. sunt instrumenta puerilia.

Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.

Martialis Apophor. Ep. 54. *crepitacula* vocat. Vulgata lectio confirmari potest loco Sallustii, qui est in Catil. 25. 3. *Psallere, saltare elegantius quam necesse est probae: multa alia, quae sunt instrumenta luxuriae. Sed ei cariora quam decus atque pudicitia semper omnia fuere.* Ita in MSS. libris Sallustii legi. BONGARS. — Videndus omnino Scaliger pag 255. Commentar. in Copam incerti autoris, quae extat in appendice Virgiliana: itemque notata ad Sueton. Calig. 54. 4. BERNEC.

9. NEC IAM SPECTATOR REX. Tert. Leid. *et iam non sp. r.* ABR. GRONOV.

10. HAEC PRIMO LABORANTIS REGIAE TACITAE PESTES ET OCCULTAE FUERUNT. Forte, *Hae primo laborantis* etc. sup. XVIII. 3. *Is* ... *aliis videri furor.* ubi etiam vulgo editur, *id primum.* GRO... — MS. Iuntae cum aliis vett. edd. *Haec primo labentis regiae* ...*ta pestis et occulta mala fuerunt.* Lego: *Haec prima labantis* ...*iae tacita pestis et occulta mala fuerunt.* *Labans regia* est mi... ruinam. Sic *labans disciplina* Liv. I. 36. GRAEV. — Haec ...tia tunt et languida, atque ut opinor, mutila. In impress. et in MS. est, *et occulta mala fuere.* sed *mala* glossema est alicu... vocis, quae hinc effluxerit, ut solet. Ratio est, quia *pestes* est ...id validius multo et vehementius quam *mala*, quod et tenue est ...debile. Credo Iustinum scripsisse, *et occulta venena fuere.* FA... — *Labentis* pro *laborantis* etiam Dorv. 2. ut et alii libri. In ...v. autem 1. 2. ac 3. cum aliis porro legitur, *tacita pestis et oc...* ...*mala fuere.* Quid si legamus, *Haec primo laborantis regiae* ...*ta peste, occulta mala fuere?* ut *pestilentia laborare*, lib. XVI. ... WOPKENS. — *Hae primo* malebat Avus ad h. l. et Senecam ...l. ad Marciam cap. 19. Pr. Med. Magl. ed. Ienson. Bechar. ... Iunt. Ald. *Haec primo labentis regiae*, et cum Bodl. Thuan. ... *tacita pestis et occulta mala fuere.* Pro *labentis* Cl. Grae... legit *labantis*: idemque participium Livio lib. I. cap. 1. resti... Avus. Cicero pro Mil. cap. 25. *Sed quis non intelligit, omnes* ...*rei publicae partes aegras et labantes, ut eas his armis sa...* ...*et confirmares, esse commissas.* Idem Phil. II. cap. 21. *la...* ...*tem et prope cadentem rem publicam.* Ita in Mauriciano codice ..., margini editionis Lambini adscripsit Gruterus. Vulgo, *laben...* ... Littera A in E scripturae vitio etiam aliquoties transiit in ...ce Pandectarum Florentino; ut L. 27. de Pactis. *tentum.* L. 31. ... de Neg. gest. *imputeri.* L. 7. de Dolo m. *elegenter.* ABR. ...OV.

TACITAE PESTES ET OCCULTAE. Synonymia prorsus otiosa. Im... ...i quidam habent, *et occulta mala*, una voce auctius. Sed et ... suspectum. Cur enim pestibus mala subiiciat? Puto plane verba ...*occulta mala* irrepsisse in textum ex glossa, qua quis illas *taci...* ...*pestes* explicare voluerat. SCHEFF.

CAP. II.

1. DEINDE CRESCENTE LICENTIA. Saxo lib. XI. pag. 207. 36. ...*re crescente audacia.* Plerique MSS. *dehinc.* ABR. GRONOV.

3. ACCEDEBAT ET MATER. Videtur convenientius, quod habetur ...MS. quodam, *Accendebat*, ut referatur ad illam meretricis auda..., de qua praecessit. Certe illud *accedebat* non satis explicat ...entiam loci. SCHEFF. — Sensus: ad meretricis Agathocliae au... ...iam accedebat quoque matris illius Oenanthes audacia: ut neuti... cum Scheffero ex quodam MS. legendum sit *accendebat.* For... ...simili S. Rufus Brev. cap. 24. *Aureliani imperatoris gloriae Ze-*

nobis *Odenathi uxor* accessit. Sulp. Severus Dial. II. cap. 5. *Etenim ad animum illius immitem ac superbum* uxor accesserat *Arriana, quae totum illum a sancto viro .. averterat.* quem locum sic imitabatur Gregorius Turon. H. Francorum VIII. 29. *Ad cuius animum acerbum atque immitem* coniux accesserat *saevior, quae illum in committendis sceleribus nequissimis* (leg. *nequissimi*) *consilii stimulis perurgebat.* Confer Ammian. XIV. 1. *Cuius acerbitati* uxor *grave* accesserat *incentivum, germanitate Augusti turgida supra modum* etc. Livius II. 42. Accessere *ad aegras iam omnium mentes prodigia coelestia* etc. Sic *Poeni* et *Galli* pro cladibus a Poenis Gallisque acceptis supra lib. XXVIII. 2. WOPKENS.

OENANTHE. Huius meminerunt Plutarchus Cleomene cap. 46. Polybius XV. 27. et 31. Athenaeus VI. 13. In vulgatis editionibus *Euanthe* corrupte legitur. BERNEC.

4. ITAQUE NON CONTENTAE REGE etc. Ptolemaei mores Claudius egregie retulit apud Sueton. cap. 29. qui *libertis uxoribusque addictus, non principem se, sed ministrum egit, compendio cuiusque horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est, et quidem inscius plerumque et ignarus.* Talis et Imp. Arcadius apud Zonaram in eius vita. BERNEC.

REGNUM POSSIDENT. *Quid enim interest, utrum feminae gubernent, an qui gubernant, gubernentur a feminis?* inquit Aristoteles Politic. II. 7. BERNEC.

IAM COMITANTUR. Verbum *comitari* passivo sensu legi alibi quoque scio apud bonos scriptores. Hic tamen suspectum mihi est, quasi natum sit ex glossa sequentium, *Agathocles regis lateri iunctus.* SCHEFF. — Illud *iam comitantur* immerito suspectum fuit Scheffero, ut vidit Burmann. ad Ovid. Trist. I. 9. 31. ubi *comitari* ita in passivo dici, ex observatis Heinsii manifestum est. De iterato *iam* dixi ad lib. IV. 1. 16. WOPKENS.

5. DUCATUS MULIERES ORDINABANT. Sueton. in Augusto 46. *Equestrem militiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat.* Capitolin. in Pertinace 9. *Dum aulicum famulitium ordinaret.* GRONOV.

6. RELICTO QUINQUENNII . . FILIO. Malim cum aliis edd. nec non Dorv. 1. 2. aliisque MSS. *quinquenni.* WOPKENS.

7. RE TAMEN COGNITA. Mallem *re tandem*, quomodo habetur in MS. quodam Bongarsiano, nam illi *diu*, quod praecedit, rectius respondet. SCHEFF. — MS. Bongars. *re c. tandem.* Magl. *re tandem c.* quomodo legit Schefferus: verum *tamen*, quod dant reliqui MSS. eleganter hoc loco usurpatur, subintellecta particula *quidem* in praecedentibus, *sed mors eius diu occultata fuit.* ABR. GRONOV.

IN ULTIONEM EURYDICIS. Iuntae bene: *Eurydices.* Eurydice enim *Εὐρυδίκη* Graecis est. GRAEV. — Editur vulgo *Eurydicis.* Sed rectius editio Iuntina teste Graevio, *Eurydices.* Est enim Graece *Εὐρυδίκης.* VORST.

8. MORTE REGIS, SUPPLICIO MERETRICUM. Magl. Ald. Iunt. *m. regis, et s. m.* ABR. GRONOV.

PUPILLI SUSCIPERENT. Magl. *reciperent.* ABR. GRONOV.

TUERENTURQUE REGNUM. *Quippe iam gentium reges, duces, populi, nationes, praesidia sibi ab hac urbe petebant.* Florus II. 7. 8. BERNEC.

CAP. III.

1. CAUSAM BELLI ADVERSUS etc. Intelligebant nimirum Romani, quantum interesset famae, et per hanc potentiae, iniqua bella non gerere. Vide et Freinshemium ad Florum II. 8. 1. VORST. — Decem MSS. ed. Rom. *causas belli;* ut supra XXIV. 1. 3. *causas belli praetendentes.* Adde h. l. cap. I. 8. et infra XXXIV. 1. 3. et XXXVIII. 1. 6. ABR. GRONOV.

QUI INSIDIATUS EIS TEMPORIBUS PUNICI BELLI FUERAT. In Dorv. 2. et 3. non comparet pronomen *eis*, nempe Romanis: nec inconcinne illud abfuerit. Velleius II. 21. *Ut omnia ex proprio usu ageret*, temporibusque insidiari *videretur et huc atque illuc, unde spes maior adfuisset potentiae, se exercitumque deflecteret.* Livius XXIII. 35. *Huic Gracchus* insidiandum tempori *ratus . . castra Campana . . invadit.* Confer eundem lib. XL. 57. *Duplex inde commodum futurum, si et Dardani, gens semper infestissima Macedoniae*, temporibusque *iniquis regum* imminens, *tolleretur, et Bastarnae* etc. Sic *somno alicuius insidiari*, Sulp. Severus H. S. I. 39. ubi alia. WOPKENS. — Pronomen *eis* nesciunt Medicei, Thuan. Bodl. quatuor Leid. Periz. ed. Bechar. Med. Paris. Auctor lib. II. Maccab. 9. 25. *Ad haec considerans de proximo potentes quosque et vicinos temporibus insidiantes, et eventum exspectantes.* Cl. Crusius im Probab. Crit. cap. 2. pag. 13. malebat: *quia insidiatus is temporibus b. P. f.* Medicei, Magl. sec. Leid. Periz. *belli Punici.* ABR. GRONOV.

2. POENIS ET HANNIBALE SUPERATO. Thuan. pr. tert. quart. Periz. Coll. N. MSS. Bongars. ed. Rom. *superatis.* Vulgatum reliqui MSS. tuentur. ABR. GRONOV.

REPUTANTIBUS QUANTUM METUM. Praecedit *metuebant* scil. Romani: et tamen sequitur *reputantibus:* quod quidem ad eosdem illos Romanos pertinet. Huius igitur generis plura ad II. 13. 6. et VIII. 50. 10. vide. VORST. — Videri posset legendum *metuebant, reputantes*, vel *metuebantur reputantibus.* Sed amat ita ablativis absolutis uti Noster pro nominativo aliove casu, ut vidimus ad lib. II. 3. 16. Ceterum Dorv. 1. et 3. cum Franeq. aliisque *Poenis et Annibale superatis.* Nec tamen deterior edita lectio, ac tralaticiae sunt syllepses istiusmodi. Livius III. 66. *Et tribunis et plebe* incitata *in patres.* et lib. VIII. 1. *sauciis ac parte impedimentorum* relicta. Dictys Cret. III. 20. *Manibus vultuque* supplici *ad Achillem venit.* Addatur Noster lib. XXIV. 7. *Animos hostibus, forsitan et auxilia*

accessura.. lib. XXVIII. 8. Proiectoque *in vulgus diademate ac purpura.* lib. XXXVIII. 4. *Bellumne sit cum Romanis an pax* habenda. Sallust. Catil. cap. XI. *Avaritia . . corpus animumque* virilem effeminat. Livius IV. 9. *Quorum causa atque initium traditur ex certamine factionum* ortum. lib. V. 19. *Iam ludi Latinaeque* instauratae *erant.* et millies alibi. Unde nihil mutandum Cicer. de Offic. I. 19. *Ut quisque est* altissimo *animo et gloriae cupiditate* (sc. altissima: quomodo *altam cupiditatem* dixit Ammianus XXXI. 10.) ubi Heumann. in Parergis legebat *et gloriae cupidiore.* Wopkens.

Parva manu Macedonum. Octo MSS. *parva Macedonum manu.* Abr. Gronov.

3. Antiocho et Philippo denuntient, regno Aegypti abstineant. Dorv. 2. cum veteribus edd. *Antiocho et Philippo ut a regno Aegypti abstineant, nuntient.* Et sic *nuntiare* saepe valet alicuius nomine rogare vel postulare. Lib. XXVI. 1. *Iubet observari fores tyrannoque* nuntiari, *mitteret, qui* etc. Livius XXXVII. 36. *Abi*, nuntia *meis verbis, bello absistat.* lib. XLIII. 1. *Cassium Consulem ubicunque sit persequantur:* nuntient, *ne bellum cum ulla gente moveat* etc. lib. XXV. 22. *Legatos ad consules mittunt . . qui* nuntiarent, *ut reliquias . . colligerent.* ubi nollem illud *qui nuntiarent* eliminandum visum fuisse viro κριτικωτάτῳ, quoniam hoc quidquid sit περισσολογίας, apud eundem lib. XXX. 26. lib. XLII. 26. et alibi occurrit, ut vidimus ad Sallust. Iug. cap. LXII. 3. ubi frustra itidem Cortius. Rursus Livius XLII. 24. *Gulussam placere . .* nuntiare *patri ut de iis . . legatos quamprimum ad senatum mittat.* Haud tamen apud Iustinum moverim compositum verbum *denuntient.* Supra lib. XXVIII. 1. *Ut legati mitterentur, qui* denuntiarent *Aetolis, praesidia deducerent.* infra XXXI. 1. *Legatos ad eum Senatus mittit, qui* denuntiarent *ei, abstineret regno pupilli.* Vide lib. I. 6. 11. et XXXIII. 1. 2. Wopkens.

4. Mittitur et M. Lepidus in Aegyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret etc. Qua de re ita Valerius Maximus VI. 6. 1. *Cum Ptolemaeus*, inquit, *rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, Senatus Marcum Aemilium Lepidum, Pontificem Max. bis Consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandream misit; amplissimique et integerrimi viri sanctitatem, reipub. usibus et sacris comparatam externae procurationi vacare voluit, ne fides civitatis nostrae frustra petita existimaretur.* et exstant hodieque denarii argentei cum inscriptione M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. in quorum parte versa capiti turrito subscriptum est, ALEXANDREA. Modius. — *M. Lepidus.* Pompeium insulse habet L. Ampelius. Hoc exemplum est imitatus Tiberius, referente Tacito II. Ann. 67. 6. De Lepido ita Val. Max. VI. 6. 1. *Cum Ptolemaeus rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, Senatus M. Aemilium Lepidum Pont. Max. bis Consulem, ad pueri tutelam gerendam Alexandriam misit; amplissimi et integerrimi viri sanctitatem reipubl. usibus et sacris operatam, externae procurationi vacare*

voluit; ne fides civitatis nostrae frustra petita existimaretur. Huic narrationi suffragantur antiqui denarii argentei, repraesentantes in uno latere urbis Alexandriae faciem, cum corona murali turrita, cui subscriptum antique, ALEXANDREA: in altero M. Lepidum togatum senem calvum, qui a dextris stantem adolescentulum cum sceptro in manu, diademate regio coronat, hoc adscripto titulo: S. C. M. LEPIDUS PONT. MAX. TUTOR REG. ut testatur Steph. Vin. Pighius Annal. Rom. Tom. II. pag. 404. ubi tamen Nostro prochronismi litem movet. Vide locum, et expende. BERNEC. — Sec. Med. Periz. ed. Ven. Flor. Ald. Iunt. *administraret.* ABR. GRONOV.

5. LEGATIONES ATTALI REGIS. Periz. ed. Bechar. Ven. et quinque aliae, *legati.* ABR. GRONOV.

6. LEGIONESQUE CUM CONSULE. Ita MSS. duo: ceteri omnes, *legationesque cum conditionibus pacis.* Error ex notarum compendio: *cum CONS.* interpretati sunt *cum conditionibus* et ad id sequentia invitabant, *deinde cum expositae conditiones pacis a Rom. essent.* Missus autem est consul post P. Sulpitium Galbam, et P. Villium Tappulum *T. Quinctius Flamininus.* ita vett. libri, et recte, ne Flamininos patricios cum plebeiis Flaminiis confundamus. Hoc non animadversum, auctorem libelli de Viris Illustribus, sive is Aur. Victor, sive quis alius, in foedum errorem induxit, ut hunc Flaminii eius, qui ad Thrasimenum lacum occubuit, filium arbitraretur, ut alii docuerunt, inepte. Hic tamen Plutarcho ubique *Φλαμίνιος* dicitur. BONGARS.

8. CONDITIONES PACIS. Quas vide apud Livium XXXII. 33. 2. etc. BERNEC.

9. CONCEDEBAT. Putida oratio, *concedebat se adduci posse.* Quin scribendum, *contendebat.* Haec Val. Acidalius ad Velleium II. 130. 8. quem vix tamen est ut sequamur. BERN. — Quomodo Acidalius ad Vellei. Paterc. II. 130. 1. legendum hic statuit *contendebat* pro *concedebat*, sic legitur in Dorv. 1. ac Bodleiano MS. Et alibi ita verba *contendere, affirmare* apud Nostrum pro declarare veniunt. Lib. IX. 4. *Huius constantiae fuerunt, ut omnes se auctores faterentur, meliusque cum rep. actum, cum damnati essent, quam cum restituti,* contenderent. Non tamen cum viro illo acuto putidam orationem dixerim *concedebat se adduci posse.* Cicero pro L. Manilia cap. XVII. *Quod ea omnia . . vera esse* concedunt. De Oratore II. 90. *Ut ita ista esse* concedam, *inquit* etc. Sic ille de N. Deor. I. 32. aliique. WOPKENS. — Saxo lib. XIV. pag. 253. 32. *Olavus adduci se posse negabat, ut in hanc vocem, inconsulta patriae maiestate, procurreret.* et lib. XIV. pag. 313. 5. *praefatus, se, exstante eo, cui primam militiae fidem dederit, alius militem non futurum, nec adduci posse, ut pristinum obsequium recenti permutet.* Bodl. Magl. *contendebat*, quomodo legit ex coniectura Acidalius. ABR. GRONOV.

MACEDONICI IMPERII SUBACTOS. Pr. Med. Periz. *subiectos.* sec. Med. *redactos.* ABR. GRONOV.

10. DUORUM MENSIUM DATAE. Ed. Rom. Ven. Flor. Ald. Iunt. sex *datae.* ABR. GRONOV.

CAP. IV.

1. EODEM ANNO INTER INSULAS THERAM ET THERASIAM. *The-ram* hoc loco legendum, non *Theramenem.* Tractat eundem locum Strabo lib. I. et Plinius lib. II. cap. 87. ubi ait factum hoc Olym-piadis CXXXV. anno quarto: ibi ego legendum puto *Olympiadis* CXXXX. *anno quarto:* idque ex supputatione retrograda ab anno quin Tiberii, quando Thia enata narratur fine huius capitis. GLAREAN. — Imo iam multis annis, antequam haec gesta sunt, fuit motus ille te-rae. Contigit enim Olympiadis CXXXIX. anno. 1. ut constat Polybio et Eusebii Chronico. Plinius tamen lib. II. Nat. Hist. ca 87. inquit, Automatam sive Hieram (de qua omnino capienda ver Iustini) enatam esse inter Theram et Therasiam insulas, Olympia CLVI. anno 2. Quod quomodo fieri potuerit, non video. VOSS. — Th ramenis insula hic, ut et supra XIII. 7. 2. pro *Thera* accipitur. Str lib. I. pag. 36. f. ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας. Vide et Plini II. 87. et Eusebium in Chronico, et Senecam Natural. Quaest. VI. 2 cuius locus mendosus est, nec satis explicatus ab annotatore. Bo GARS. — Adde Livium XXXIX. 56. 6. Plinium IV. 12. m. Am mian. XVII. 16. Munster. Cosm. I. 3. BERNEC. — Scripsi *Ther* pro *Theramenem*, quomodo sup. XIII. 7. 2. *Therae* pro *Theramen* quoniam editio Iuntina supra manifeste *Therae* habet, ceterique omn qui eius insulae mentionem faciunt, *Theram* eam vocant. VORST.

MEDIO UTRIUSQUE RIPAE ET MARIS SPATIO, TERRAE MOTUS FU Sec. Med. *medio utriusque ripae maris sp.* Vincentius lib. VI. cap. 5 *terrae motus factus est.* ABR. GRONOV.

2. NAVIGANTIUM. An *habitantium?* FREINSHEM. — Suspic batur Freinshemius *habitantium* pro *navigantium.* Sed lectio vu gata retinenda. Seneca VI. Quaest. Natur. 22. *Theram nostrae a tatis insulam, spectantibus nautis, in Aegaeo mari enatam.* SCHE

INSULA EMERSIT. Dicebatur *Thia*, teste Pompon. Mela II. c ult. GRAEV.

3. RHODUM. Quam insulam tamen Europae Diodorus XVIII. annumerat. Sed Asiae contribuit etiam Epitome Livii LXXVII BERNEC.

LABE. A *labendo labem* dixit, ut et supra XVII. 1. 5. et Ci cero de Legib. II. 15. *Quamobrem ille quidem sapientissimus Gra ciae vir, longeque doctissimus, valde hanc labem veretur.* *Labe* etiam χάσμα esse, et hiatum, notatum est ex ICtorum libris, M. Cicer. de Divinat. I. 35. et 43. Haec vox cum librariis ess insolens, vertit in *mole.* Hoc terrae motu Rhodium colossum rui Eusebius refert. BONGARS.

4. ORIENS ROMANORUM IMPERIUM VETUS GRAECORUM AC MA-CEDONUM VORATURUM. Vincentius: *or. Rom. imperium mansurum vetus autem ac Macedonum vacaturum.* ABR. GRONOV.

6. Instructis e diverso hostibus produxisset. Saxo lib. II. pag. 122. 23. *quem cum, productis e diverso copiis, militum numero praestare videret.* Hegesippus lib. V. cap. 20. *quibus e diverso Iohannes, princeps seditionum, cuniculum suffodit.* Abr. Gronov.

Bactros. Sec. Med. Periz. *Bactrianos.* Abr. Gronov.

Et omnem Asiam Orientis finem. MS. cum Iuntis: *Orientis fine.* Graev. — Id ita legitur in multis, sed in quibusdam Impr. et MSS. etiam est, *Orientis fine*, quod idem valet atque, Orientem usque. Ex Salustio Bongarsius. Hinc est quod in sermone Italico, Fin, et *Fino*, pro *usque* sumuntur. Faber. — Plane lectio haec mala. Quomodo enim Asia finis Orientis? Scriptum quondam fuit, usque *in Orientis finem*, sed praepositionem *in* praecedens littera totidem constans lineis, intercepit. Nisi malumus *Orientis fine*, quod MS. et impressus quidam probant. et plane suspicor alterum *in Orientis finem* huius explicationem esse, quae in textum est translata. Scheff. — De dictione *Orientis fine*, pro usque ad Orientem, praeter clarissimi Abr. Gronovii ad h. l. adnotata, vide quae interpretes Catonis de Re Rust. cap. XXVIII. Sallustii Frag. lib. III. et Caesar. Gall. VII. 47. Wopkens. — Pr. Med. sec. quint. Leid. Rom. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *fine.* Ita supra XIV. 20. ex Thuaneo, cui adstipulantur Freculphus et veterrimus codex Lunt. Orosii: *Parapamisios fine Caucasi montis Extarches accepit.* Hyginus Fab. 82. de Tantalo: *Ob id dicitur ad inferos in aqua medius fine corporis stare, semperque sitire.* Hirtius de Bello Afr. cap. 85. *Per mare umbilici fine ingressus.* Adde Cl. Cortium ad Sallustium fragm. Hist. III. 14. in Add. Abr. Gronov.

9. Nec Hannibalem quidem Alexandro Magno postponendum. Bechar. Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. *Alexandro quidem* (Ven. etiam lapsu typographico) *Magno post.* omnes MSS. Bongars. Medicei et Leidenses pro *nec* exhibent *ne.* Abr. Gronov.

11. Devicerat. Scribe, *devicerit.* et paulo ante, *qui invictus fuerit*, pro vulg. *quem invictum audierant.* Gronov. — Praestat Franeq. duobusque Dorv. alioque legi, quem *invictum audiant:* deinceps cum quatuor nostris *devicerit* pro *devicerat*, quomodo posterius illud emaculandum vidit I. F. Gronovius. Ita mox, ... *praedae Dardanis fuerint*, cum Freinsh. legerim, adstipulante Dorv. 3. ac Franequerano. Vide ad lib. XXXVIII. 4. Wopk. Medicei, Magl. Periz. Leidenses, *audiant*, et *devicerit:* quomodo legendum videbatur. Abr. Gronov.

12. Puero immaturae aetatis. Quid hoc est? num et pueri maturae aetatis dantur? Cur ergo hoc adiectum? Mihi non est dubium, quin illud *puero* glossatoris sit, non Iustini. Scheff. — Superam. Auget sententiam pleonasmus. Anonym. — Quia nulli sint pueri maturae aetatis, non dubitat Schefferus, quin illud *pueri* hic glossatoris sit, non Iustini. Sed merito intactum reliquit hoc lib. 6. *Armantur tamen senes et impuberes pueri.* Et innumera

sunt istiusmodi pleonasmi exempla, quem contra virum illum doctum etiam lib. XLI. 4. 1. et alibi defendere necesse habuimus. Wopk.

Qui non ita pridem praedae Dardanis fuerunt. *Fuerint.* Freinshem. — Freinshemius mallet, *fuerint.* Et firmant emendationem istam, praeter rationem sermonis Latini, etiam MSS. et impressi quidam. Porro in iisdem legitur, *praedae iisdem Dardanis.* Unde colligo, lectionem veram esse, *praedae iisdem fuerunt,* ut referatur ad praecedens *finitimos*, omissa voce *Dardanis*, quam puto transsumptam in textum ex glossa. Scheff. — Novem MSS. *fuerint:* quomodo Freinshemius legendum coniecerat. Abr. Gronov.

15. Antiquam et obsoletam gloriam. Plutarchus in Praeceptis Reip. gerend. cap. 45. *Cum videmus puerulos parentum crepidas conari subligare sibi, aut coronas eorum capitibus suis imponere, per iocum ridemus. at urbani magistratus, maiorum opera, arduos conatus, et facta praesentibus temporibus ac rebus non congruentia stulte iubentes imitari, multitudinem concitant; et cum ridicula sunt moliti, non risu iam digna patiuntur, nisi plane sint contemti.* Bernec.

16. Romana fortuna vicit. Ad Cynoscephalas. Vide Livium XXXIII. 7. 3. Plutarchum in Titi Flaminini vita cap. 11. Florum II. 15. 17. qui locum illum *Cynocephalas* vocat: Pausaniam in Atticis et Achaicis, et Strabonem lib. IX. ext. Bongars.

17. Graeciae urbibus. Debetur haec lectio Codici Cujaciano. nam ceteri optimae notae *Thraciae*, contra historiam. Plutarchus in Flaminino cap. 4. *Τὴν μὲν Μακεδονικὴν ἀπέδωκεν αὐτῷ βασιλείαν· τῆς δὲ Ἑλλάδος προσέταξεν ἀποστῆναι.* Bong. — Pr. tert. Leid. ed. Bechar. Ven. Med. *Traciae.* Abr. Gronov.

18. Quod non ex arbitrio. Periz. *non arbitrio.* Leidenses, Bodl. ed. Rom. Bechar. Ald. Iunt. *quia non.* et tert. quart. Leid. Thuan. Periz. Coll. N. ed. Rom. praepositionem *ex* ignorant: eam tamen addidit auctor supra XIV. 5. 4. *Cassander nihil non ex arbitrio muliebris audaciae gerit.* Abr. Gronov.

Legatos ad Antiochum. Asiaticum bellum Romanis suscitavit Thoas Aetoliae princeps, et Annibal. Florus II. 8. 6. Bongars.

Adulatione magnitudinis. Curtius III. 2. 1. *Purpurati solita vanitate Darii spem inflant.* Seneca Benef. VI. 30. *Principes dum ignorant vires suas, et dum se tam magnos, quam audiunt, credunt, attraxere supervacua, et in discrimen omnium perventura bella.* Bernec.

COMMENTAR. IN LIB. XXXI.

CAP. I.

1. Mortuo Ptolemaeo. Haec latius et accuratius persequitur Appianus in Syriaca. Bongars.

CONTEMPTAQUE PARVULI AETATE. Prout amat fieri. Qua causa ...ani *audita morte Hieronis, anxii ne quid ex contemptu aeta... relicti pueri, rerum novarum moveretur Syracusis* etc. Poly... excerpto Legat. primo. Consulatur Sallust. Iug. 6. 7. Florus ... 4. 3. Polybius V. 34. et 41. Herodianus I. 7. Zonaras tom. III. ... imperio Constantini Leonis filii. Hinc intelligitur, quantum lau... Stiliconem Claudianus II. 64.

vitaeque et lucis in ipso
Limite contemptus nunquam, dat iura subactis
Gentibus, et secum sentit crevisse triumphos:

...NEC. — Lege, *contemta parvuli filii eius aetate.* Scilicet ante... Lepidus veniret. GRONOV.

PRAEDA ETIAM. Praetulerim *praedae*, quod e MSS. Bongarsius ... variantes retulit. Ita Livius, *praedae futura legio.* Sallust. ...il. 21. 5. *Quibus victoria praedae fuerat.* BERNEC. — MSS. ...edae, quos merito censet sequendos Bernecccrus. GRAEV. — ...edae est in MSS. non *praeda*, optime. FABER. — Codices qui ... MSS. quos Bongarsius vidit, *praedae.* Sed utrumque videtur ...e dici. VORST. — Sic cum Cortio ad Sallust. Catil. cap. XXI. ...que malim, quam *praeda*, quod est in compluribus MSS. quia ... potius dicturus fuisse videtur Iustinus, *praeda domesticorum* ... ut lib. XXXIV. 2. *Coniuges . . praeda hostium fuere.* Du... autem dativo sic utitur lib. XXX. 4. *Quia non ita pridem* ...dae *Dardanis fuerint.* Nominativum tamen etiam dativo iun... videmus Ovidii Trist. II. 106. et alibi. WOPKENS. — Pr. ... Magl. sec. quart. quint. Leid. Periz. Thuan. ed. Rom. Bechar. ... Iunt. *praeda:* nec aliter edidit Bongarsius. Infra XXXIV. 2. 5. ...iuges *quoque liberique eorum praeda hostium fuere.* Saxo lib. ... pag. 154. 19. *Iarmericus cum sororibus admodum parvulis* ...eda *hostibus fuit.* lib. X. pag. 200. initio: *se praedam futuros.* ...esippus lib. V. cap. 8. *quibus certantibus inter se praeda erat* ...medio *populus eorum, qui vicerant.* et cap. 40. *ne canibus ali...* ...ve *vel feris praeda sis.* Supra tamen XXX. 4. 12. MSS. ...e editiones constanter dant, *qui non ita pridem praedae Dar*... ...is *fuerunt*, vel *fuerint:* et infra XXXIX. 5. 5. *praedaeque* ...um *genti fuerint.* quomodo loquitur Livius lib. IX. cap. 36. vindices *praedarum prope ipsi praedae fuerint.* et XXXI. 28. ...athum *et Peparethum, haud ignobiles urbes, ne classi hostium* ...edae *ac praemio essent, diruit.* Lactantius lib. V. cap. 2. 5. *simplicitas eorum praedae ac pabulo sit hominibus astutis.* ABR. ...ONOV.

2. ITAQUE PHOENICEM, CETERASQUE SYRIAE QUIDEM. Legendum ...imo *Phoenicen*, *Φοινίκην*. *Phoenicem* est a *Phoenix.* Sic autem ...nquam dicta fuit regio. Hoc vitium, ab omnibus editoribus prae...missum, superius quoque correxi. Statim scribendum, ut Scheffe... ...monuit, *iuris Aegyptii.* GRAEV.

SED IURIS AEGYPTI. Puto *iuris Aegyptii* scribendum, quemodo

apud Ciceronem *rex Aegyptius* occurrit. Vulgata inde ita sese habet, quoniam in MSS. littera *i* ultima fuit longa, id est duo notavit, quod scriba transmisit inobservatum. SCHEFF. — Nulla rescribendi *iuris Aegyptii* ratio Scheffero fuit: amat enim diversa eiusdem casus nomina iungere auctor. Atque ita rursus lib. IX. 1. *Nunc* Atheniensium iuris *habita est*. et cap. V. Tres duces *in Asiam* Persarum iuris *praemittit*. et lib. XXXVI. 3. *Cappadocia* iuris *esse* Mithridatis *coepit*. WOPKENS.

ABSTINERET REGNO PUPILLI. Bodl. ed. Ald. Iunt. *abstineret a r. p.* ABR. GRONOV.

3. CIVITATES IURE BELLI FACTAS POPULI ROMANI. Dematerus ad Rosini Antiq. Rom. lib. II. cap. 2. pag. 89. monet in MS. Vaticano legi, *belli iure populi R. f.* ABR. GRONOV.

5. NABIS TYRANNUS. Livius lib. XXXIV. Plutarchus in Flaminino et Philopoemene. Pausanias in Messeniacis, Achaicis, et Arcadicis. BONGARS.

6. DETINERENTUR. Scribendum, *distinerentur*, hic etiam, ut superius. GRAEV. — Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *ne eodem temp.* Cl. Graevius malebat, *distinerentur*. Vide supra XXIX. 2. 8. ABR. GRONOV.

SICUTI MACEDONIAM A PHILIPPO, ITA GRAECIAM A NABIDE LIBERET. Sec. Med. *S. Macedoniam Philippo, ita et Graeciam Nabide bi dimitteret.* Coniunctio *et* exstat etiam in pr. Med. quart. Leid. Thuan. *ab Onabide* Magl. *magna Ubide* quint. Leid. *a Nabi* Bodl. *ab Hannibale* Periz. *a Onabide* editio Rom. eademq. cum Bechar. Ald. Iunt. Ven. Flor. *liberaret*. Cl. Iensius ad h. l. notaverat: „Atqui Macedonia non fuit liberata a Philippo, quippe quae sola ei „fuit relicta. Vide supra XXX. 4. et Livium XXXIII. 30. quare „Ortwinius legit vel *sicuti a Philippo Macedone*, vel *sicuti a Macedoniae rege Philippo*. Sed nihil mutandum. Macedonia haud „dubie durius et imperiosius tractata fuit a Philippo, antequam a „Romanis fuerat coërcitus. Adde caput ult. libri praec. ubi Philip„pus modo nomen regis retinuisse dicitur." ABR. GRONOV.

7. IMPERIUM EI PROROGATUM EST. Pr. Leid. *imperium eius*, idemque cum MSS. Bongars. Mediceis, Bodl. Coll. N. Thuan. Periz. nesciunt verbum substantivum. Magl. *prorogatur*. ABR. GRONOV.

ANNIBALIS. Appianus et Livius lib. XXXIV. BONGARS.

OCCULTIS MANDATIS. Haec currentibus litteris edunt: ac si regantur a sequenti *inisse societatem*. At res aliter se habet; pertinent enim ad verbum *criminabantur*. Hoc dicit: criminabantur occultis mandatis, sive per occulta mandata, iis nempe tradita, qui has criminationes apud Romanos debebant proponere. Certe *societatem inire mandatis* nullum habet sensum. SCHEFF.

8. ASSUETUM IMPERIO. Ita Livius II. 2. 4. *Nimium Tarquinios regno assuesse* etc. *nescire Tarquinios privatos vivere*. Sueton. Caes. 30. 8. *Captus imperii consuetudine Caesar.* De Miltiade Probus in eius vita: *Multum in imperiis magistratibusque versatus*,

non videbatur posse esse privatus: praesertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Bernec.

Immoderata licentia militari. Ita sane ex antiquioribus editionibus ea quam curavit Maior. Et retinuerunt lectionem eam Bongarsius et Berneccerus. Notavit tamen Maior in margine diversam lectionem esse *militare;* et Bongarsius quoque in V. L. monet codices quosdam typis expressos sic habere. Ego tamen non dubitem legendum esse *immoderatae licentiae militari;* eo casu nimirum quem praecedens *assuetum* requirit. Vorst. — Nil patior hic mutari. Non enim magis Latinum est *assuetus licentiae*, quam *assuetus licentia.* Cicer. III. de Orat. *Homines labore assiduo et quotidiano assueti.* Virgil. *Bellis assuetus Opheltes.* Scheff. — Constructionem vocis *assuetus* cum ablativo recte adserit Schefferus loco Tullii de Orat. III. 15. Sic idem cap. 10. *Quorum sermone* adsuefacti *qui erunt* etc. Orosius VI. 1. *Qui* consuetudine *lasciviaque seductorum* adsuefacti etc. Hegesippus I. 10. Libertate adsuetis *dominationis metum movebat.* Consule interpretes ad Quinctilian. Declam. CCCXXXII. extr. Florum I. 1. 7. aliosque. Wopkens. — Sec. Med. *licentia militaris rei.* Abr. Gronov.

9. Quae etsi falsa nuntiata fuissent. Vix est, ut et lectio habeatur proba. Puto, Iustinum scripsisse vel, *quae etsi falso nunciata fuissent*, vel, *quae etsi falsa, apud timentes tamen* etc. Scheff. — Scheffero nollem legendum visum fuisse, *quae etsi falsa, apud timentes* etc. vel, *quae etsi falso nuntiata essent, apud timentes* etc. Ita recte Dukerus haec Flori II. 6. 21. *Adeo ut verum dictum sit, Capuam Annibali Cannas fuisse:* vindicat loco Terentii isto Heaut. IV. 5. 47. Verum *illud, Chreme, dicunt.* Addatur Livius XXXV. 19. *Id me* verum *dicere . . Dii testes sunt.* Lib. XXV. 3. *Quia . . ementiti erant falsa naufragia, et ea ipsa, quae vera renuntiaverant, fraude ipsorum facta erant, non casu.* Lib. XXIX. 30. *Haec quamquam partim* vera . . *iactabantur* etc. Lib. XLIII. 10. *Ea et scire* vera *eos referre senatum, et* etc. Sallustius in Ciceronem cap. II. *Quae si tibi* falsa *obiicio* etc. Boëtius Consol. I. 4. *Scis me haec et* vera *proferre, et in nullam unquam mei laudem iactasse.* Neque Graecis haec ratio infrequens. D. Ioannes Euang. IV. 18. *Τοῦτο* ἀληθὲς εἴρηκας. Xenophon Cyropaed. II. pag. 47. *Τούτους* ἀληθῆ λέγειν ταῦτα. lib. V. pag. 147. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν . . οὔτε λέγεις ἀληθῆ, οὔτε ὀρθῶς γινώσκεις.* Sic enim ibi malim cum nonnullis libris, quam οὔτε λέγεις ἀληθῶς. Confer Lactant. IV. 26. *Divinatio prophetarum, quae in Christum* vera *praecessit.* Quem locum infeliciter tentari videbimus. Wopkens.

Falsa apud timentes pro veris etc. Seneca II. de Ira 22. *Quae inviti audimus, libenter credimus.* Tacit. IV. Hist. 38. 3. Bernec.

CAP. II.

1. Cnaeum Servilium mittit. Cl. Perizonius malebat *Caium.*

Servilium. Livius lib. XXXIII. cap. 47. *Legati tres missi C. Servilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo, qui quum venissent ex consilio inimicorum Annibalis, quaerentibus causam adventus dici iusserunt: venisse ad controversias, quae* etc. ABR. GRONOV.

EIQUE TACITIS MANDATIS PRAECEPIT. Saxo lib. XIV. pag. 310. 6. *Absalon tacitis mandatis praecepit.* ABR. GRONOV.

METUQUE INVISI NOMINIS. Pr. Leid. *inimici.* ABR. GRONOV.

2. PERITUM. Malim *paratum*, quod in MSS. omnibus esse testatur Bongarsius. BERNEC. — Omnino servandum, quod habent MSS. omnes, *paratum.* Nam *peritus ad prospiciendum* ne Latinum quidem puto. SCHEFF.

PARATUM. Non solum lectionem MSS. Bongarsianorum probarunt Bernecerus et Schefferus, sed Britanni in tribus codicibus repertam merito receperunt. GRAEV. — Angl. *paratum.* Quae lectio mea sententia est optima. Et dubito num in usu fuerit Latinis, *peritus ad cavendum.* Potius *cavendi peritum* dixissent, ut *peritus regendae civitatis*, *peritus arguendi*, *nandi*, et id genus. At *paratus ad cavendum*, ut apud Cicer. in Orat. *paratus ad dicendum*, et in or. pro Milon. *Non satis paratus ad cavendum fuit*, hac ipsa phrasi. SCHEFF. — Sic Cicero de Clar. Orator. cap. XXXVII. *Ut iudices, illo dicente, nonnunquam viderentur non satis* parati *ad cavendum esse.* Famil. II. ep. 8. *Civem egregium esse Pompeium et ad omnia, quae providenda sunt in rep., et animo et consilio* paratum. WOPKENS.

IN SECUNDIS ADVERSA. Idem Romanae constantiae mos erat, *in adversis vultum secundae fortunae gerere; moderari animos in secundis.* Livius XLII. 62. 9. Adde infra XXXI. 8. 9. BERNEC.

8. PRINCIPUM. Procerum, et populi primorum, id est, Senatorum. Ita Seneca Consol. ad Helv. cap. II. pr. et 12. m. Item de Benef. II. 12. et alibi. Capitolinus in Gordianis cap. 13. Ceterum Senatores ab Augustae historiae scriptoribus appellatos etiam *optimates*, *summates*, *optimos nobilium*, *proceres*, ipsumque Senatum *Nobilitatem*, docet ad illos scriptores pag. 93. Salmasius. BERN.

OBVERSATUS IN SUPREMUM FUISSET. Lego, *in supremam.* Censorinus de Die Natali cap. 23. *Inde de meridie, hinc suprema, quanquam plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in duodecim tabulis scriptum: sol. occasus. suprema.* Vide ad Plaut. Asin. III. 3. 4. GRONOV. — Legendum, *in supremam fuisset*, scilicet diei horam. Sic enim Latini loquebantur. Lex XII Tabularum apud Gellium: *Sol occasus diei suprema tempestas esto.* Varro IV. de L. L. *Suprema summum diei; hoc tempus duodecim tabulae dicunt occasum solis.* Sic olim conieci; postea didici celeberrimum Gronovium in eadem esse sententia, fuisseque dudum; cuius sane consensu vehementer laetor. GRAEV. — Gronovius *in supremam*, ex auctoritate Varronis pro in supremam horam, seu tempestatem; quod melius. Ita et Graevius coniecerat. FABER. — Gro-

novius atque Graevius legendum putant *in supremam*. Facitque huc quod Varro IV. de L. L. scribit: *Suprema summum diei. hoc tempus duodecim tabulae dicunt occasum solis.* Item quod Gellius XVII. 2. ex XII tabulis citat, *Sol occasus suprema tempestas esto.* De eo tamen, quod subaudiri vult Graevius *diei horam* non satis liquet. Quid si subaudiatur modo *diem*; idque sit pro *diei partem?* Quod dictum esset ut *ultima platea* a Terentio pro ultima parte plateae, et sexcenta id genus alia. Vorst. — Gronovius et Graevius legunt *in supremam*, ut subaudiatur, *diei horam.* Vorstius putat rectius subintelligi *diem*, quomodo Terentius dixit *ultimam plateam.* Verum sic *supremum* quoque rectum fuerit. Et sane puto nil mutandum; *supremum* enim pro *supremum tempus diei.* Scheff. — *Observatus* Dorv. 2. solenni depravatione, de quo Gronov. Observ. III. 24. Quod autem vir ille Clar. *supremam* pro *supremum* legit, in eo eum Vorstio ac Scheffero dissentire ab ipso video Burmannum ad Quinctil. Declam. XII. 24. ubi *in supremum* pro, in vesperam usque, Iustinum hic dixisse ait. Et sane haud incommode subauditur *diei*, quod ita addidit Sallustius Iug. cap. XXI. *Et quia* diei extremum *erat, praelium non initum.* Atque ita *serum* et *serum diei* dicitur. Wopkens. — Bodl. *in foro Carth. obversatus fuisset, in supremum appr. Obversari* eadem notione usurpavit Livius lib. XXXIV. cap. 61. *Hunc Aristonem Carthagine obversantem non prius amici, quam inimici Hannibalis, qua de causa venisset, cognoverunt.* Abr. Gronov.

Rus urbanum. Forte *suburbanum.* Freinshem. — Lege, *rus suburbanum.* De quo nemo adversabitur. Idem Freinshemio in mentem venerat. Faber. — Assentior Freinshemio, pro his *suburbanum* scribenti, nisi forte malimus *rus suburbanum*, quod magis conveniret cum editis, et frequens est bonis scriptoribus. Scheff. — Pr. Med. *rus suburbanum*: quomodo emendarunt Faber et Schefferus. Reliqui MSS. mendose *rursus* vel *versus suburbanum.* Tacitus lib. XV. Annal. cap. 60. *quartum apud lapidem suburbano rure substiterat.* Symmachus lib. II. epist. 59. *suburbanum praedium, quod viae Appiae adiacet, invisebam.* L. 38. §. 4. D. de Leg. III. *praedium suburbanum.* Abr. Gronov.

4. Naves .. absconditas. Sec. Med. *navem .. absconditam*: ut paullo post: *navem conscendit.* Abr. Gronov.

Erat et grandis pecunia in eo agro praeparata. MSS. *erat et grandis in eo agro pec. praep.* Abr. Gronov.

Nec facultas fugam, nec inopia moraretur. Quomodo facultas fugam potest morari? quin facultas fugiendi promovet fugam. Videtur Iustinus scripsisse: *nec difficultas fugam, nec inopia moraretur.* difficultas scilicet navigandi, si nulla navis esset parata et in promptu. Graev. — Quomodo *facultas* morari fugam possit, equipem non intelligo. Et latet hic fortasse aliquid mendi. Vorst. — Putat Vorstius latere mendum, cum facultas non possit morari fugam. Et sane non moratur, si adest; moratur tamen, si abest, quod haud dubie Iustinus intellexit. Scheff. — Grandi ista pecunia in

loco navibus proximo praeparanda, cautum erat, ut nec inopia retardaret fugam Hannibalis, nec facultas, si nempe haec adhuc praeparanda fuisset. Sic equidem intelligere haec malim cum Scheffero, quam cum Graevio ac Vorstio suspecta habere, aut reponere, *nec difficultas fugam nec inopia moraretur.* Wopkens.

5. Italicorum captivorum. Atqui Livius XXX. 37. 2. scribit inter conditiones pacis et hanc fuisse, Carthaginienses Romanis *captivos omnes traderent.* Quomodo ergo hi numerum servorum Annibalis auxerunt? Freinshem.

Navem conscendit. An legendum, *naves?* quia praecedit *habebat ibi naves.* Sane ad complendam navem tanta servorum et captivorum copia opus fuisse non videtur. Scheff. — Licet pluribus navibus proficisceretur Hannibal, cur tamen cum Scheffero tentaremus *naves conscendit?* Wopkens.

Cursum ad Antiochum dirigit. Saxo lib. XIII. pag. 235. 41. *Ad locum, in quo Henricum diversari didicerat, cursum direxit.* et lib. XIV. pag. 267. 41. *cursum ad cultiores agros dirigere coepit.* Hegesippus lib. I. cap. 9. *inde in Arabiam iter direxit.* et cap. 11. f. *rectum autem in Arabas iter direxit.* Abr. Gronov.

6. Ac tum temporis consulem. *Suffetes* Carthaginiensibus erant, qui Romae *Consules*, Livius XXX. 7. 5. quos Aemilius Probus in Annibale, *binos Reges* vocat. Erat et apud illos Dictatoris imperium, Liv. XXIII. 13. 11. et Quaestorum dignitas. habebantur hi proximi Iudicibus, idem Liv. XXXIV. 32. 4. Iudices erant centum supr. XIX. 2. 5. et Senatus erat triginta seniorum consessus, Liv. XXX. 16. 3. erant apud eos et Praetores. Probus Annib. Livius XXXIII. 32. 3. Bongars. — Adde supr. notam ad XIX. 1. 7. Bernec. — Fere enim easdem dignitates eosdemque magistratus Poeni habebant ac Romani. Faber. — Magl. ed. Ven. Flor. Ald. Iunt. *postera autem die.* Tres posteriores editiones nesciunt vocem *temporis.* Abr. Gronov.

8. Tacitus Romam regreditur. Ita supra XX. 4. 4. *Inde regressus Cretam.* Ed. Bechar. Ven. Florent. Mediol. Paris. Ald. Iunt. *tacitus Romam revertitur.* Abr. Gronov.

Trepidum nuntium. Romani enim Annibalem, etsi senio et exilio fractum, pro igni habebant, cui abesset nihil, nisi qui eum excitaret. Plutarch. Flaminino cap. 37. Bernec.

CAP. III.

1. In Graecia Flamininus. De hoc bello copiose Liv. XXXIV. 22. et seqq. Bern.

Et graviter fractum, velut exanguem in regno reliquit. In MSS. est, *et gravibus fractum* etc. Et ita lege. Hoc quod non intelligerent librarii, rescripserant, *gravibus vulneribus.* Inepte. Voss. — Quid hoc, *graviter fractum velut exsanguem?* Certe aliquod vinculum, quo connectatur oratio, hic desiderari videtur. Sed

aliud suspicor. Habebat in animo Iustinus egregiam istam Virgilii comparationem:

Qualis saepe viae deprensus in aggere serpens,
Aerea quem oliquum rota transiit, aut gravis ictu
Seminecem liquit saxo lacerumque viator.

Ita, inquam, suspicor; nam praeterquam quod, ut dicebam, aliquid deest orationi, hoc etiam sentire possis, istud *velut* comparationem aliquam resipere; tum hoc videas quoque, verba ipsa imitationem ostendere. *graviter* Iustini ex *gravis* apud Virgilium natum est. *fractum*, ex *lacerum*. *reliquit*, ex *liquit*. Quamobrem lego, *et graviter fractum, velut anguem reliquit*. FABER. — Haec nimis arguta sunt. Librorum omnium scriptura hic perperam impugnatur, cuius haec est sententia: Nabis multis proeliis victus est; sed tamen non exutus est regno, sed in illo relictus tanquam homo exsanguis, hoc est sic debilitatus, et viribus destitutus, ut ab illo nihil in posterum sibi metuendum haberent Romani. Inferius XXXIX. 5. *Magnum nomen viribus finitimorum exsanguibus fecit*. GRAEV. — Codices quidam MSS. teste Bongarsio *et gravibus fractum*. Alii *gravibus vulneribus fractum*. Et sane *vulnera* Noster non semel dixit pro cladibus. Vide I. 8. 10. et cetera in hanc sententiam in Indice notata. VORST. — MSS. Bongarsiani plerique habent, *gravibus*. Bene, sed mutanda est distinctio, et sic legendum: *duobus continuis praeliis subegit et gravibus fractum, velut exsanguem in regno reliquit*. Oratio elegans et apta. Quod autem libri quidam addunt, *gravibus vulneribus*, factum est a glossatore, qui deesse quid τῷ *gravibus* putavit. Sane *frangi vulneribus* an recte dicatur, nescio; exempla saltem scio nulla. SCHEFF. — Sic Dorv. 2. reliqui duo cum aliis MSS. *et gravibus fractum* etc. unde cogitari posset *et cladibus fractum*. WOPKENS. — Faber legendum censet *velut anguem*. Vossius ex MSS. fide *et gravibus fractum* mavult: sed vera recepta lectio est, et inferius repetita. ANGLI. — Verba, quae respiciunt, extant infra XLI. 3. *Ab invalidioribus Parthis, velut exsangues oppressi sunt*. SCHEFF. — Thuan. tres Leid. Periz. *et gravibus*. Lacunam huic loco inhaerentem eleganter supplet sec. Med, hoc modo: *gravibusque pacis legibus factum* (lege, *fractum*) *velut exs.* Ita infra XXXIII. 1. 5. *sed consul Sulpicius non minus graves quam victo leges dixit*. *Leges* scilicet pacis: ut supra IX. 5. 1. *Ibi pacis legem universae Graeciae statuit*. XI. 12. 12. *nec quod in leges pacis sibi lenocinia quaereret*. et XXX. 3. 9. *Graecos, veluti victores, leges pacis sibi dicere*. ABR. GRONOV.

2. REPENTINO BELLO INVASIT. Pr. Med. *oppressit*, ut supra II. 10. 13. *ne inopinato bello opprimerentur*. ABR. GRONOV.

3. NE VICINUM MALUM ETIAM AD SE SERPERET. Thuan. *ne vicinum bellum*. pr. Med. sec. quart. Leid. *ne vicinale malum*. Idem adiectivum occurrit infra XLI. 1. 9. *gravibus Scythicis et vicinalibus bellis adsidue vexatis* et apud Livium lib. XXI. cap. 26. *Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum*

paratarum. et L. Senecam lib. V. de Benef. cap. 24. *Agellos, in quibus vicinalis via causa rixae ac litium fuerat, militi suo donavit.* ubi vide Lipsium. Ulpianus L. 2. §. 22. D. Ne quid in loco publ. *Viarum quaedam publicae sunt, quaedam privatae vicinales.* ibid. *Vicinales sunt viae, quae in vicis sunt, vel quae in vicos ducunt.* ABR. GRONOV.

4. TANTA VIRTUS ENITUIT. Dorv. 3. *emicuit*, quod ut non damnem, sic alterum haudquaquam postferendum arbitror. Cicero pro Murena cap. XIV. *Quo quidem in bello* virtus *enituit egregia M. Catonis, proavi tui.* Livius I. 42. *In eo bello et* virtus *et fortuna* enituit *Tullii,* Florus IV. 2. 40. *Quo tempore egregia* virtus Scaevae *centurionis* enituit. sic recte duo MSS. ut iudicabat Graevius. Sallustius Catilin. cap. LIV. *Sibi . . novum bellum exoptabat, ubi* virtus enitescere *posset.* ubi Wasseum et Cortium consule. WOPK.

FLAMININO ROM. IMP. COMPARARETUR. Quod Flamininum male habebat: et Plutarchus (Philopoem. cap. 25. et Flamin. cap. 23.) inter causas finiti cum Nabide belli recenset Flaminini *φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν τῶν Φιλοποίμενος τιμῶν.* BONGARS.

5. HANNIBAL CUM AD ANTIOCHUM PERVENISSET. Cicero lib. II. de Orat. cap. 18. de Hannibale: *Ephesum ad Antiochum confugit.* ABR. GRONOV.

6. TANTUSQUE ADVENTU EIUS ARDOR ANIMIS REGIS ACCESSIT. Iuntae: *animo regis,* Sed nihil muta. Superius VII. 3. *Depositisque hostilibus animis, in affinitatis iura succedit.* ubi male emendant: *hostilibus armis.* et XXI. 6. *Mittunt ad speculandos eius animos Hamilcarem.* Sic et *epistolae* pro *epistola* frequens Nostro, et *causae* pro *causa.* GRAEV. — *Animi* et unius sunt. Supra VII. 3. 9. *Depositis hostilibus animis.* et XXI. 6. 1. *Ad speculandos eius animos.* VORST. — Magl. *animum regis incendit.* ABR. GRONOV.

7. ANNIBAL, CUI NOTA ROMANA VIRTUS ERAT, NEGABAT OPPRIMI ROMANOS etc. Ita Livius XXXIV. 59. *Sententia eius* (Annibalis) *una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem praebituram externo hosti. si nihil ibi moveatur, liceatque populo Rom. viribus et copiis Italiae extra Italiam bellum gerere; neque regem, neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naves, sedecim milia peditum, mille equites deposcebat* etc. MODIUS. — Hoc ipsum fusius demonstratur inf. cap. 5. Apud Velleium II. 27. Pontius Telesinus, Samnitium dux, *vociferabatur eruendam delendamque Romam; adiiciens, nunquam defuturos raptores alienae libertatis lupos, nisi silva, in quam refugere solerent, esset excisa.* BERNEC.

8. AD HOC SIBI CENTUM NAVES ET DECEM MILLIA PEDITUM. Livius dec. IV. lib. IV. sub finem, idem consilium describens, dicit *sedecim millia peditum* Hannibalem postulasse, quod est verisimilius, videlicet, ut aequaret consularem exercitum, qui binis legionibus erat civium ac Latini nominis. Suspicor in Iustini codice hoc corruptum, ideoque emendandum. Quanquam non sum nescius multa in hoc li-

bro a Livii traditione dissentire, ut paulo post de Tyrio Aristone; item de legatis ad Antiochum missis, ac eorum cum Hannibale conversatione: sed ea omnia persequi, ut iam saepe testati sumus, non est nostri propositi negotii. Sane prorsus ad finem huius libri legendum, *possessiones voluptarias*, pro quibus *voluntarias* perperam legitur. Vult enim Romanos malle gloriam quam voluptatem, quod mox sequentia verba clarius indicant. Glarean.

Mille equites. Vett. plerique *equitum.* unde mendosum locum esse suspicor: et sane in Io. Pelerini Vet. Cod. legitur *tria millia equitum.* Bongars. — Vulgatam affirmat Livius XXXIV. 59. 5. *Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditum, mille equites deposcebat.* Illud vero *mille equitum*, pro mille equites, Latine dici, et *mille* hic esse substantivum singulare, sicuti *chilias*, docet e bonis auctoribus Agellius I. 16. ut mihi vix temperaverim, quin idem in Iustinum reciperem. Bernec. — Medicei, Thuan. quatuor Leid. Coll. N. MSS. Bongars. *mille equitum*, idque alteri praeferunt Berneccerus, Acidalius ad Velleium II. 130. 4. et Dukerus ad Livium lib. XXI. cap. 61. qui idem etiam reperit in MS. Duisburgensi. Adde epistolam Avi ad Antonium Clementium subiunctam libris de Pecun. Vet. pag. 697. Abr. Gronov.

Non minus bellum, quam gesserit etc. Videtur mutilus hic locus. Quo enim pertinet illud *non minus?* Nil tamen mutandum. *Minus* enim hic est adiectivum, non adverbium, et cohaeret cum voce *bellum.* *Restaurare bellum non minus*, est, aeque magnum restaurare. Scheff. — Ed. Ven. Flor. Paris. *instauraturum.* Abr. Gronov.

9. In Asiam. Scribe, *in Asia.* Gronov. — *Referre victoriam in Asiam* dixit, ut lib. II. 5. *Reversos cum victoria.* ubi vide. Val. Max. IX. 3. 4. *M. Torquato amplissimam et gloriosissimam ex Latinis et Campanis* victoriam *in urbem* referenti *cum seniores* etc. Livius XXX. 16. Victoriam *se, non pacem domum* reportaturum *esse.* Non autem video, cur Gronovius *in Asia* voluerit; quamvis ita habeat Dorv. 1. et 3. et alius MS., teste Cortio (ad Plin. III. ep. 9.) qui ex eodem MS. (cui consonat Dorv. 2.) legebat, *Et in Asia rege sedente, aut victoriam* etc. Sed edita scriptura mihi quidem non minus probatur. Wopkens. — Avo corrigenti *in Asia* suffragantur Medicei, Thuan. Leidenses, Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

Regi sedenti. Id est, otioso. Cicero ad Attic. X. Ep. 8. et 12. Bongars. — Ita Seneca Epist. 8. 1. Bernec. — Varro I. de Re Rust. 2. *Romanus sedendo vincit.* Liv. IX. 3. *Sedens bellum conficiet.* et XXXI. 38. *Sedentem Romanum debellaturum credi poterat.* Gronov.

10. Hispanis. Leg. *Hispaniis.* Freinshem.

Et Italiam notiorem sibi nunc, quam pridem, fuisse. Scribendum prorsus *fuisset*, quod monuisse satis est. Faber. — Receperunt Angli merito. Graev. — Durior haec temporum syllepsis, ac

Fabri aliorumque iudicium, quo pro *fuisse*, *fuisset* legendum statuunt, firmat Dorv. 1. nec male tamen cum tertio legas *esse*. Wopkens. — Plerique MSS. ed. Rom. Bechar. Ald. Iunt. *fuisse*. Periz. *et Italiam notiorem nunc, quam pridem sibi esse*. Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Unus ex comitibus. Aristonem, mercatorem Tyrium, προφάσει τῆς ἐμπορίας missum scribit Appianus pag. 90. quem lege, et Livium XXXIV. 60. Bongars. — Hoc ipso astu Pelopidas usus, ad Sphodriam Spartanum misit quemdam mercatorem cum pecunia et mandatis magna de re: Plutarch. Pelop. cap. 24. Prudenter ergo cautum est Honorii ac Theodosii rescripto, L. 4. Cod. de Commerc. et Merc. *Ne mercatores tam Imperio Rom. quam Persarum regi subiecti, ultra ea loca, in quibus foederis tempore cum memorata natione Imperatoribus convenit, nundinas exerceant; ne scil. alieni regni scrutentur arcana.* Bernec.

Nihil, dicat, partibus. Ald. Iunt. *patribus*. Abr. Gronov.

2. Haec cum relata Carthaginem essent. MSS. alii habent *perlata*. Puto utrumque glossatoris esse, legendumque simpliciter *lata*. Sic colligo ex MS. alio, in quo est *laera*, vitio scriptoris, ut apparet. Porro *lata* exposuerunt alii *relata*, alii *perlata*, atque inde haec diversitas. Scheff. — *Perlata* sane Cicero eiusque aequales dicerent, quibus familiarissimum *ad nos perfertur*, pro, nobis nunciatur. Graev. — *Perlata* sane, inquit Graevius, Cicero eiusque aequales dicerent. Atqui hoc ipsum etiam habetur Dorv. 1. et 3. aliisque codicibus; neque inde colligere debuit Schefferus, simplex verbum *lata* reponendum. Supra lib. XI. 15. Perferri *haec Alexandro iubet*. Livius II. 45. *Quod ubi in concionem totam* pertulit *rumor*. lib. III. 23. *Haec celeriter Romam, ab Roma in castra Antium* perlata, *movent Romanos* etc. et cap. 26. *Quinque equites inter stationes hostium emissi Romam* pertulere, *consulem exercitumque obsideri*. Wopkens. — Sec. Med. Magl. Bodl. sec. quint. Leid. Periz. a prima manu, *haec cum perlata*. Abr. Gronov.

Et perductus in senatum. Novem MSS. ed. Rom. *perductusque in sen.* Periz. *perductusque in senatu*. Abr. Gronov.

Punico ingenio respondit. Magl. Ald. Iunt. *Punico usus ingenio*. Ita Livius lib. XXXIV. cap. 61. de eodem: *Aristo Punico ingenio inter Poenos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratus prima vespera suspendit*. Abr. Gronov.

3. Ad purgandam publicam conscientiam. Gellius lib. VII. cap. 1. *legatosque Romam miserant, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliumque publicum expurgarent*. Auctor Epist. ad Hebraeos IX. 14. καθαριεῖ συνείδησιν. Abr. Gronov.

Ultro rem Romam per legatum deferunt. Ald. Iunt. *statim*

R. Bechar. Ven. Flor. Med. *statim Romam legatum deferunt.* GRONOV.

4. AD ANTIOCHUM LEGATOS. Inter quos erat P. Scipio, qui nibalem devicerat. Praeter Livium XXXV. 14. et Appianum pag. et 92. vide Lucianum in Dialogis *Νεκρικοῖς*, et Plutarchum in minino sub finem. Consilium autem legatorum explicat et Fron- I, 8. 7. BONGARS.

5. CUM EPHESI CONVENISSENT AD ANTIOCHUM. Scrib. *convenent Antiochum.* FREINSHEM. — Legendum puto cum Freinshe-, *convenissent Antiochum.* Additur sane praepositio et nomini: ea fere quae et in verbo continetur. VORST. — Freinshemius *ad* putat delendum. Contra servant id libri omnes MSS.; at *Ephesi* quidam habent *Ephesium.* Unde adducor, ut scripturam m putem, *Itaque legati cum Ephesum venissent ad Antiochum,* ae ultimae in *Ephesum* perperam adsociatae verbo *venissent*, perunt *convenissent.* SCHEFF. — Freinshemius (annuente Vorstio, adstipulante Dorv. 1. et 2.) legit *convenissent Antiochum*, ut *conire* pro compellare dicitur lib. XLIII. 3. *Itaque regem . . amicipetentes* conveniunt. Sed ita Iustinus potius scripsisset *conrent:* non enim post colloquium, sed in colloquio cum rege, man- ei senatus tradebant. Mallem igitur cum Scheffero ex quibus MSS. *cum Ephesum venissent ad Antiochum:* et *venissent* etiam t in Dorv. 8. pro *convenissent;* quod tamen verbum saepius pro lici adhibetur, ut vidimus ad ista Aviani Fab. IX.

Dumque per inceptum vario sermone feruntur,
In mediam praeceps convenit *ursa viam.*

Dict. Cretensis II. 13. *Neque multo post Mentorenses supplices cum pace ad Graecos* conveniunt. Vide et ad lib. XXXIII. 1. RKENS. — Quart. Leid. Periz. Ald. Iunt. *convenissent Antio*m. Medicei, sec. quint. Leid. *cum Ephesum* (sec. Med. *Ephesi*) *venissent*, *Antiocho mandata sen. tr.* Praestat vulgatum. Infra III. 3. 8. ex quinto Leid. ed. Bechar. Rom. Ven. Flor. Med. Pa- Ald. Iunt. *Itaque ad regem . . . amicitiam petentes conveniunt,* lib. XXIX, cap. 10. *quingenti fere Numidae ad eum conve*nt. ABR. GRONOV.

6. ASSIDUI CIRCA ANNIBALEM FUERE. Antiquiores typis expressi *Annibale:* idque pro *apud Annibalem. Cum* pro *apud* satis no-, ut *queri cum aliquo.* VORST. — Antiquiores *cum Annibale,* probat Vorstius. Mihi glossa alterius videtur. SCHEFF.

NON TAM CUM REPUBLICA EIUS. Pronomen in ed. Bechar. Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. desideratur. ABR. GRONOV.

8. QUORUM SERMONE LAETUS . . . . COLLOQUEBATUR. Magl. sec. d. Periz. Ald. Iunt. *quarum;* et *colloquitur* eaedem editiones cum tuor aliis. Rom. *quare.* ABR. GRONOV.

9. RECONCILIATAM EIUS CUM ROMANIS GRATIAM EXISTIMANS. nomen *eius* abest Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt.

rec. eius Romanis gratiam Paris. *reconciliatam ei cum Rom.* Magl. Abr. Gronov.

Veluti hostem. Octo MSS. ed. Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *et veluti h.* Abr. Gronov.

10. Ut contentus terminis Asiae esset, ne ipsis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret. Coniunctio *et* abest a MSS. quorum plerique dant, *Asiae terminis*, et *ne ipsis Asiam ingr.* Ald. Iunt. *nec ipsis ingred.* Abr. Gronov.

CAP. V.

1. Dicitur, cum frequenter de bello consilium habuisset, remoto Hannibale, tandem eum vocari iussisse, non ut ex sententia eius aliquid ageret. MSS. Bongars. Coll. N. *Dicitur enim, cum fr.* Decem MSS. ed. Rom. *consilium, remoto Hannibale, hab.* Periz. *ex sent. eius id ageret. Id* scilicet bellum, ut interpretatur Cl. Wopkensius. Abr. Gronov. — Lego cum Dorv. 3. *Non ut ex sententia eius id ageret.* sc. bellum. Nepos Hannib. cap. VIII. *Antiochus autem si tam in* agendo bello *parere consiliis eius voluisset* etc. ubi vide commentatores, ut et ad Caesar. Gall. III. 28. et alibi. Wopkens.

Omnibusque perrogatis. Appian. pag. 93. Annibalem primum sententiam rogatum scribit. Bongars. — Sicuti *perspectare* Suetonio Dom. 4. 7. est a principio ad finem usque spectare: ita *perrogare* est omnes peragere sententias. Eo verbo utuntur et Livius XXIX. 19. 10. Tacit. Hist. IV. 9. 3. Sueton. Aug. 35. 9. (ubi *praerogare* vitiose legitur) Plin. VI. Epist. 22. et Panegyr. cap. 60. Lampridius in Commodo cap. 21. Bernec. — Ita *perrogare* de personis, quae rogantur omnes. Dicunt autem et *legem perrogare.* Valer. Max. I. 2. Ext. 1. *Traditas sibi leges perrogabat.* Sic enim ibi legendum sine dubio, non ut ipsi allos secuti edidimus *praerogabat.* Idem VIII. 6. 4. *Tribunus pl. legem adversus intercessionem collegarum perrogavit.* Vorst. — Tres Dorv. *praerogatis* pro *perrogatis*, sed hoc merito placuit Berneccero ac Vorstio. Plin. Paneg. cap. LX. *Parum est . . ut censentes audias, nisi et* perroges. Livius XXXII. 22. *Ceteri populi Achaeorum quum sententias* perrogarentur, *societatem cum Attalo . . firmarunt.* Ita lib. XXIX. 19. et Tacitus, Suetonius, alii. Wopkens.

2. Ad supplendum numerum sententiarum se vocatum. Saxo lib. XV. pag. 364. f. *ad supplendum arbitrorum numerum etiam Thodonem nuntio vocatum.* Abr. Gronov.

4. Diversum ceteris mortalibus esse. Illud *ceteris mortalibus* in dativo vel ablativo accipi licet. ut vox *literis*, Taciti Ann. XV. 25. *Talibus Vologesis* literis *quia Poetus* diversa . . *scribebat, interrogatus* etc. ubi male comma irrepsit ante *quia.* Quinctilianus lib. IX. 2. Cui diversum *est, cum alium rogaveris* etc. et rursus ibid. *Ut illic verba sint verbis* diversa, *hic* sermoni *sensus.* Nepos

cap. VII. *Ut nulla in re* differret cuivis *inopis atque privati.* not. Bosii. Plinius Paneg. cap. LXV. *Iam toties . . ponere* ..*stratus, quam dignum te! quam* diversum consuetudine *illorum,* etc. Ovidius Fast. IV. 306.

Nec facies impar nobilitate *fuit.*

..e Burmannus. Prudentius Apoth. 255.

Summus et ipse tamen, nec enim minor aut patre dispar.

..nius Parentalium III.

Ante alios, quamquam patre secundus, *erit.*

tamen forsitan malles *quamquam a patre secundus.* Claudianus .. Honorii VI. 28.

Vili nec discrepat arbore *laurus.*

..us Fab. X. 8.

Discolor *apposita quae fuit ante* coma.

..alis Sat. XIV. 98.

Nec distare *putant humana* carne *suillam.*

.. locum ad Aur. Victor. Epit. cap. 5. adnotavit Cl. Arntzenius. ..KENS.

ILLUD HOMINUM ET BELLI GENUS. Bechar. Flor. Mediol. Ald. .. *illud et belli genus et hominum.* ABR. GRONOV.

5. PRIOREM ALIQUAM CEPISSE OCCASIONEM . . AGROS DIRIPUISSE. ..rem *aliquem*, Franeq. et alii. *coepisse*, idem Franeq. cum Dorv. .. quo deinceps *agros* abest ante *diripuisse*, pro quo in tribus .. pluribusque aliis MSS. exstat *rapuisse.* Unde refingendum puto, ..rem *aliquem coepisse* (sc. bella), *occasionem loci temporisque* ..isse, *urbes aliquas expugnasse. Occasionem rapere*, ut Iuve.. XV. 38.

Sed tempore festo
Alterius populi rapienda occasio *cunctis*
Visa inimicorum primoribus etc.

.. Max. VII. 3. Ext. 1. Occasionem *in aliquanto viliore ani*.. *expiandae religionis* rapuit. Silius Ital. I. 569.

Tempore *Martis*
Utendum est rapto, *et grassandum ad clara periclis.*

vide Interpp. Horatius Epodon XIII. 3.

Rapiamus, *amice,*
Occasionem *de die.*

.. Gronovium infra ad lib. XXXVIII. 5. initio. WOPKENS. — .. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *agros ra*..*se.* Virgilius lib. II. Aeneid. vs. 374.

Alii rapiunt incensa feruntque
Pergama.

..nus lib. III. vs. 98.

Namque ignibus atris
Creditur, ut captae, rapturus moenia Romae
Sparsurusque Deos.

lib. VI. vs. 14.

Dyrrachii praeceps rapiendas tendit ad arces.
Interpres vetus libri Iobi XX. 19. *domum rapuit.* et Proph. Mi
II. 2. *rapuerunt domos.* ABR. GRONOV.

ETIAM CUM VICTO etc. Herennius Pontius apud Livium IX.
13. *Ea est gens Romana, quae victa quiescere nesciat* etc. B
NEC. — Dubito valde Iustinum sic scripsisse. Ingrata sane
iunctionis *tum* hic repetitio: *cum Romano cum victo.* Sed nec
ticula *tum* hic necessaria. Mallem: *cum Romano, seu occup
prior, aliqua, seu viceris tu, etiam victo et iacente luctandum*
vel, *etiam tunc victo.* SCHEFF. — Omnes nostri ac plerique
tamen etiam cum victo etc. Legendum videtur *cum Romano . .
men etiam victo et i. l. e. Romanum* ita pro Romanis saepius
xit Livius, ut ad illius lib. III. 2. notavit Gronovius. Idem lib. IX
Ea est Romana gens, quae victa *quiescere nequeat.* lib. XX
14. Quod ubi *Annibali nunciatum est, cum eo, inquit, hoste res
qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, f
citer instat victis; seu* victus *est, instaurat cum victoribus c
men.* WOPKENS. — Bechar. *aliquam.* Magl. ed. Rom. Flor. P
Ald. Iunt. *aliqua ratione, seu.* Medicei, Leidenses, Bodl. Cant
Thuan. ed. Rom. Paris. Ald. Iunt. *seu viceris, tamen etiam.*
vulgato praefert Cl. Wasseus ad Sallustium Iug. cap. 26. et poste
rem particulam *cum* adversus Schefferum merito tuetur. Peris.
men et. Bechar. Ven. Flor. Med. *luctandum est.* Apud Livium
XXVII. cap. 14. Hannibal inquit: *cum eo nimirum hoste res
qui nec bonam nec malam ferre fortunam pot st. Seu vicit, f
citer instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus ce
men.* ABR. GRONOV.

6. SUIS EOS OPIBUS. Quod in Africa contra Carthaginie
iam antea fecerat Agathocles. Eleganter Appianus: *Τοὺς πολέμ
ἅπασι χαλεποὺς μὲν οἴκοι διὰ λιμὸν τὸν ἐπιγιγνόμενον, ἔξω δὲ
φοτέρους.* BONGARS.

8. MINISTERIUM. Ita MSS. ut supra XXIV. 2. 5. *arbit*
pro arbitrum. et VI. 2. 15. *postulat sibi dari ministerium in
sae*, ut est in vulgatis libris. nam ibi MSS. *ministrum.* BONGAR

CAP. VI.

1. HUIC SENTENTIAE OBTRECTATORES AMICI REGIS ERANT. S
lib. XIII. pag. 241. 44. *Huius pactionis obtrectatores amici r
fuere.* ABR. GRONOV.

VERENTES NE etc. *Loco consilii quamvis egregii, quod
ipse afferret, inimicus, et adversus peritos pervicax.* Tacit
Hist. 26. BERNEC.

2. ET ANTIOCHO etc. Ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. P
Ald. Iunt. *At Antiocho.* ABR. GRONOV.

3. ASSENTATIONUM ADULATIONIBUS. *Assentantium,* quod est
Vet. Cod. Pelerini, rectum puto. BONGARS. — At ego illud recti

Ita Liv. VIII. 24. 18. *discrimen periculi* dixit. Noster XXIX. 1. 5. *facinoris crimen.* et VII. 1. 12. *gentes populorum.* Flor. I. 16. 7. *fallacias insidiarum.* Suet. Caes. 67. 2. *munus officiorum.* Idem Domitian. 3. 3. *animadversionem supplicii.* Bernec. — Iuntae: *assentatorum.* Sed propius ab aliorum codicum lectione abest, quod in Pelerini codice fuit, *assentantium.* Hoc et Bongarsio arrisit Graev. — Melius, ut Bongarsius, *assentantium;* ex Cod. MS. Pelerini. Faber. — In Cod. MS. Pelerini est *assentantium;* quod Bongarsius rectum putat. Typis expressus Iuntarum teste Graevio habet *assentatorum.* Berneccerus tamen *assentationum adulationibus* retinendum putat, et simile illud esse his, *discrimen periculi*, *facinoris crimen*, et id genus aliis. Vorst. — Mallem *assentantium* cum Bongarsio, vel propterea, quoniam in Iuntarum codice legitur, *assentatorum*, haud dubie ex glossa alterius. Scheff. — *Assentantium* probarunt Angli. Graev. — Nostrorum nullus habet *assentantium adulationibus*, quomodo ex MS. quodam legendum Bongarsio videbatur, aut *assentatorum adulationibus*, ut est in ed. Iuntina. Et vulgata scriptura recte probata fuit Bernecc. vide nostra ad lib. I. 9. 13. Wopkens. — Codex Pelerini, teste Bongarsio, *assentantium.* Verum *assentationum* merito praeferunt Berneccerus ad h. l. et Davisius ad Caesarem lib. III. de Bello Civ. cap. 83. ubi male editum, *assentantum generibus*; idemque firmant Medicei, Magl. sec. tert. quart. quint. Leid. Bodl. Periz. ed. Ienson. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ita supra praef. 9. *obtrectationis invidia.* Ald. Iunt. *assentatorum adul.* Abr. Gronov.

In luxuriam. Pr. Med. *luxoriam.* Ita *luxorioso* in MS. Florent. Pandectarum L. II. de dolo m. Abr. Gronov.

Novis quotidie nuptiis deditus erat. Hanc phrasin illustrat eruditissimus Spanhemius ad Callimachi Hymnum in Delum v. 240. Abr. Gronov.

4. Acilius Romanus. Manius Acilius Glabrio. Apud Appianum mendose legitur Ἀχίνιος inverso Λ pro Ἀχίλιος. Erat hic Consul cum P. Corn. Scipione Nasica. Vulgo *Attilium*, inepte, ut apud auctorem de Viris Illustribus. Vide Livium XXXVI. 1. 1. Florum II. 8. 14. Frontinum II. 4. 4. Bongars.

Bello necessaria. In MSS. plusculis est *belli.* An diversitas haec arguit, glossatorum istam esse voculam, non Iustini? Scheff. — Schefferus voculam *bello* glossatorum esse suspicatur, quia in plusculis, ut ait, MSS. est *belli.* Mihi nihil ideo sollicitandum videtur, quoniam etiam tres nostri Dorv. exhibent *bello.* ut Frontinus Strat. III. 5. 1. *Thracas omnia* victui *necessaria in montes comportasse.* Sallust. Catil. cap. XXXIX. *Sollicitabat cuiusquemodi genus hominum, quod modo* bello *usui foret.* ubi male Cortius tollendum hunc dativum putat, ut illic videbimus. Wopkens.

Summa industria parabat. Iuntae: *summa ope et industria.* Graev. — Praeter Iuntinam etiam Ald. *summa ope et industria* Abr. Gronov.

5. Prima belli congressione. Omnes omnino MSS. *conditione*. Forte legendum *coitione*, ut dixit Terentius Phorm. II. 2. 34. *Prima coitio est acerrima*. Modius. — Victus est Antiochus ad Thermophylas. Livius XXXVI. 19. Bernec. — MSS. omnes Modiani habent *conditione*. Idem in suis reperit Bongarsius. Hinc Modius putat *coitione* legendum. Mihi propius ad ductum litterarum venire videtur, si scribamus *conlisione*. Et est *conlidere* vel *collidere* verbum usitatum in tali negotio Horat. I. Ep. 2.

Graecia Barbariae lento collisa duello.

Scheff. — *Belli conditione* etiam Dorv. 3. ut alii MSS. unde tamen *belli coitione* vel *collisione* cum quibusdam coniiciendum esse, non dixerim, quum illud *belli congressione* solummodo mori Iustini sit consentaneum. Lib. XV. 1. *Demetrius prima belli congressione vincitur*. lib. XXII. 3. *Prima igitur illi cum Amilcare . . praelii congressio fuit*. vide et lib. XXXIX. 3. 12. Wopkens. — Modius malebat *coitione*, Schefferus *conlisione*, pro *conditione*, quam vocem in omnibus MSS. exstare ait Modius: idemque dant tres Leid. Thuan. Coll. N. et C. C. verum reliqui vulgatum tuentur. Supra XV. 1. 6. *Demetrius prima belli congressione a Ptolemaeo vincitur*. et infra XXXIX. 3. 12. *repetita praelii congressione*. Abr. Gronov.

Auxilium tulit . . ducem praebuit. Non inscite verbum *tulit* a Franeq. abest, ut sequens *praebuit* tam ad *auxilium* quam ad *ducem* pertineat. quemadmodum lib. XXVII. 2. *Pro auxilio bellum, pro fratre hostem imploratus* exhibuit. *Praebere* autem *auxilium* dixit S. Rufus in Breviario cap. XI. *Quod Antiocho contra Romanos* auxilium praebuissent. S. Severus Epist. V. 10. *Si . . aliquid eis in his . . causis* praebeamus auxilium. adde quae infra ad lib. XXXVII. 5. Wopkens.

Castraque ditia victoribus reliquit. Credo deesse aliquid. Forte, *castraque praeda ditia*. Faber. — Faber elapsam esse credebat vocem *praeda*: cuiusmodi tamen ablativos in voce *dives* passim subaudiri, vidimus ad lib. XVI. 4. 3. Wopkens.

6. Poenitere neglecti consilii. Nimirum hoc habet mortalitas: *tunc demum sentit se male de rebus suis statuisse, cum id nihil iam prodest*, ut ait Cicero apud Dionem Cassium XLIV. Adde Ausonii Epigramma XII. in simulacrum Occasionis. Bernec.

7. Interim nuntiatur Aemilium. Ita Vet. Cod. Pelerini. Cuiacianus, *Eimilium*, *E* pro *A*. Veteres enim *Aimilius* scribebant. Ceteri varie corrupti: quidam *ei vivium*: alii, *ei Livium*. Scripsisse auctorem arbitror, *nuntiatur ei Lucium Aemilium*, pro quo impresserunt quidam *Livium Nevium*, quidam *Livium Menenium*. Est autem hic L. Aemilius Regillus Livio XXXVII. 58. 1. et Floro II. 8. 18. Appiano Syriac. pag. 102. d. Λεύκιος Αἰμίλιος Ῥηγοῦλος, pro Ῥηγίλλος. Bongars. — Pr. Med. *I. nuntiatur ei Emilium*. sec. *I. nuntiatur ei C. Iulium*. tert. Leid. *I. n. ei Levinum*. ed. Ven. *I. n. ei L. Nevium*. Flor. Paris. Ald. Iunt. *I. n. ei Livium Menemum*. Bechar. Mediol. *I. n. ei Livium Nevium*. Magl. *I. nuntiatur ei Livium*; idemque in qui-

lam MSS. reperit Bongarsius, et amplectitur Cl. Perizonius, qui gini editionis Bernecceri adscripserat: „*ei Livium*. Verissima est ec lectio. Vide Livium lib. XXXVI. cap. 42. Hinc Rhodii apud vium lib. XLV. cap. 22. *C. Livium*, *L. Aemilium Regillum interrogate*. Nam Livius ante Regillum in Asia classi praefuit." e loco Livius ait: *C. Livius praefectus Romanae classis cum quaginta navibus tectis profectus ab Roma Neapolim*, *quo ab is eius orae convenire iusserat apertas naves*, *quae ex foedere bantur* etc. et paullo post: *Livius una et octoginta rostratis ibus*, *multis praeterea minoribus*, *quae aut apertae rostratae*, *sine rostris speculatoriae erant*, *Delum traiecit*. Porro Magl. . Leid. *Romanorum ducem*, et cum octo aliis MSS. et vett. edd. *octoginta*. Vincentius lib. VI. cap. 56. *Interea nunciatur An- Aemilium Romanorum ducem cum* etc. et in margine: *Mene-*, *Nemium*. L. ex prima editione, *Iunium*. Periz. ed. Rom. *ad* . ABR. GRONOV.

8. NOVA POSSE VICTORIA ABOLERI. Medicei, Magl. sec. Leid. *nova posse victoriae gloria aboleri*. Bodl. *victoria gloriae*. ABR. OV.

CAP. VII.

1. SED ADVERSUS ANNIBALEM DUCEM etc. Legendum puto, *sed sus Annibalem dux quis melior quam Africani frater crearo-* GRONOV. — Gronovius legendum putabat *Sed a. A. dux quis* , *quam* etc. Sic lib. VIII. 2. *Adversus quem . . Philippum*, *doniae regem*, ducem *eligunt*. Livius Epit. LXXVII. *Ut Ma-* adversus *Mithridatem Ponti regem* dux *crearetur*. Sed recte onsul dicitur *creari adversus Annibalem*, ut Livius VIII. 3. *maturius novi consules* adversus *tantam molem belli* crearentur. XVI. 22. *Si utique novum aliquem* adversus *Poenos consulem vellent*. Iustinus XXXVIII. 8. *Ne eum Alexandrini* contra *gem* crearent. et cap. 9. *Syriae regnum adfectabant*, usuri *De-* adversus *Antiochum fratrem*. Ex praecedentibus autem *et in* consulibus *creandis suspensa civitas erat*, facile hic sub- *consul*, praesertim cum talia magistratus nomina circa verba , *facere* etc. ita passim subintelligenda omittantur. Livius . *Quatuor creati sunt* (tribuni militum), *omnes iam functi nore*, *L. Furius* etc. Cicero II. ep. 9. *Quod ita* (aedilis) *fa- tis*, *ut dederis nobis . . quem semper ridere possemus*. La- de Mort. Pers. cap. XVIII. *Quis ergo fiet?* (Caesar) *Ille*, , *dignus non est*. sic ibi legendum existimo. Spartianus Carac. 1. *Quorum unum exercitus*, *alterum pater dixit*. quem locum andum non puto, uti nec hunc Aur. Victoris Caes. cap. XXXVII. *quem Probum in Illyrico factum accepere . . Hannibalem alte-* Adi commentatores Sallust. Iug. cap. LXXXV. 12. Nepot. cap. 1. Velleii II. 17. et Quinctiliani V. 10. WOPKENS.

2. CONSUL L. SCIPIO. Et cum eo C. Laelius: praeter citatos Gellius XVI. 4. Scipio hoc bello confecto *Asiaticus* dictus. BONGARS.

4. LEGATOS PACEM PETENTES AD EOS ANTIOCHUS MITTIT, PECULIARE DONUM AFRICANQ FERENTES IPSIUS FILIUM. Meliores MSS. *l. p. petentes Antiochus ad eos m. p. d. Africano ferentes filium ipsius*. ABR. GRONOV.

IPSIUS FILIUM. P. Aemilii, qui Perseum vicit, natura filium; P. Scipionis, adoptione, inquit Appianus Syriac. pag. 105. contra quam ceteri: non enim ipse Africanus, sed eius filius, Paulli Aemilii filium, eum qui Carthaginem evertit, adoptavit. Plutarchus in Aemilio cap. 7. Cicero, alii. BONGARS. — Adde Livium XLIV. 44. 1. Idem auctor XXXVII. 37. 6. nonnihil a Nostro discrepans ait, Antiochum Scipioni Eleae aegrotanti, post istam demum legationem, filium captum misisse: neque solum patrio animo gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse. BERNEC.

QUEM REX PARVO NAVIGIO TRAIICIENTEM CEPERAT. Hic locus etiam inservit defendendo illi Velleii II. 19. *Qui forte ab imperatore eo bello Cimbrico* captus *erat.* ubi *ab* delendum vel *sub* restituendum putant, quasi *ab imperatore capi* non possent dici, quos per suos milites accipiat captivos. Sic lib. XXXIX. 3. *Victor Cyzicenus uxorem Grypi* . . capit, *eiusque supplicio uxoris manibus parentavit.* Florus II. 20. *Crassi quoque praetoris cecidit exercitum, ipsumque* cepit. Livius XXXV. 22. *Flaminius oppidum* . . *expugnavit, et nobilem regulum Corribilonem vivum* cepit. vide et lib. XXIX. 32. Eutropius II. 11. *Pyrrhus Romanos mille octingentos* cepit. Alia, evitandi lectorum fastidii causa, exempla adscribere supersedebo.[1] WOPKENS.

5. PRIVATA BENEFICIA etc. Vide Camerar. Oper. Succis. Cent. I. 32. BERNEC. — Bechar. Ald. Iunt. *segregata.* Flor. *segregata duxit.* Bodl. *pr. ben. rebus publicis privata esse dixit.* ABR. GRONOV.

6. PROINDE GRATUM SE MUNUS ACCIPERE. Supra XI. 10. 10. *grate munere accepto.* Et fortasse *grate* etiam hic legendum. VORST. — Vir doctus suspicatur *grate.* Si quid mutandum, mallem *privatum* scribere. Ac potest fieri, ut compendium eius *pratum* pepererit vocem *gratum.* Sane, quia sequitur *privatoque*, videtur *privatum* praecessisse, quoniam alias non habet, quo satis commode referatur. SCHEFF. — Hoc dicit: quemadmodum sibi tanquam patri gratum hoc munus esset, sic se privatim etiam gratiam libenter pro illo regi habiturum. Liv. XXXVII. 36. ita haec exprimit: *Ego ex munificentia regia* maximum donum *filium habebo . . . Pro tanto in me munere* gratum *me esse in se sentiet, si privatam gratiam pro privato beneficio desiderabit . . . Renuntiate, inquit,* gratias *regi me* agere, *referre gratiam aliam nunc non posse, quam ut suadeam* etc. Non igitur erat, cur Schefferus mallet rescribere, *proinde privatum se munus accipere.* Praestaret cum Vorstio coniicere *p. grate se m. a.* quomodo *grate accipere* et *excipere* etiam dixit Iustin. XI. 10. 10. et XII. 11. 2. cum Tacito Histor. I. 85. Vide tamen, an vulgata

lectio vindicari possit his Livii XXX. 15. Accipio, *inquit*, *nuptiale munus*, *nec* ingratum, *si nihil maius vir uxori praestare potuit.* Wopkens.

Neque de iure patriae decidi posse. Sec. Med. *decedi.* Periz. *neque iure patriae decedi posse.* Nihilo melius. Vide Avum lib. II. Observ. cap. 6. pag. 255. Abr. Gronov.

7. Neque de redimendo filio tractavit. *Tractare* pro eo, quod mox sequitur, agere. Infra XXXVII. 3. 4. et pro consultare, deliberare, positum apparet. Vorst. — *Tractare* hic idem putat esse Vorstius, quod mox *agere* dicitur. Sed valet omnino cogitare, secum deliberare, ut lib. XXXVII. 3. *Cum de Asia* tractaret, *tacitus cum quibusdam amicis regno profectus* etc. Venant. Fortunatus de V. Martini lib. I. 349.

Rursus, opus peragens idola evertit, *et ecce*
Vir quidam tractans *Martini de nece*, *cultrum*
Dum rapit, *eripitur rapienda rapina rapaci*,
Excussumque fugit sine mora volatile ferrum.

Confer quae notavi ad Sedulium II. 82. Wopkens.

Dixerat. Sec. Med. *dixit.* Abr. Gronov.

CAP. VIII.

1. Ilion venissent. Decem MSS. ed. Rom. *Ilium.* Eadem, *pervenissent.* Abr. Gronov.

2. Quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet. An legendum *post longi itineris tempus*, vel *post longam absentiam inter* etc.? Aquam mihi hic haerere fateor. Wopkens.

3. Iuvabat Ilienses nepotes etc. Iterum Livius XXXVII. 37. 2. *Inde Ilium* (Scipio) *processit*, *castrisque in campo*, *qui est subiectus moenibus*, *positis in urbem arcemque cum ascendisset*, *sacrificavit Minervae praesidi arcis*, *et Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos praeferentibus*, *et Romanis laetis origine sua.* Et propter creditam hanc cognationem multis et magnis beneficiis a Romanis affecti sunt Ilienses. Sueton. Claud. 25. 14. *Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit.* Callistratus Iurisconsultus L. 17. §. 1. de Excus. Tut. *Iliensibus*, inquit, *et propter inclytam nobilitatem civitatis*, *et propter coniunctionem originis Romanae*, *iam antiquitus et Senatusconsultis et principum constitutionibus plenissima immunitas tributa est*, *ut etiam tutelae excusationem habeant.* Quin ipse etiam Alexander M. post pugnam ad Granicum eandem hanc urbem ἐλευθέραν καὶ ἄφορον pronunciavit, auctore Strabone lib. XIII. pag. 408. Modius. — Tacitus Annal. XII. 58. *Nero ut eloquentiae gloria nitesceret*, *causa Iliensium suscepta*, *Romanum Troia demissum*, *et Iuliae stirpis auctorem Aeneam*, *aliaque haud procul fabulis vetera facunde executus*, *impetrat ut Ilienses omni publico munere solverentur.* Bernec.

Optabilem Troiae ruinam etc. Seneca Epist. 91. m. *Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent et in maius.* Bernec.

Ut tam feciliter renasceretur. Horatius lib. III. Od. 3. de eadem Troia:

Troiae renascens alite lugubri
Fortuna tristi clade iterabitur.

Vorst.

5. Praelium cum Antiocho. Ad montem Sipylum, absente Africano, qui Eleae aegrotabat. Appian. Syriac. pag. 106. Bongars. — Huius praelii, circa Magnesiam quae ad Sipylum est, instructi commissique luculenta descriptio extat in Liv. XXXVII. 37. et seqq. Bernec. — Magl. Periz. ed. Rom. *praelio c. A. commisso.* Bechar. *praelium et c. A. c.* Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *praelium est c. A. c.* Abr. Gronov.

6. Armare se milites suos iubet. Iuntae *armari.* Graev. — Editio Iuntina teste Graevio, *armari milites suos iub.* quod fortasse et rectum. Pro *armare se* dicunt sane et *armari*, quomodo pro lavare se, *lavari*, et pro exercere se, *exerceri*, et sexcenta id genus alia. Vorst. — Editio Iuntarum habet, *armari milites.* Sed videtur aliud subesse malum huic loco. An enim putamus tum, cum maxime committebatur pugna, inermes fuisse in castris? Mihi sane verisimile haud videtur. An scribendum *animare milites suos?* Scheff. — Castris praesidio relicti armati utique non erant, nisi in stationibus et excubiis positi. Graev.

Fugientibus minari. Hoc genus exempla sunt apud Tacitum Hist. II. 41. 6. Frontinum II. 8. 11. et 14. item IV. 1. 29. Adde supr. I. 6. 10. ibique notata. Bernec.

Morituros dicens. Hoc *dicens* sine dubio est stulti glossatoris. Nec enim M. Aemilius hoc dicebat ipse solus, sed iubebat suos dicere fugientibus. Itaque vel delendum penitus, vel scribendum *dicentes.* Quanquam rectius mea quidem sententia deleatur. Scheff. — Schefferus *dicens* in *dicentes* mutandum vel potius delendum censet. Verum nihil in his absurdi video, si hoc Aemilium ipsum dixisse significare voluerit Iustinus. Confer lib. XXI. 2. *Victus . . legatos ad Syracusanos mittit*, spondens, *se depositurum tyrannidem*, *si* etc. Sic nempe hoc spondebat, ut per legatos etiam suo nomine Syracusanis sponderi vellet. Nec post verbum *minari*, *morituros* aut tale quid requiritur, quum passim illud sic absolute ponatur. Lib. XXVIII. 2. *Meminisse deinde iubent*, *qui quibus* minentur . . *Prius illis Gallos Italia pellendos*, *quam* minentur *Aetolis.* Et *gladio*, *ferro minari cui* ita dixit Sallust. Catil. cap. XXIII. et XLIX. Wopkens.

M. Aemilius . . . armare se milites . . . strictisque gladiis fugientibus minari, morituros dicens, nisi in praelium revertantur, infestioraque sua. *M. Aemilius* etiam Livio lib. XXXVII. cap. 43. dicitur: cum vero tert. Leid. det, *Mennius Aem.* et Coll. N.

Memmius Aem. praenomen huius Aemilii *Manius* fuisse suspicor. Ed. Flor. Paris. *armare mil.* Melius Ald. Iunt. *armari mil.* Dein sec. Med. *strictisque gladiis fugientibus minari mortem; dicens, ni in praelium revertantur, infestiora sua* etc. *Infestiora sua* etiam scriptum in Periz. atque in eodem et Magl. pr. tert. quart. Leid. ed. Rom. *ni* pro *nisi.* ut apud Livium d. l. *Minae exinde erant, in perniciem suam coecos ruere, ni dicto parerent.* Abr. Gronov.

7. Attonita tam ambiguo periculo legio. Saxo lib. XIV. pag. 343. init. *oppidani improviso periculo attoniti.* Abr. Gronov.

Legio . . initium victoriae fuit. *Initium* (i. e. causa) *esse* etiam personae dicuntur. Tacitus Ann. XII. 49. *Redire in Syriam iubetur, ne* initium *belli adversus Parthos existeret.* Nepos Thrasyb. 1. *Hic enim quum Phylen confugisset . . non plus habuit secum, quam triginta de suis. Hoc* initium *fuit saluti Actaeorum, hoc robur libertatis clarissimae civitatis.* Livius Epit. LVI. *Huius belli* initium *fuit Eunus servus* etc. Wopkens.

8. Caesa hostium quinquaginta millia, capta undecim. Livius lib. XXXVII. cap. 45. *Ad quinquaginta millia peditum caesa ea die dicuntur, equitum quatuor millia; mille et quadringenti capti, et quindecim cum rectoribus elephanti.* Bechar. Flor. Ald. Iunt. *capta XI milia.* Abr. Gronov.

Neque si vincant etc. *Οὐχ ὑβρίζομεν ταῖς εὐπραξίαις, οὐδ' ἐπιβαροῦμεν τοῖς ἑτέρων ἀτυχήμασι,* inquit Africanus apud Appianum Syriac. pag. 112. Bongars. — Livius XLII. 52. 9. Romanam constantiam celebrans: *Ita tum moris erat,* inquit, *in adversis vultum secundae fortunae gerere, moderari animos in secundis.* Et apud eundem autorem XLV. 8. 6. Paullus Cos. *In secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec praesenti credere fortunae: cum, quid vesper ferat, incertum. Is demum vir erit, cuius animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.* Adde supr. XXXI. 2. 2. Bernec. — Hic latet soloecismus, *Romanis . . . . . insolescere.* Cum hoc olfecissem, quaesivi in excerptis MSS. Codd. ubi quid esset mutandum reperi. Sic autem ibi scriptum est: *neque Romanos, si vincantur, animis minui* etc. Quae sana et vera scriptura est, quamque adeo omnino revocandam iudico. Faber.

Neque Romanis, si vincantur, animos minui; neque, si vincant, secundis rebus insolescere. Sic vulgo legitur. Longe elegantior est lectio quorundam MSS. Bongarsii, *Romanos neque si vincantur animis minui, neque si vincant, secundis rebus insolescere.* Scheff. — Longe elegantior Scheffero et Fabro visa MStorum quorumdam lectio, *Romanos neque, si vincantur, animis minui, neque* etc. Sic etiam Franeq. ac tres Dorv. nisi quod in 2. sit, *neque Romanos,* non *Romanos neque;* inque 1. *animo,* ac 3. *animos* habeatur. Accedo iudicio virorum doctorum: quamquam latere in his *Romanos . . . . insolescere* soloecismum, ut videbatur Fabro, non puto, sive verbum *insolescere* referamus ad *animos,* sive per syllepsin

satis usitatam *Romanos* post *Romanis* subaudiamus. Proque edita scriptura facit etiam quodammodo, quod magis ex usu *Romanis animos minui*, quam *Romanos animis minui*, dicitur. vide lib. XI. 10. 13. lib. XLII. 1. 4. Livius III. 13. *Auxere iras in plebem, non* minuere animos. lib. VI. 38. *Ducibus plebis accendit magis certamine* animos, *quam* minuit. lib. VII. 23. *Quum ipsa cunctatio et his* animos minuisset, *et auxisset hosti.* sic lib. XXI. 50. et lib. XXVII. 13. *Minui* tamen et *comminui* saepe ita de personis dicitur, pro extenuari. vide Intt. Livii XXI. 52. Ovidii Metam. XII. 472. et Flori III. 19. extr. Cicero ad Att. IV. ep. 3. *Nos animo duntaxat vigemus*..re *familiari* comminuti *sumus*. Vulg. Int. Psalmi XXXIII. 1. *Inquirentes autem Dominum non* minuentur *omni* bono. Wopk. — Periz. *Romanos neque.* Thuan. quart. Leid. *Romanos neque, s. v. animis m.* Medicei, quint. Leid. *Romanos neque si v. animos minuere.* Apud Livium d. l. Scipio Africanus ait: *Animos, qui nostrae mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundae res extulerunt., neque adversae minuerunt.* Abr. Gron.

9. Captas civitates inter socios divisere Romani, aptiorem gloriam quam possesssiones voluptarias iudicantes. Ea est duorum tantum MSS. lectio: ceteri vulgatam confirmant, nisi quod vulgo *voluntarias* legitur. Bongars. — Est locus ὕπουλος. MS. et Iuntina, veteresque aliae editiones: *Captas civitates inter socios divisere, muneris Romani aptiorem gloriam, quam possessiones voluptarias iudicantes.* Censeo scribendum: *Captas civitates inter socios divisere, Romanis aptiorem gloriam, quam possessiones voluptarias iudicantes.* Sensus enim postulat, ut exprimatur quibus aptior fuerit gloria, quam possessiones voluptariae; et confirmatur sequentibus: *Quippe victoriae gloriam Romano nomini vindicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.* In antiquo libro scriptum fuit *Romani*, quod cum ab alio correctum esset superscripto *Romanis*, natum inde est apud alios descriptores, non exputantes quid *Romani* et *Romanis* sibi velit, *muneris.* Graev. — Lego *aptiorem sibi gloriam* etc. Aliter coniecit Graevius noster, quem vide. Faber. — Graevius codices MSS. et Iuntas, veteresque alias editiones omnes habere ait sic: *Captas civitates inter socios divisere, muneris Romani aptiorem gloriam, quam possessiones voluptarias iudicantes.* Unde ille voce *muneris* expuncta legendum censet, *Captas civit. inter soc. divisere, Romanis aptiorem gloriam q. poss. volupt. iudic.* Iam editionem Iuntinam sic, ut ille ait, habere accredo. At aliae veteres editiones, Becharii puta, Maioris et aliorum, sic habent: *muneris Romani aptiorem Asiam:* quomodo et in uno cod. MS. esse testatur Bongarsius. Unde legendum fortasse *muneri Romanis aptiorem Asiam;* ut sensus sit, Asiam Romanis in munus aptiorem fuisse: vel, si *gloriam* retinere malis, *muneris Romanis aptiorem gloriam;* ut sensus sit, muneris gloriam Romanis aptiorem fuisse quam possessiones voluptarias. Traiectiones vocum tam Nostro quam aliis satis usitatae. Illud de *munere* consentaneum quoque ei quod antece-

dit *captas civit. inter socios divisere.* Vorst. — MSS. plerique, *divisere, muneris Romani.* Hinc alii *muneris* delent, et scribunt *Romanis*, alii *muneris Romanis aptiorem Asiam* faciunt, quia pro *gloriam* in aliquibus est *Asiam.* Mihi sic scripsisse distinxisseque Iustinus videtur: *Captas civitates inter socios divisere muneri Romani, potiorem gloriam, quam possessiones voluptarias iudicantes.* Illud *muneri divisere* sic est dictum, ut *donarunt victum memoriae patris* apud eundem Nostrum lib. XXXVIII. cap. 6. et alia huius generis apud alios scriptores, pro, diviserunt in munus, ut esset munus, ut haberent pro munere. Scheff. — Si dicendum, quod mihi videtur, nodum, quod aiunt, in scirpo Viri alioquin maximi quaesisse videntur, quum lectio MSS, et veterum editionum optimum et rei aptissimum sensum habeat, si verba recte distinguantur. Sic ergo lego, ac distinguo: *Captas civitates inter socios divisere muneris Romani, aptiorem gloriam, quam possessiones voluptarias iudicantes.* Verba *muneris Romani* conditionem et modum divisionis captarum civitatum continent. Scilicet diviserunt Romani inter socios captas civitates ea tamen lege, ut eas muneris Romani agnoscerent, et has civitates Romanis in acceptis referrent. Ita vocem *munus* posuit Tacitus Annal. XV. cap. 52. in fine: *Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne a libertate moveretur, vel dilecto imperatore alio sui muneris Remp. faceret.* Quid? quod ipse Iustinus in simili negotio eadem ratione loquitur lib. XXXXII. cap. 5. num. 8. *nam et ipse restitui in regnum desiderabat, iuris Romanorum futuram Parthiam affirmans, si eius regnum muneris eorum fuisset.* Quo quidem loco quid clarius ad explicandum nostrum locum afferri possit, equidem non video. Frequentissime hoc sensu ponitur nomen *beneficium.* vid. Livius lib. I. cap. 35. Suetonius Tib. cap. 12. Atque hanc sententiam, quae proxime sequuntur, verba omnino postulant, *quippe victoriae gloriam Romano nomini vindicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.* Dresig. — Graevius legendum coniicit . . *divisere, Romanis, aptiorem g.* etc. Sed ita minus commode illud *divisere* cohaeret cum praecedentibus. Nec *sibi* cum Fabro post *aptiorem* iniecerim, quum nihil eiusmodi ellipsibus sit usitatius. Dorv. 1. cum Iunt. aliisque edd. *divisere muneris Romani aptiorem gloriam, quam p. v. i.* Franeq. Dorv. 2. et 3. aliique MSS. *divisere muneris Romani aptiorem Asiam, quam p. v. i.* Tentabam *divisere Romani, muneris ampliorem gratiam, quam p. v. i.* quomodo etiam tolletur tautologia, quae ceteroquin inest his sequentibus, *Quippe victoriae* gloriam *Romano* etc. *Ampliorem* i. e. magis honorificam. Livius XXVIII. 42. *Non quia reip. id utile, sed quia tibi* amplum *et gloriosum censes esse.* cum not. Gronovii. *Gratia muneris*, ut *gratia beneficii*, Cicer. 2. in Rull. cap. 8. sic Liv. II. 14. Wopkens. — Coll. N. Periz. ed. Ienson. Bechar. Ven. Med. Paris. *divisere:* Periz. *dividere: muneris Romani aptiorem Asiam q.* pr. Med. *divisere;* *minus* (ita etiam sec. quint. Leid. Bodl.) *Romani aptiorem Asiam quam possessionem iu-*

dicantes. sec. Med. *div. muneris Romano apt. Asiam quam poss. voluntarias iudicantes*. Magl. ed. Flor. Ald. Iunt. *divisere muneris R. apt. gloriam, quam poss. voluntarias* (Magl. *voluptuarias poss.*) *iudicantes*. Forte scripsit auctor, *divisere, muneri Romani aptiorem Asiam quam possessioni voluptariae iudicantes*. Gellius lib. I. cap. 13. *quem* (malum) *esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti existimabat*. Ienson. Bechar. Med. Paris. etiam dant *voluntarias*, Ven. *voluntaria*. Abr. Gronov.

Possessiones voluptarias. Manlius ad milites suos apud Livium XXXVIII, 17. 18. *Vobis mehercule Martis viris cavenda ac fugienda quamprimum amoenitas est Asiae: tantum hae peregrinae voluptates ad extinguendum vigorem animorum possunt: tantum contagio disciplinae morisque accolarum valet*. ut factum infra XXXVI. 4. 12. Bernec.

COMMENTAR. IN LIB. XXXII.

CAP. I.

1. Aetoli. De Aetolico bello, quod gessit M. Fulvius Nobilior Cos. cum Cn. Manlio Vulsone, lege Livium XXXVIII. 3. etc. Florum II. 9. Bongars.

Qui Antiochum in bella Romana impulerant. Bodl. *qui in bella Rom. Ant. imp.* Vincentius lib. VI. cap. 58. *compulerant*. Paullo post ed. Rom. Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. *remanserant*. Abr. Gronov.

2. Inter tot Graeciae. Secunda vox abest a Flor. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

3. Restiterant . . fregerant. In omnibus nostris *restiterint* et *fregerint:* nec sane inelegantius hoc. Wopkens. — Pr. Med. Magl. Leidenses, Periz. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *restiterint* et *fregerint*. Abr. Gronov.

Maius desiderium libertatis augebat. Lege: *Quae gloriosa recordatio maiorum desiderium libertatis augebat*. Gronov. — Hanc lectionem vix opinor esse probam. Quis enim Latinum putet, *augere maius desiderium?* Nam quod maius est, iam augmentum suum habet. Itaque non augetur desiderium maius, sed desiderium simplex augetur magis. Mihi non est dubium, quin Iustinus scripserit, *in maius desiderium libertatis augebat*. Sic enim illud *in maius* usurpat et alibi. ut XI. 13. 2. *Famae in maius, sicuti mos est, omnia extollens*. Praepositionem autem *in* abstulit sequens litera *m* in voce *maius*, totidem constans lineis, quod et alibi iam observavimus esse factum. Scheff. — Omnino cum Iuntina legendum: *ma-*

gis desiderium libertatis augebat. In maius augeri nemo veterum dixit, ut *in maius extolli.* Graev. — Gronovius legebat, *Q. g. r. maiorum desiderium l. a.* Mallem quidem cum Graevio, ex ed. Iuntina, *Q. g. r. magis d. l. a.;* qui tamen minus recte istam coniecturam Vorstii, *Q. g. r. in maius d. l. a.* ideo condemnat, quod nemo veterum sic *in maius augeri* dixerit. Ita enim Livius XXIX. 3. *Omnia* in maius *metu* augente. Ammianus XVI. 12. *Et turpissimus ducis Romani digressus ferociam natura conceptam auxit* in maius. lib. XXV. 4. *Hoc autem temperantiae genus* crescebat in maius. Vulg. Interp. Exodi XIX. 19. *Et sonitus buccinae paullatim* crescebat in maius. Ruffinus Hist. Eccl. III. 29. *Animam vero . . scientiae cibis* in maius *semper* augendam. et lib. IV. 23. *Soter non solum servavit, quae patres tradiderant, sed et* auxit in melius. Legerim *in maius.* Orosius III. 13. *Post autem* . . in maius aucta *et Constantinopolis dicta.* Sed uti hic nostri quatuor cum reliquis omnibus habent, *maius desiderium libertatis augebat*, sic simili insolentioris pleonasmi genere Hirtius de B. Hispan. cap. 1. *Itaque paucis commodis hoste hortato*, maiores augebantur *copiae.* et allegatus ibi a Davisio Canon nonus Theodori apud Bedam H. Eccl. IV. 5. *Ut* plures *episcopi, crescente numero fidelium,* augerentur. Pariter Sidonius I. epist. 1. *Actutum tibi a nobis volumina* numerosiora . . multiplicabuntur. Orosius V. 4. *Contra Viriathum missus, quasi pro abolenda superiore macula*, turpiorem *ipse* auxit *infamiam.* ubi malles *turpiore ipsam auxit infamia*, quod sane elegantius foret. Cyprianus de Vanit. Idol. pag. 12. *Inde per varias gentes et provincias singulas* varia *deorum religio* mutatur. ubi *putatur* legendum esse, doct. Vonkio non crediderim. Talia sunt *novam pugnam integrare,* Livii VII. 7. et XXXVI. 18. *Vanum laborem eludere*, Sulp. Severi Dial. I. 19. 3. *Firmare stabiles foedere terras*, Boëtii Consolat. I. met. 6. *Crebros morsus repetere*, Paulini V. Martini II. 583. et 654. Wopkens. — *Magis* pro *maius* ex Iuntina, cui consentit Ald., restituit Graevius; nec aliter scriptum in quarto Leid. Eaedem editiones cum Bechar. Flor. Med. Paris. *quae sola gloriosa rec.* Abr. Gronov.

4. et 5. De principatu primo dissensio, mox bellum ortum est. In ea Philopoemen capitur. Error est; scribe *in eo.* Neque enim in illa nascenti dissensione captus est Philopoemen, sed in bello. Ceterum haec verba, *nobilis Achaeorum Philopoemen imperator*, transposita fuerunt, et ita disponenda, *In eo nobilis Achaeorum imperator Philopoemen capitur.* Faber. — Sic planissime Iuntina, ut Faber coniecerat. Graev. — *In eo nobilis Achaeorum imperator Philopoemen capitur.* Ita ed. Rom. Ald. Iunt. *primo contentio*, et *in eo nobilis Achaeorum Philopomenes imperator capitur* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *in eo bello nobilis Ach. imp. P. capitur* Periz. at Vincentius lib. VI. cap. 60. *His temporibus inter Mess. et Ach. de pr. primo dissensio, mox bellum exortum est, in quo nob. ille Ach. imp. Philopomenes cap.* Abr. Gronov.

PHILOPOEMENES. Praeter Livium XXXIX. 49. et Plutarchum lege Pausaniam Arcadicis. BONGARS. — Optime MSS. *Philopoemen*, quibus adsentiuntur Iuntae. Sic enim dicitur, non *Philopoemenes*, Graecis. GRAEV.

NOBILIS ACHAEORUM PHILOPOEMENES IMPERATOR. Codices quidam MSS. teste Bongarsio, *Nob. Ach. imperator Philopoemen*. Sed et editio Iuntina teste Graevio *Philopoemen* habet: idque rectius videtur. VORST. — MSS. Bongarsiani et *Philopoemen* scribunt, pro *Philopoemenes*, et traiecte habent *imperator Philopoemen*. Et profecto ita postulat ratio sermonis Latini. Facit tamen ipsa haec diversitas, ut putem, nomen *Philopoemen* aut *Philopoemenes* non Iustini esse, verum glossatoris. SCHEFF. — Transponendum putant *Achaeorum imperator Philopoemen*, ut et Dorv. 1. et 3. cum aliis nonnullis habent. Similiter, invitis tamen libris, lib. XLIII. 4. non, *Mortuo rege Nanno Segobrigiorum*, sed, *Mortuo Segobrigiorum rege Nanno*, legebat Faber. Sed praeter ea, quae supra ad Praef. et ad lib. II. 6. 8. adduximus huius metatheseos exempla, plurima enumerari alia possunt. lib. V. 9. *Castellum Phylen Atticorum finium occupavit.* Livius XXXV. 47. *Achaeorum Philopoemenem principem infestum invisumque esse Quintio, credebant.* Sallust. Catil. cap. LI. 23. *Quid.. grave nimis in tanti facinoris homines convictos?* Sic enim, secus quam Cortius putabat, non male quidam MStus. Cicero Tusc. I. 4. *Atqui pleni libri sunt contra ista ipsa philosophorum dissentium.* ubi et nostra, sis, videas. Augustinus Epist. CCLXII. *Clamet eiusdem provinciae Victor episcopus . . . Clamet tertius eiusdem provinciae Laurentius episcopus.* de Civ. Dei XVIII. 12. *Per eos annos a rege Xantho Cretensium . . rapta perhibetur.* Pacatus Panegyr. cap. XX. *Regii nominis Brutus osor.* Ruffinus H. Eccl. I. 6. *Ex vico Cocchoeba Iudaeorum.* Sed manum de tabula. WOPKENS.

6. SEU METU VIRTUTIS, VEL VERECUNDIA DIGNITATIS. Iuntae: *Seu metu virtutis, seu verecundia dignitatis.* Mox iidem, *Itaque laeti, velut in illo omne bellum confecissent. Laeti* vulgo desideratur. GRAEV. — Editio Iuntina teste Graevio pro *vel* habet *seu*: id quod concinnius rursus videtur. VORST. — Iuntina, *seu verecundia*, quod a doctis probatur. SCHEFF. — Elegantius *seu verecundia d.* prout ex Iuntina edidit Graevius, atque etiam Franeq. ac Dorv. 1. 3.que repraesentant. Non tamen ita raro voculas *seu* et *vel* concurrere, observatum a Dukero ad Flor. IV. 2. 19. et Tursellini lib. de Particulis. WOPKENS. — *Seu verecundia* pro *vel verec.* restituit Graevius ex Iuntina, cui adstipulantur sec. Med. Magl. Leidenses, Bodl. Reg. Coll. N. Thuan. Periz. ed. Rom. Aldina. Vincentius: *quem captum Messenii verecundia dignitatis ausi interficere non sunt.* ABR. GRONOV.

VERECUNDIA DIGNITATIS. Vide supra notam ad XIV. 6. 10. BERNEC.

7. VELUT IN ILLO OMNE BELLUM etc. Tantum instar scilicet est in uno belli duce. Cicero pro L. Muraena cap. 16. de Mithri-

date: *Ipse Pompeius, regno eius possesso, tamen tantum in unius anima posuit, ut cum omnia quae ille tenuerat, victoria possideret, tamen non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum iudicarit.* Tacit. Annal. IV. 25. *Differtur per manipulos Tacfarinatem omnes notum tot praeliis consectarentur, non, nisi duce interfecto, requiem belli fore.* Quo ipso argumento Plutarchus in Flamin. 38. qualitercunque Romanos Annibalem quamvis decrepitum et exulem, ad mortem usque persequentes excusat. Adde Livium XLV. 7. 1. Florum IV. 2. 29. Curtium V. 13. 4. Bernec. — Sec. Med. Magl. sec. quint. Leid. Periz. ed. Rom. Ald. Iunt. *Itaque laeti velut.* Abr. Gronov.

Quem potuisse capi incredibile singulis videbatur. Vincentius: *q. capi potuisse incr. vid.* Abr. Gronov.

9. In carcerem ducto. Iuntae: *educto.* Leg. *deducto.* Graev. — Quia in Iunt. edit. erat *educto*, Graevius legebat *deducto*, ut etiam Dorv. 2. Sed verbum simplex neutiquam postferendum. Suetonius Caes. cap. XX. *Catonem . . extrahi curia . .* duci*que in carcerem* iussit. Livius XXV. 4. *Ac ni vades daret, prehendi a viatore atque in carcerem* duci *iusserunt.* Ita et lib. XXXVIII. 57. Tacitus Ann. III. 51. Ductus*que in carcerem Priscus ac statim exanimatus.* Valer. Max. II. 10. 7. *Cum . . ob id eius iussu a lictore in carcerem* duceretur. Sic ille lib. V. 3. 2. lib. VI. 1. 9. Pariter *in vincula ducere* obvia dictio est apud illum, Livium aliosque. Nec spernenda itaque optimi Guelf. et Commeliani MS. lectio Sallustii Catil. cap. LV. 3. *Ipse . . Lentulum in carcerem* ducit. Wopkens. — Faber edidit *reducto.* Graevius malebat *deducto*, atque ita Bechar. Veneta, Mediol. Praestat vulgatum. Paullo ante: *eumdem in theatrum duci iusserunt.* Cicero Orat. in Vatinium cap. 9. *cum eum tu consulem in vincla duceres.* et paullo post: *per quem consul populi Romani non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur.* Ulpianus L. 2. D. de In ius voc. *qui coërcere aliquem possunt et iubere in carcerem duci.* et Callistratus L. 2. D. de Bonis damn. *Non ut quis in carcerem ductus est, spoliari eum oportet.* Eodem modo Lactantius lib. IV. cap. 22. dixit, *in iudicium duci.* Adde Avum ad Livii Epit. LV. et Cl. Wopkensium ad h. l. Vincentius: *Inde ei in c. ducto.* Periz. *venenum ei dederunt.* Flor. Ald. Iunt. *deinde* (ita Bechar.) *in carcerem educto . . venenum ei dederunt.* *Tò ei* etiam, sed male, addunt Magl. Periz. ed. Bechar. Ven. Med. Abr. Gronov.

Lygortas. MSS. *Lygorias*, facili lapsu *i* pro *t.* Graeci *Λυκόρτας.* Bongars. — Et hic Iuntae rectius: *Lycortas.* *Λυκόρτας* Graecis. Graev. — *Lycortas* pater fuit Polybii, scriptoris nobilissimi, qui veri studio ipsum patrem notavit. Vorst.

Quem secundum a se esse scientia rei militaris sciebat. Medicei, Magl. Bodl. Reg. pr. sec. tert. Leid. Coll. N. Periz. *scientia militari.* Vox *rei* etiam desideratur in quart. quint. Leid. Utraque loquendi ratio auctori placuit: prior XXV. 5. 4. *scientiam certe rei*

militaris in illo viro tantam fuisse. posterior V. 6. 9. *neque ea scientia militaris in his, quos vincula, non castra, continuerant.* Apud Vincentium corrupte legitur, *iustitia, militari scientia.* ABR. GRONOV.

10. POENASQUE INTERFECTI PHILOPOEMENIS PEPENDERUNT. Quicumque autores fuerunt interficiendi Philopoemenis, ipsi sibi ultro mortem conscivere. Plutarch. BERNEC.

CAP. II.

1. CUM GRAVI TRIBUTO PACIS A ROMANIS VICTUS ONERATUSQUE ESSET. Hoc nihil est, *gravi tributo pacis victus oneratusque.* Lege et ita distingue, deleto QUE: *Cum gravi tributo pacis, a Romanis victus, oneratus esset.* Res est et plana et certa. FABER. — *Tributum pacis* est id, sub cuius promissione Antiochus pacem obtinuit. Pro *victus* legendum fortasse *vinctus.* Et videntur haec de Antiocho Magno, non de Antiocho Epiphane intelligenda. Quod si ita sit, non ei conveniunt, quae de templo Iovis Elymaei tentato, ipsoque rege interfecto sequuntur; haec enim Antiocho Epiphani competunt. VORST. — Mallet *vinctus* vir doctus. Ego quoque *victus tributo* non intelligo. Sed puto, verba haec sic esse scribenda, *cum gravi tributo pacis a Romanis victus, oneratus esset*, deleto illo *que* post *oneratus*, quod adiecerat, qui ista duo putabat iuncta, cum tamen *victus* stet per se. *victus est oneratus*, id est, cum victus esset, aut postquam victus esset, oneratus est. SCHEFF. — Non aliter Iuntina, quam ut legendum videre sagacissime Schefferus, et Faber, quorum coniecturam vel sine libris amplexi sunt editores Angli, qui addunt consulendum esse Diod. Sic. in Excerptis Vales. pag. 292. GRAEV.

SEU INOPIA PECUNIAE COMPULSUS, SEU AVARITIA SOLLICITATUS, QUA SPERABAT . . TEMPLUM DIDYMAEI IOVIS AGGREDITUR. Vides sensum requirere, ut legatur, *quia sperabat.* Dein scribendum cum Iuntis *Elymaei* Iovis templum. ut et legendum statuit Isaacus Vossius. Confirmat et Sulpitius Severus praeter Polybium et Diodorum Siculum in Excerptis Porphyrogenetae lib. II. *Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, oppidum Elymam, regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo auro refertum diripere conatus, confluente undique ad defensionem loci multitudine, fugatus.* Non confuderunt veteres Antiochos, ut Berneccerus ex Strabone, Hieronymo, Iosepho, et I. Maccab. 6. ad Iustini hunc locum, et Drusius ad Sulpitium notarunt, sed docuerunt potius, et patrem Antiochum, Magnum nimirum, et filium Antiochum Epiphanem fuisse sacrilegos: patrem Iovis sive Beli Elymaei, filium Dianae Elymaeae templum compilasse, ut recte vidit Rupertus Observat. ad Histor. Universal. cap. 10. GRAEV. — Recte de coniectura rescribebat Graevius *quia sperabat*, quomodo plane Dorv. 3. In 1. autem aliisque legitur *qui sperabat*, quod et hanc emendationem nonnihil iuvat. WOPKENS. — Legendum puto, *templum Elymaei Iovis,*

id est Beli. Nam quod Iupiter Cretae rex apud suos consecutus est, nempe divinitatis opinionem stulto gentilium errore, hoc Belus apud Elymaeos. Verum lib. I. Machab. cap. 6. de Antiocho Epiphane hoc sacrilegium refertur. Unde hoc variatum historia puto cum in homine, tum in Deo, de duobus Antiochis et de Iove vario. GLAREAN. — Strabo XVI. pag. 512. 40. interfectum a barbaris, cum templum Beli spoliare conaretur. Auctor de Viris Illustribus, a sodalibus, quos temulentus in convivio pulsaverat, occisum esse refert. D. Hieronymus in XI. Daniel. cum adversus Elymaeos pugnaret, cum omni exercitu deletum. BONGARS. — Iosephus Ant. XII. 13. narrat, Antiochum, templum Dianae in Elymaide spoliare conantem, magna clade accepta, Babylonem recessisse: ubi cum paulo post accepisset nuntium de altera clade a suis accepta in Iudaea, dolore sit confectus. Consonat lib. I. Machabaeor. cap. 6. Haec auctorum diversitas a non distinctis Antiochorum cognomentis orta videtur. Antiochi Soteris interitum reperies apud Nostrum XXXVIII. 10. 14. BERNEC. — MSS. *Dodonaei*, Impr. *Dindymaei*, et *Didymaei*. Omnia falsa. Legendum omnino est, *Elymaei Iovis;* quam lectionem miror a Bongarsio constabilitam non fuisse, ante Cl. Vossium; nam omnia legerat unde id fieret. Firmior itaque Vossius, qui rem indubitatam ponit, legendum scilicet, *Elymaei*, quod liquido apparet in edit. Iuntarum, ut affirmat Graevius. Oppidum autem illud, unde Iupiter dicitur Elymaeus, in Perside erat. FABER. — Scribendum omnino, *templum Elymaei Iovis.* Strabo XVI. pag. 744. *Ἐλυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τούτων κέκτηνται χώραν* etc. *Ἀντίοχον μὲν οὖν τὸν Μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾶν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα ἀνεῖλον ἐπιθέμενοι καθ' αὐτοὺς οἱ πλησίον βάρβαροι.* Neque mirum est *Belum* vocari Straboni, qui Iustino Iupiter. Diodor. Sic. II. pag. 97. *Τὸν Δία καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον.* GRONOV. — Editur vulgo *Didymaei.* sed legendum esse *Elymaei* ex Polybio et Diodoro Sic. monet Vossius. Atque ita manifeste in editione Iuntina esse testis est Graevius. Scribit et Hieronymus in XI. Daniel. Antiochum cum adversus Elymaeos pugnaret, cum omni exercitu deletum fuisse. Facit huc item quod I. Macc. 6. legitur *ἐν Ἐλυμαΐδι Elymaide* templum fuisse admodum opulentum, quod Antiochus spoliare conatus fuerit. VORST. — Quart. Leid. MSS. Bongars. *qui sperabat.* Melius Periz. ed. Bechar. Mediol. *quia sperabat.* quomodo Graevius legendum coniecerat. *Elymaei* quoque dat Aldina, *Elimei* sec. Med. ABR. GRONOV.

2. QUA RE PRODITA, CONCURSU INSULARUM. Impressi *incolarum*, quod placet. BERNEC. — Narrat quoque hanc rem Polybius in Excerptis Porphyrogennetae, et Diodorus Siculus. Unde patebit, legendum esse, *Iovis Elymaei. Insulares* autem vocat templi custodes, et accolas. Templa enim, et fana, locaque secreta, *insulae* appellari, nemo nescit. Sic Delphi, insula a quibusdam dicuntur. VOSS. — Insignis est et certissima emendatio Isaaci Vossii: *concursu insularium.* Sicut hic insulares sunt aeditui, custodes, et incolae templo-

rum, sic Pomponio dicuntur *insularii*, Leg. XVI. de Usu et habitat. *Dominus proprietatis etiam invito usufructuario, vel usuario fundum, vel aedes, per saltuarium, vel insularium custodire potest. Interest enim eius fines praedii tueri.* Confirmatur haec lectio in codice manu exarato, quem Bongarsius in variis testatur habuisse *insularium*. Sunt autem in Asia talia templa, ad quae habitant plurimi homines, qui sacerdoti parent. Talis fuit Cumanus sacerdos, in cuius potestate et ditione erant ad sex millia hominum. Interdum arma corripiebant, et qui iis iniuriam inferebant, ulciscebantur et propulsabant. Vide Cic. XV. ad Fam. Ep. 4. Graev. — Praeclara est Is. Vossii emendatio, pro *insularum*, ut vulgo scribebatur, legentis *insularium*. Sciunt autem docti qui sint insulani et insulares; et quid sit insula in genere aedificiorum. Illum vide et iuris interpretes. In libris quidem impressis legitur *incolarum:* sed id ab ignoratione significationis factum arbitror. Dein dicendum fuerat, *accolarum*. Sed, mihi crede, Vossii tuta fides, illum ducem sequere. Faber. — Bongarsius edidit *insularum*, prae quo Berneccero placet quod antiquiores typis expressi habent *incolarum*. Mirum autem quod, cum Bongarsius unum codicem MS. viderit, in quo *insularium* fuit, idem tamen ipsum illud non rescripsit, sed potius *insularum*, ut dixi. Non *insularum* concursus fieri potuit, sed *insularium*. Suntque *insulares* dicti hic eius de quo praedictum templi custodes et accolae. Festus: *Insulae dictae proprie quae non iunguntur communibus parietibus.* Et facit huc quod Hieronymus in Comm. in cap. XI. Daniel. ex Polybio et Diodoro refert, Antiochum eum templum Dianae Elymaide spoliaret, *a custodibus templi* et vicinis gentibus oppressum esse. Porro *militia* hic est pro exercitu: qua de significatione vocabuli in lib. de Latinit. mer. susp. egimus contra Scioppium. Vorst. — Tert. Leid. *insulanorum*. Lipsius margini editionis Bongarsianae, in qua exstat *insularum*, adscripserat: „An *incolarum?*“ idemque dant sec. quint. Leid. Periz. Bodl. ed. Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. Dein Medicei, Magl. sec. quint. Leid. Periz. ed. Rom. Flor. Ald. Iunt. *cum omni milite.* Adde notam ad XI. 14. 5. *Tò militia* tuetur Vorstius lib. de Latin. mer. susp. cap. 2. pag. 28. Abr. Gronov.

3. Questum de iniuriis etc. Iuntae: *Questum iniurias Philippi.* Paulo post iidem: *Nam et apud fratrem Persem.* Graev. — Iuntina: *questum iniurias.* Ita supra I. 10. 17. *queritur crudelitatem regis.* Cic. de Amic. *quorum plerique queruntur semper aliquid.* Scheff. — Flor. Ald. Iunt. *questum iniurias:* ut supra XVIII. 7. 16. *exsilii iniuriam queritur.* Adde notam Schefferi. Eaedem omittunt nomen gentile. Abr. Gronov.

Discrepatio in Senatu inter Demetrium. Antiquiores typis expressi, *disceptatio in Sen.* Vorst. — Vorstius sic publicavit nescio quem secutus. Scheff.

Turba querelarum confusus. *Confusus* pro perturbato, ut saepe apud Valerium Max. et alios. Vorst. — Periz. *turba quere-*

ntium. De verbo *querelari* egit G. I. Vossius lib. IV. de Vit. rm. cap. 18. Tert. quart. Leid. Coll. N. *turba querelarum conci- ta est: at confusus adol.* ABR. GRONOV.

4. MODESTIA SUA. Non satis hoc cohaeret cum sequentibus, *odestia suâ, patrocinio pudoris obtinuit.* Saltem idem bis repeti- r. Unde credo verba *modestia sua* irrepsisse hic ex glossa. SCHEFF. — Quamvis concinnius horum, *modestia sua* et *sed patrocinio pu- ris*, alterutrum omissum fuisset, non tamen ideo bigam istam *mo- stia sua* ex glossa irrepsisse cum Scheffero crediderim, quoniam ssim ita voces eiusdem casus iungit Iustinus, ut lib. XXII. 7. 6. alibi multoties inculcandum fuit. Confer etiam, quae de tali onasmi forma ad lib. XXVIII. 3. 3. WOPKENS.

6. SED ODIUM OBTRECTATIONIS COMPARAVIT. *Odium obtrecta- nis* dixit ut mox: *nam aemulatio illi* invidiam *contraxit.* et prae- tione: *cum obtrectationis* invidia *decesserit.* Salvian. adv. Avarit. I. tio: *Inter ceteros morbos, quos tibi antiquissimus . . . serpens ocissima letiferae aemulationis* invidia . . *inhalat.* Tacitus Hist. 21. *Fraude illata ignis alimenta credidit a quibusdam . . invi- ae* aemulatione, *quod nulla in Italia moles tam capax foret.* At c cum Mureto, quamvis renitatur Ryckius, legerim *invidia et ae- ulatione;* quae ita quoque copulavit Tacit. ibidem cap. 101. et lib. 65. ut etiam Florus I. 11. 1. Iustin. XXXVIII. 4. 6. Liv. XXVIII. . 8. WOPKENS.

7. NAM APUD FRATREM PERSEUM. Editio Iuntina teste Graevio dditum *et* habet hoc modo, *Nam et ap. fr. Persem.* estque id ncinnius, quia alterum *et* mox sequitur. VORST. — Iuntina: *nam apud fratrem Persem.* Illud *et* Vorstio probatur, tanquam sit ncinnius ob *et* alterum quod mox sequitur. *Perses* est ubique, iam in sequentibus. SCHEFF. — Sec. Med. *Persen*, ut infra XXXIII. 6. et XXXVIII. 6. 4. Ald. Iunt. *Persem.* Eaedem paullo post, cap. 3. 1. et 4. ac cap. 4. 1. XXXIII. 1. 4. et 2. 5. *Perses.* dem lib. cap. 1. 3. et 7. *Perse.* et §. 3. *Persae.* ABR. GRONOV.

NOTA ABSOLUTIONIS CAUSA OFFENSAE FUIT. Non nego hanc le- tionem posse ferri; nec, si renuant veteres libri, quicquam hic ten- em. *Nota* enim *absolutionis* est infamis absolutio, ut lib. XXXIX. *nfamia mortis* est ignominiosa mors, et XLI. *varia periculorum ertamina* sunt, varia periculosa certamina. Blanditur tamen vehe- menter Iuntinae editionis lectio, tanquam longe elegantior et huic co aptior: *Apud patrem absolutionis causa offensae fuit.* Causa nim absolutionis fuit modestia filii, et ex ea senatus in illum stu- a et amor, qui offendit patrem, uti et sequentia arguunt: *Indi- gnante Philippo plus momenti apud senatum personam filii, quam uctoritatem patris, ac dignitatem regiae maiestatis habuisse. Of- fensae esse*, ut *laudi esse, opprobrio esse, bono esse*, et mille ta- lia. Praestare ausim et in me recipere Trogum ita scripsisse. GRAEV. — Planissime et verissime in edit. Iuntarum legitur: *Et apud pa- trem absolutionis causa offensae fuit.* Nil vidi melius; neque vero

iniuria tam bona scriptura a Graevio probatur. FABER. — Ab antiqua editione Becharii et aliis abest *causa:* et a Iuntina teste Graevio abest *nota.* Quorum hoc eidem Graevio rectum videtur; ut per *absolutionis causam* hic intelligatur, quod verecundia et modestia filii apud senatum plus momenti habuisset quam auctoritas patris et dignitas regiae maiestatis. VORST. — Vox *nota* abest a Iuntina, quod a Graevio probatur. Videtur tamen stare posse, si coniungatur cum sequenti *causa*, ut *nota causa* sit, quae innotuit, exsistatque haec sententia: quia causa absolutionis, modestia scilicet filii, innotuit, publiceque circumlatum est, ob eam solam patrem liberatum, ideo id offendit patrem. SCHEFF. — Nota ablativum absolutum *indignante Philippo*, quum scribi non minus apte potuerit, *et apud patrem . . indignantem plus momenti* etc. Sic lib. XXIV. 3. *Qui cum ad matrem confugissent, in gremio eius inter oscula trucidantur*, proclamante *Arsinoë* (pro *proclamantis*) *quod tantum nefas . . contraxisset.* Vide quae illic notamus. Quod porro Graevius vocem *nota* cum edit. Iuntina delet, hanc etiam Dorv. 2. ignorat. Sed recte, ut iudicavit Schefferus, manebit, si explices cognita, divulgata. *Offensae alicui esse apud aliquem* dicitur, ut Cicero ad Attic. IX. ep. 2. *Negas te dubitare, quin magna in* offensa *sim* apud *Pompeium hoc tempore.* WOPKENS. — Periz. *offensam produxit. Nota* abest Flor. Ald. Iunt. *et apud p. nota absolutionis causa offensa f.* Bechar. Ven. Med. Paris. ABR. GRONOV.

INDIGNANTE PHILIPPO. Periz. *indignato Ph.* ABR. GRONOV.

8. IGITUR PERSEUS. Orationes utriusque pulcherrimae et cetera huc pertinentia extant apud Livium lib. XL. BERNEC.

PERSEUS PERSPECTA PATRIS AEGRITUDINE. Iuntae: *Perses.* Paulo ante: *apud fratrem Persem.* cap. seq. *Non minus scelere Persae, quam innoxii Demetrii morte cruciabatur.* Dicebant *Perseus*, *Perses* et *Persa.* GRAEV. — Editio Iuntina *Perses:* ut et paulo ante *apud fratrem Persem.* Sed et infra XXXIII. 2. est *usque Persen.* Et dicitur sane utrumque, *Perseus* et *Perses. Aegritudo* dicitur hic quod XXXII. 3. 4. *aegritudo animi:* qua de significatione vocis in lib. de Latinit. mer. susp. cap. 14. egimus. VORST.

10. QUIBUS REBUS COMPULSO AD PARRICIDIUM PATRE..FACIT. Magl. *q. r. compulsus ad parricidium pater.* Ald. Iunt. *fecit.* ABR. GRON.

CAP. III.

1. OCCISO DEMETRIO. De Persei in fratrem Demetrium fraude, et Philippi morte, vide Livium lib. XL. et Pausaniam in Corinthiacis. BONGARS. — Zonaras lib. IX. cap. 22. *Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τὸν υἱὸν Δημήτριον ἀποκτείνας, καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν τὸν Περσέα μελλήσας φονεύσειν, ἀπέθανεν. Ἐπεὶ γὰρ προσφιλὴς ἐκ τῆς ὁμηρείας τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο ὁ Δημήτριος, καὶ αὐτός τε καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Μακεδόνων ἤλπιζον, ὅτι μετὰ τὸν Φίλιππον τὴν βασιλείαν λήψεται, ἐφθόνησεν αὐτῷ ὁ Περσεὺς, ἅτε καὶ πρεσβύτερος*

αὐτοῦ ὢν, καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα τῷ πατρί. Καὶ ὁ μὲν φάρμακον πιεῖν ἀναγκασθεὶς, ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ Φίλιππος οὐ πολλῷ ὕστερον τὸ ἀληθὲς γνοὺς, ἀμύνασθαι τὸν Περσέα ἠθέλησεν, οὐ μέν τοι καὶ ἴσχυσεν· ἀλλ' αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὴν βασιλείαν ὁ Περσεὺς διεδέξατο. Abr. Gronov.

Non negligentior tantum Perseus. In MSS. legitur *neglectimentior*. Vetus lectio procul dubio fuit *neglectior*. Voss. — Lego, *non irreverentior*. Id postulat sententia. Alius aliud quaeret. In MSS. *nonne clementior*, quod, corruptum licet, ad coniecturam meam facit. Faber. — Codices MSS. quos Bongarsius vidit pro *negligentior* habent *neglectimentior:* de quo cogitare ob consensum codicum operae pretium videtur Vossio. Quid igitur credamus Iustinum scripsisse *neglectim habentior?* Vorst. — An *negligens in aliquem* Latinum sit, ignoro, certe dubito. In quibusdam est *neglectimentior*, unde Vorstius *neglectim habentior*. Sed nec *neglectim habens in aliquem* procedere videtur. Aliis in libris est *nonne clementior*, unde facillime fieret, *non inclementior*. Sed fuisse hanc scripturam veram, non contenderim. Quid? si pro *neglectimentior* legeretur *aequi timentior*. Scheff. — Quod in quibusdam MSS. exstat *non neglectimentior*, et *non clementior* vel *nonne clementior*, leve nimis, quam ut inde *non irreverentior*, *non aequi timentior*, vel *non neglectim habentior*, legendum coniicerent docti. Vulgatae lectioni, qua nihil potest esse integrius, haud iniuria suffragantur tres Dorvilliani, cum plerisque aliis, ni fallor, MSS. Cicero Famil. XIII. ep. 1. *Non te in me illiberalem, sed me* in *te* negligentem *putabit*. Plinius VI. ep. 31. *Summo die abeuntibus nobis* (*quam* diligens *in Caesare humanitas!*) *xenia sunt missa*. Symmachus II. ep. 40. *Quod nostra* in *eum* diligentia *tuo amore vincatur*. vide et lib. III. ep. 49. Hegesipp. I. 25. *Cum illud munus non ex insita* in *Caesarem benevolentia* sedulitas *ulla detulerit*. Paulinus Nolanus Epist. XXIII. 1. *Maiorem* sedulitate *ipsa et humanitate sermonis tui causam suggeris* etc. *Quid enim fieri* diligentius in *Deo et proximo potest*, *quam quod* etc. Avianus Fab. XXIX.

Hospitis eximia sedulitate *frui*.

cum nota eruditissimi Cannegiteri. Wopkens. — Ita Seneca lib. I. de Ira cap. 2. *quorum* (armorum) *unica illis est cura*, *in alia negligentibus*. sec. quint. Leid. *in patre*. Abr. Gronov.

Nec heredem regni, sed regem se gerebat. Sic loquuntur sane Latini; sed et eleganter pronomen *se* omittitur in tribus Dorv. MSS. ut etiam in verbo *agere* cum accusativo fieri vidimus ad ista lib. I. 6. 16. *Nepotemque in illo magis*, *quam* victorem egit. i. e. nepotis magis, quam victoris officium. Valerius Max. IX. 1. 8. *Eodem deinde animo* civem gerens, *quo patrem egerat*. Apuleius Metam. I. pag. 18. *Annonam curamus ait*, *et* aedilem gerimus. Vellei. Paterc. II. 95. *Cum . . Paullus vix posset* implere censorem. ad quae loca consulantur literatores. Wopkens. — Pronomen reciprocum nesciunt Medicei, quatuor Leid. Magl. Reg. Thuan. Coll. N. Bodl. Pe-

riz. ed. Rom. Med. Ald. Iunt. Claudianus de IV. Consul. Honorii vs. 294.

Tu civem patremque geras: tu consule cunctis,
Non tibi.

Saxo lib. VI. pag. 104. 14. *Bemonum quemdam, maritimum praedonem gesturus, accedit.* Vide Avum lib. IV. Observ. cap. 14. pag. 227. ABR. GRONOV.

2. TUNC ET INSIDIIS CIRCUMVENTUM. Iuntae: *insidiis se circumventum.* GRAEV. — Iuntae addunt *se*, circumventum se. Bene; ita et in aliis Impressis. FABER. — Editio Iuntina teste Graevio, *insidiis se circumventum:* et recte meo iudicio. Frequens quidem ellipsis pronominis reciproci est; sed hic tamen paulo durior ea videtur. VORST.

3. INNOXIA DEMETRII MORTE. Legendum, *innoxii Demetrii morte.* Et ita MS. FABER. — Sic et Iuntae. GRAEV. — *Innoxii* pro *innoxia* reposuit Faber ex MS. quem consuluit Bongarsius, eique adstipulantur pr. Med. Magl. tres Leid. Bodl. ed. Rom. Bechar. Ald. Iunt. ABR. GRONOV. — Sic Dorv. 3. cum plerisque aliis, non *innoxii Demetrii*, uti Faber aliique legebant. Dorv. 2. *impia D. m.* Haud displicet *innoxia D. m.*, ut more poëtarum maxime proprio, epithetum non suo nomini adaptetur, quemadmodum *impium sanguinem*, pro hominis impii sanguine, dici vidimus lib. VIII. 1. Boëtius Cons. I. metro 5.

Premit insontes
Debita sceleri noxia poena.

Virgilius Aeneid. II. 576.

Subit ira cadentem
Ulcisci patriam et sceleratas *sumere* poenas.

Livius VIII. 39. *Expiandum id bellum magna mercede, luendumque esse: id referre tantum, utrum* supplicia noxia *paucorum*, an *omnium* innoxio *praebeant sanguine.* WOPKENS.

NISI MORTE PRAEVENTUS FUISSET. Medicei, Magl. Bodl. Periz. *ni.* Bechar. Ven. Med. Ald. Iunt. *nisi praeventus esset.* ABR. GRONOV.

4. EX AEGRITUDINE ANIMI. Rectius vox *animi* abest in Oxon. Franeq. ac Dorv. 1. et 3. Amat certe illam omittere ad vocem *aegritudo* Iustinus cum aliis. supra cap. 2. *Igitur Perseus, perspecta patris* aegritudine, *quotidie* etc. lib. XXXVIII. 2. *Nec multo post adolescens, ex* aegritudine *collecta infirmitate, decedit.* lib. XXIII. 2. *Cum morbi cura et* aegritudo *graviores essent.* A Curtio tamen aliisque nonnunquam dici *animi aegritudinem* non diffitendum. WOPKENS. — Vocem *animi*, quae in omnibus, quos consului, codicibus MSS. desideratur, exhibent Flor. Ald. Iunt. ABR. GRONOV.

5. SCORDISCOS. Hos ad Istrum habitasse, etiam Strabo lib. VII. auctor est. BONGARS. — E Gallia oriundus erat Scordiscorum populus. Livius Epit. LXIII. *L. Drusus consul adversus Scordiscos gentem a Gallis oriundam in Thracia feliciter pugnavit.* Hinc *Galli Scordisci* hic appellantur, ut alibi *Dalmatae Scordisci*, *Aedui*

Ambarri, *Ligures Sallyes* etc. ut ad Caesar. Gall. I. 11. observavit Oudendorpius. Wopkens.

Fecisseтque . . bellum. Caesar B. Gall. V. 22. *Ne Mandrubatio* . . *bellum* faciat. Nepos Agesilao cap. II. *Bellumque regi* facerent. utrobique vid. interpp. Wopkens.

6. Namque Galli. Videtur hic dememinisse Iustinus eorum, quae dixerat supra XXIV. 8. 16. Bernec. — Bernecceero videbatur hic dememinisse Iustinus eorum, quae dixerat supra XXIV. 8. 16: verum eum refellit Cl. Iensius, qui ad vocem *Gallos* notavit: „Scilicet qui non fuerant in expeditione Delphica. Nam sexaginta illa „quinque millia, quae elegerat Brennus ex omni exercitu, una cum „Brenno perierunt. Supra XXIV. 7. 6. *Habebat Brennus lecta ex* „*omni exercitu peditum sexaginta millia.*" Abr. Gronov.

8. Sabi. Ita ex Vett. edidi. Fluvius is Straboni est Σάος, et Plinio III. 3. 25. *Saus.* Bongars. — Bene Iuntae: *Savi.* Est hic librariorum posterioris aetatis error, qui ubique est expungendus. Stulte enim quis apud Catullum scripserit hodie, quod in multis antiquis libris legitur, *bibamus mea Lesbia*, pro *vivamus.* Graev. — *Sabi* pro *Savi* frequenti temporum illorum scriptione. Ita habemus in glossis *bacca* pro *vacca*, *berbex* pro *vervex*, *bicissim* pro *vicissim*, et id genus alia. Nam verum nomen *Savus*, quomodo et apud Pacatum nostrum scribitur, ubi vide, quae notavi. Atque ita mox §. 14. in MSS. legitur, ubi *Sabi* est in editis. Sed et *Savi* Iuntina habet in superioribus. Scheff. — Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *ex his pars q.* sec. Med. *Danuvii Savique.* Nummus Traiani: DANVVIVS. Orosius lib. IV. cap. 21. *obiectu maximorum fluminum Rheni Danuviique seclusi sunt.* Ita veterrimus codex Florentinus. Inscriptio apud Ferretium II. 37. AEQVORA. DANVVII. Abr. Gronov.

9. Tectosagi. Τεκτόσαγες Straboni lib. XII. pag. 566. Abr. Gronov.

Sanitatem reciperavere. Sec. Med. *recepera.* Abr. Gronov.

Aurum argentumque. Lege Strab. lib. IV. Fuit autem Q. Servilius Caepio Cos. cum Attilio Serrano, et insequenti anno a Cimbris victus: epitome Liviana LXVII. Orosius V. 16. Sallustius extremo Iugurthino ubi pro *C. Manlio* vetus Codex legit *M. Mallio.* De eius morte Strabo, et Valer. VI. 11. 13. qui inter se variant: et ipse Valerius secum pugnat IV. 7. 3. Bongars. — De adagio *Aurum Tolosanum* Agellius III. 9. De huius auri raptu quaestionem aliquando habitam Romae scribunt Cicero de Nat. Deor. III. 30. Orosius V. 15. et alii. Porro sacram pecuniam non impune temerari, ostendit praeter alios Livius XXIX. 8. 8. item XXIX. 18. 3. et 4. Bernec.

10. Fuere auri pondo CX millia, argenti pondo quinquies decies C millia. Mira apud auctores variatio de hoc auro. Strabo ex Posidonio refert 15000 talentum fuisse; quanti damnatus magnus Antiochus in belli expensas a Romanis, ut lib. VII. dec. IV. tradit Livius, summa 9000000 coronatorum. Verum si hae summae Iustini

bene habent, summa in immensum maior fuerit: quod ut Lectori clarum faciamus, redigere placet ad nostrae aetatis aurum ac argentum. Primum enim dicit auri pondo 110 millia pondo. Ea si multiplicentur per 112. (tot enim libra pecuniaria coronatos habet) erit summa coronatorum 12320000. Deinde subiungit *argenti pondo quinquies decies* 100 *millia*, quod Budaeus lib. IV. de Asse putat dictum, pro quindecies centena millia: ea multiplicata per 10. producent summam coronatorum 15000000. Quae duae summae a Iustino proditae simul additae facerent summam 27320000 coronatorum, plus triplo maiorem quam 15 millia talentum. Lector ipse, quantum his numeris confidendum, dispiciat. Porro, quod post aliquot versus de Colchis subiungit, in plerisque codicibus regis Colchorum nomen depravate legitur *Aceta*, cum sit Graece *Αἰήτης*, *Aeëtas*. Glarean. — De hoc loco ita Budaeus lib. IV. de Asse pag. 152. Haec summa vix dicere ausim quanti aestimanda sit. Auri singula pondo minoris aestimari centum aureis solatis non possunt, etiam ut undecima pars aeris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud Tolosanum centies et decies centenis millibus aureorum valuit. Quod si obryzum fuerit, id est centenis et duodenis solatis in libras aestimabile, centies vicies ter centenis et viginti millibus valuit. Quod autem ad argentum pertinet, Trogum existimarim non *quinquies decies centena millia pondo* scripsisse, quae summa quinquagies millies mille aureos valet: sed *quindecies centena millia,* quae quindecies millies mille aureis coronatis aestimantur a nobis, id est, centies et quinquagies centenis millibus. Quod si quis Trogum *quinquies decies* scripsisse malit, tamen pro *quindecies* intelligam, quomodo apud Suetonium in Aug. 101. 6. *quaterdecies millies*, pro *bis septies*, id est, *quatuor decies.* Strabo ex Posidonio quindecim millibus talentum argenti aestimasse aurum argentumque simul videtur: quae summa minor est minima praedictarum, id est, nonagies centena millia aureorum. Haec Budaeus, sed usus editione veteri, quae nostrae contraria, summam argenti tribuit auro. Constabit tamen ratio, sed inversa. Bernec. — Orosius lib. V. cap. 15. *Caepio proconsule, capta urbe Gallorum, cui nomen est Tolosae, centum mille pondo auri, et argenti centum et decem mille, e templo Apollinis sustulit.* Abr. Gronov.

11. Velut ultor sacrae pecuniae. Forte leg. *velut ultio sacrae pecuniae.* Gronov. — Gronovius tentat *velut ultio s. p.* Sic plane Franeq. et Dorv. 1. Accedit, quod in aliis edd. et scriptis exstat *ultro.* Prosopopoeïa autem vulgatae lectionis eiusmodi est, qua Cicero pro Mil. cap. XIX. *Sustinuisset hoc crimen ipse ille latronum* occultator *et receptator locus.* et qualia plura eiusmodi notavit Iensius Lect. Lucian. I. 8. Tennul. ad Frontin. Strat. II. 2. 11. et Cortius ad Sallust. Iug. cap. LXIV. 1. Placet tamen summi viri emendatio. Wopkens. — Coniecturam Avi legentis *ultio* firmant Thuan. tert. quart. Leid. MS. Bongars. ed. Rom. Abr. Gronov.

13. Originem a Colchis ducere, missos ab Aeeta. Lege,

missis: scilicet qui missi fuerant ad persequendos Argonautas. FABER. — Hic etiam rem acu tetigit Faber, planeque iam olim in Iuntina sic scriptum est. GRAEV.

AEETA. Graecis est *Αἰήτης*. Quod autem statim dicit, Argonautas navem humeris tulisse, vide Apollonium lib. IV. Argon. vs. 1383.

Ὑμέας, ὦ πέρι δὴ μέγα φέρτατοι υἷες ἀνάκτων,
Ἧι βίῃ ᾗ ἀρετῇ Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους
Νῆα μεταχθονίην, ὅσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε,
Ἀνθεμένους ὤμοισι, φέρειν δυοκαίδεκα πάντα
Ἦμαθ' ὁμοῦ νύκτας τε etc.

Vos o supra modum optimi filii regum,
Qua vi, qua virtute, Libyae per cumulos arenae desertos
Navem sublimem, quaeque in navi fertis,
Suscipientes humeris, ferre duodecim integros
Dies simulque noctes etc. BONGARS.

AD ARGONAUTAS RAPTORESQUE FILIAE PERSEQUENDOS. Medicei, Magl. sec. tert. quart. quint. Leid. Bodl. Reg. Periz. ed. Rom. *ad Argonautas raptores filiae pers.* Thuan. pr. Leid. *Argonautas raptorem filiae*, temere omissa coniunctione *que*, quam venuste repraesentant Coll. N. ed. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Argonautas raptoremque filiae*, scil. Iasonem. ut *Panope centumque sorores* apud Ovidium lib. VI. Fast. vs. 499.

Excipit illaesos Panope centumque sorores,
Et placido lapsu per sua regna ferunt.

D. Lucas Act. Apost. V. 29. *ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι.* Vide Cl. Wopkensium ad X. 3. 1. ABR. GRONOV.

14. MAGNITUDINEM NAVIS. Vulgo *longitudinem navis. Navis* pro *navigationis* dixit. BONGARS. — Non videtur. BERNEC. — *Navis* Bongarsius interpretatur *navigationis.* Non recte. Simpliciter ita capiendum, quod flumen Sabus triremem illam Argonautarum non caperet, propter magnitudinem. Adeo ut illis necesse fuerit illam fluvio elatam humeris suis in littus Adriaticum deportare. Nota est historia. VOSS. — Bongarsius notat, vocem *navis* positam hic pro voce *navigationis*, quod recte displicet Berneccero. Re vera enim *navis* hic compendium est vocis *navigationis*, ac legendum *propter magnitudinem navigationis. Magnitudo* notat *longitudinem* seu *longinquitatem*, unde in impressis aliquibus *longitudinem navis*, ex glossa videlicet. Nam *magnitudinem* rectum puto, nec magis contemnendum, quam quod habetur apud Suetonium in Augusto cap. 28. *itinera minuta.* SCHEFF. — *Navis* hic pro navigationis accipit Bongarsius, ut et Schulting. ad Senecae Suasor. I. pag. 9. sed praestat coniicere *navigii*, quod pro navigatione poni notavit Gronov. Observ. in S. Eccl. cap. XXV. Atque ita *longi navigii taedium* dixit Aur. Victor Orig. G. R. cap. X. quod *longae navigationis taedium* Iustinus in sequentibus. WOPKENS.

15. ISTRIQUE EX VOCABULO AMNIS. Diodorus IV. 51. Strabo lib. I. pag. 39. m. ut et Plinius III. 18. confutant eorum errorem, qui putaverunt esse quendam fluvium Istro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulsus, ab eoque denominari gentem Istros, per quos defluit. Quo in errore haesit etiam Aristoteles in Historia Animal. VIII. 13. BERNEC.

QUO A MARI CONCESSERANT. Phil. Cluverius Ital. Antiq. I. 21. rectius censet, *quo a mari recesserant:* id est, quo amne a mari Pontico recesserant, scilicet Istrum subeuntes. Nam ad mare Hadriaticum accesserant; ubi Polam urbem condidisse feruntur. Et ita sive ex Iustino sive ex ipso Trogo, transcripsit Isidorus Origin. IX. 2. *Histrorum*, inquit, *gens originem a locis* (lege, ut apud Iustinum, *a Colchis*) *ducit. qui missi ad Argonautas persequendos, ut a Ponto intraverunt Histrum fluvium, a vocabulo amnis, quo a mari recesserant, appellati sunt.* Ergo non ab Histriae aliquo fluvio, sed ab ipso Danubio id nominis eos adsumsisse voluit Iustinus. *Istria* porro et *Ister* etsi sine aspiratione plerumque legitur: ex antiquis tamen aliquot lapidum inscriptionibus, itemque Cassiodori libro de Orthographia patet, veteres adspirationem adscripsisse. BERNEC. — Non possum persuaderi, hanc esse veram lectionem: neque illam, quam ex Isidoro Cluverius exposuit. Solemne enim Isidoro, ut quicquid non intelligeret, aut deleret, aut prave corrigeret. In MSS. erat: *qua e mari concesserant.* Unde coniicio scriptum fuisse: *quo a Narico concesserant. Naricum*, sive *Naracum*, est ostium Istri, quod tradiderunt Apsyrtum ingressum esse, cum Argonautas persequeretur. *Νάρηκος στόμα* est Apollonio Rhodio lib. IV.

> ἀμφὶ δὲ δοιαὶ
> Σχίζονται προχοαί· τὴν μὲν καλέουσι Νάρηκος,
> Τὴν δ᾽ ὑπὸ τῇ νεάτῃ καλὸν στόμα etc.

Meminere eius ostii omnes Geographi. Alii tamen per Pulchrum ostium in Istrum vectos esse Colchos, aiunt. VOSS. — Thuan. quart. Leid. *qua mari.* sec. tert. quint. et pr. Med. *quo mari.* Magl. *a quo mari.* Coll. N. *quam mari.* Rabanus Maurus lib. XVI. de Propr. Serm. cap. 2. *a vocabulo amnis, quo a mari recesserunt, appellati sunt. Recesserunt* quoque legendum coniecerat Cluverius a Berneccero ad h. l. laudatus. ABR. GRONOV.

16. DACI. De Dacis et Getis lege Strabonem lib. VII. BONG.

QUI CUM, OROLE REGE, ADVERSUS BASTARNAS MALE PUGNASSENT. Mirum quam turpiter depravatum sit nomen hoc Dacici regis. In minori epitome Trogi dicitur *Ruboboстes:* et hoc male. Legendum, *cum Boerebista rege* etc. Vide Strabonem lib. VII. cui est *Βοιρεβίστας*. VOSS. — Iuntae: *Orode.* In Epitome minori dicitur *Rubobostes.* Hinc Isaacus Vossius legendum censuit, *cum Boerebiste rege.* GRAEV. — Aliter in minore Epitoma dicitur, *Rubobostes.* Vossius ex Strabone facit, *Boerebistam.* FABER. — Iuntina: *Orode.* Isa. Vossius putabat *Boerebiste*, quia in Epitome est *Rubobostes.* SCHEFF. — Notator Anglicanus legit *Baroebista* ex Strabone, quod

iam ante Vossius fecerat. Videtur iuvare coniecturam hanc, quod Baroebistes dicatur suos Orobris afflictos bellis refecisse exercitatione, sobrietate et diligentia. Verum obstat, quod Getarum potius, quam Dacorum rex dicatur. Deinde successores habuisse fertur temporibus Augusti, ut non dici ante videatur vixisse. Et revera Syllae, Iulii Caesaris floruit aetate, ut ex ipso Strabone et Iornande cognoscitur. Vide quae de eo tradidi in Upsaliae Antiquae cap. 10. Non potest igitur in locum Orolis substitui, cum quibus imperavit quondam Oroles, illi deinde cum aliis gentibus militarint Perseo, qui vixit diu ante Boerebistam. SCHEFF. — Vincentius: *Orolo.* Bechar. aliaeque *Olore.* Ald. Iunt. *Orode.* — *Bastarnas.* Ita infra XXXVIII. 3. 6. *Sarmatas Bastarnasque.* Inscriptio Plautiana apud Gruterum pag. 453. REGIBVS BASTARNARUM. Periz. utroque loco, et Vincentius lib. VI. cap. 66. *Basternas.* Prologus huius libri, *Basternae,* et Livii epit. CXXXIV. *Bellum adversus Basternas.* Ita MS. vulgo, *Bastarnas.* Orosius lib. IV. cap. 20. *Basternarum gens.* et VII. 25. *adversus Carpos Basternasque.* *Βαστέρναι* etiam dicuntur Memnoni apud Photium cap. 41. ABR. GRONOV.

AD ULTIONEM SEGNITIAE. Non dissimiles in disciplina militari animadversiones, plus ignominiae quam cruciatus habentes, est observare apud Diodorum Siculum XII. 16. Plutarchum in Agesilao cap. 51. Livium XXVII. 15. 8. Tacitum XIII. 36. 5. Suetonium in Aug. cap. 24. Val. Max. II. 7. 9. et 15. Frontinum IV. 1. Plato quoque IX. sub init. lib. de Legib. inter leviores poenas numerat *ἀμόρφους ἕδρας καὶ στάσεις, sessiones, stationesve deformes et ignominiosas:* quales etiam Augusto suo Livia commendat apud Dionem lib. LV. pag. 642. BERNEC. — Magl. *in ultionem.* Medicei, Bodl. ed. Rom. Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. et Vincentius, *ob ultionem.* pr. Med. sec. quint. Leid. *captaturi somnum.* ABR. GRONOV.

QUAE IPSIS ANTEA FIERI etc. Malim *ab ipsis.* FABER. — Malebat Faber *ab ipsis.* Sic quidem ed. vetus: sed tum melius scriptum fuisset *quae ab his* (sc. uxoribus) *antea f. s.* Maneat igitur alterum. WOPK.

CAP. IV.

3. CUM AB ANTIOCHO . . DEDITIONEM EIUS DEPOSCERENT. Pr. Med. Magl. Thuan. Reg. quart. Leid. Periz. et Vincentius lib. VI. cap. 59. *poscerent.* Praepositio *ab* desideratur in pr. quart. quint. Leid. Thuan. Coll. N. eaque sine ullo sententiae damno abesse poterit, si legas, *cum Antiochum . . deditionem eius poscerent.* Ita Livius lib. XXX. cap. 43. *ut illi praetorem sagmina poscerent.* et lib. XXXV. cap. 33. *quum id ipsum decretum posceret eum* (Damocritum) *Quintius.* Horatius lib. I. Od. 24. v. 11.

Tu frustra pius, heu, non ita creditum,
Poscis Quintilium deos.

Aldhelmus de Laud. Virg. cap. 47. *quem unius noctis intercapedinem poposcerat.* ABR. GRONOV.

ADMONITUS A REGE, IN FUGAM VERSUS. Vincentius: *adm. a rege, versusque in fugam.* ABR. GRONOV.

CRETAM DEFERTUR. Vide Probum in Annibalis vita. Quo commento Eumenem vicerit, refert et Frontinus IV. 7. 12. Et de eius morte Plutarchus in Flaminino cap. 35. Appianus in Syriaca. Livius XXXIX. 51. ubi et Africani mortem commemorat. Val. Max. IX. 2. 2. Varro περὶ ἐξαγωγῆς apud Nonium: *Quaerit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum: Quia Romanis*, inquit, *me Prusiades tradere volebat.* BONGARS.

4. IBI CUM DIU. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *ubi cum diu.* ABR. GRONOV.

DEPONIT. Eaedem, *deposuit.* ABR. GRONOV.

5. ATQUE IDEO NIHIL. Bechar. Flor. Med. Paris. Flor. Ald. Iunt. *atque ita nihil.* ABR. GRONOV.

VELUT PIGNUS OPES EIUS TENEBAT. Agellius XVI. 10. *Quoniam res pecuniaque familiaris obsidis vicem pignerisque esse apud Rempub. videbatur; amorisque in patriam fides quaedam in ea firmamentumque erat: neque proletarii, neque capite censi, milites nisi in tumultu maximo scribebantur; quia familia pecuniaque his aut tenuis, aut nulla esset.* Ita Vegetius II. 20. *Miles qui sumtus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat: more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam.* Unde callidi principes a sibi suspectis mutuam pecuniam accipientes, eorum sibi fidem obstringunt. Id quod feliciter expertus est Eumenes, narrante Diodoro XIX. 24. et Plutarcho in Eum. cap. 24. itemque Leucon apud Polyaenum lib. VI. Fecit hoc Eduardus secundus Anglus, teste Cominaeo; itemque Reges Hispaniae faciunt. Rationem explicat Aristoteles in Ethicis in Nicom. IX. 7. BERNEC.

AURO SUO IN STATUIS, QUAS SECUM PORTABAT, INFUSO. Ita sane editiones tam veteres, quam recentiores. Ego tamen vix dubitem, quin legendnm sit vel *statuis infuso*, vel *in statuas infuso.* VORST. — Libri omnes habent *in statuis*, neque quidquam est mutandum. Dixi alibi de hac constructione praepositionis *in*, quae legitur saepe in MSS. etiam apud Nostrum, sed dein mutata in editis per sciolos. SCHEFF. — Delendam praepositionem *in* ante *statuis* cum Franeq. ac Dorv. 1. et 3. non dubito, quantumvis illam, invito quoque Vorstio, defendere laboret Schefferus. Ad rem ipsam consule Stephanium ad Saxon. Gramm. lib. III. extr. WOPKENS. — Vorstio delenti praepositionem *in* suffragantur Bodl. Thuan. pr. tert. quart. Leid. Coll. N. et C. C. Periz. ed. Rom. atque Vincentius. Saxo lib. III. pag. 53. 25. *quod* (aurum) *postmodum liquatum olam cavatis baculis infundendum curavit.* ABR. GRONOV.

6. DEIN CUM PRUSIAS. Bodl. Magl. ed. Rom. Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. *deinde.* Vincentius, *dehinc.* ABR. GRONOV.

IN MARE TRANSTULISSET. Sec. Med. *transposuisset.* ABR. GRON.

NOVO COMMENTO. Strategema hoc imitati Atreni, cum obsiderentur a Severianis, vasa fictilia, volucribus quibusdam, venenatisque bestiolis oppleta deiecerunt in oppugnantes, quae cum aut oculis involitarent, aut in apertas corporis partes sensim obreperent, graviter eos sauciabant. Herodian. III. 28. BERNEC.

IN FICTILES LAGENAS CONIICI . . IN NAVES HOSTIUM MITTIT. Non dubito, quin Iustinus scripserit *mitti*, et retulerit ad antecedens *iussit*. Factum autem est *mittit*, propter sequens *id*, quod ei adglutinaverunt. SCHEFF. — Schefferi coniecturam firmat Iuntina, in qua *mitti* extat. GRAEV. — Pr. Med. quint. Leid. MS. Bongars. *laguenas.* sec. Med. *lacunas.* quart. Leid. *lagoenas:* ut apud Columellam lib. XII. cap. 11. *picatis lagoenis.* et cap. 12. *in lagoenam gypsatam.* ac cap. 41. et 45. *in lagoena:* quibus in locis codex Abbatiae S. Germani dat, *lagonis*, *lagonam*, et *lagona.* Porro in iisdem quatuor MSS. legitur *coici*, idemque in MS. reperit Bongarsius. Inscriptio Florentina tom. I. pag. 42. OSSA SVA IN OLLA MIDAES COICERENTUR. Periz. ed. Rom. *cogi.* Vincentius: *proiici.* Pro *mittit* Cl. Schefferus malebat *mitti*, quomodo edidit Cl. Graevius ex Iuntina, cui consentiunt Ald. sec. et tertius Leid. ABR. GRONOV.

7. HOSTI VICTORIAM CESSERE. Ita Saxo lib. XV. pag. 363. 31. *ambos hosti victoriam cessuros.* Pr. Leid. *cesserunt.* Vincentius lib. VI. cap. 59. *concesserunt.* MS. Cantabr. *concessere*, ut supra XIV. 2. 6. *hostique concessa victoria.* *Concessere* hoc loco etiam legendum videbatur Cl. Dukero ad Livium lib. XXIV. cap. 6. qui eodem verbo usum fuisse Iustinum suspicabatur supra X. 2. 3. ubi vulgo editum: *Hanc patrem cedere sibi*, *sicuti regnum*, *Darius postulaverat.* Ita omnes MSS. verum ed. Romana suffragatur eruditissimo Viro emendanti, *concedere.* ABR. GRONOV.

8. QUAE UBI ROMAM NUNTIATA SUNT. Ed. Rom. Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. *Romae:* ut infra XXXIV. 2. 1. *Haec ubi Romae nuntiata sunt.* Verum et istic ed. Rom. MSS. Bongarsii, Medicei, sec. quart. quint. Leid. Thuan. Coll. N. dant, *Romam.* ABR. GRONOV.

QUI UTRUMQUE REGEM IN PACEM COGERENT. Dorv. 3. *Qui inter utrumque regem pacem cogeret.* Sic *hortari bellum*, *pacem*, aliquando dici, observant viri docti ad lib. XIV. 1. 5. Tacit. Annal. XI. 3. Ciceron. ad Attic. VII. ep. 14. Min. Felix cap. XXVIII. *Exercentes in his perversam quaestionem*, *non quae verum erueret*, *sed quae* mendacium cogeret. vide et capitis eiusdem finem. Ovidius Amor. II. 367.

Cogis adulterium *dando tempusque locum.*

Hinc *arma*, *lacrimae*, *vita*, et alia, ad quae cogimur, *coacta* dicuntur. Usitatius autem est, ut ante accusativum nominis substantivi addatur praepositio. ut Aur. Victor Epit. cap. IX. *Rex Parthorum Vologesus metu solo* in *pacem coactus est.* Livius XLIII. 1. *Opulenta duo oppida vi atque armis coëgit* in *deditionem.* Infra lib. XXXIV. 1. *Quo facilius* ad *obsequia cogerentur.* Tacitus

Ann. VI. 27. *Seque ea necessitudine* ad *preces cogi.* Sic passim. Wopkens.

Sumto veneno, legationem morte praevenit. Periz. *sumptoque ven.* Penultimam vocem omittit Vincentius. Abr. Gronov.

9. Insignis hic annus. Adde Livium XXXIX. 50. 10. Similia idem XL. 37. 1. Tacitus XII. 64. 3. Dio Cassius lib. LX. fin. Bernec.

10. Nec tum cum Romano tonantem bello Italia contremuit. Scribe cum Iuntis: *nec cum Italia Romano tonante bello contremuit.* Bellum enim tonat, non imperatores, qui fulmina quidem belli dicuntur. Superius XXIX. 3. *Videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam.* Flor. II. *Prima belli tempestas detonuit.* Graev. — Editio Iuntina teste Graevio, *Nec cum Italia Romano tonante bello contremuit.* Nobis altera illa lectio praeferenda videtur. Vorst. — Dorv. 1. cum Iuntina ed. *Romano tonante bello.* Vorstius vulgatam lectionem praefert. Graevius *tonante* legit, quia *bellum tonare* dicitur, non imperatores. Sed ratio minus valida ista est. Hegesippus V. 16. *Nos Hannibalem inequitantem fluminibus vicimus, et* intonantem *undis.* Florus I. 17. *Captisque superioribus iugis, in subiectos suo iure* detonuit. Virg. Aen. XII. 700.

Laetitia exsultans, horrendumque intonat *armis.*

Sic *strepitu armorum tonare* dixit Servius ad Aen. XI. 383. et Silius Italicus aliique ita loquuntur. Nec raro verba *contremere* et *tremere* cum accusativo iunguntur, ut transitiva, id quod Lexica abunde docent. Utri igitur scripturae palmam deferas, merito dubites. Wopkens. — Bechar. Ven. Med. Paris. *nec cum Italia cum Romano tonantem imperio contremuit.* Flor. Ald. Iunt. *nec cum Italia Romano tonante bello* (Flor. *imperio*) *contremuit . . aut plus sextario vini indulsisse.* Particulam *quam* etiam omittunt Bechar. aliaeque. Rom. *intonante bello. Tonante*, quod ex Iuntina merito amplectebatur Cl. Graevius, etiam dat Periz. Orosius lib. VI. cap. 16. f. *quatuor annis hoc civile bellum indesinenter toto orbe tonuit.* Claudianus de III. Consul. Honorii vs. 64.

civilia rursus
Bella tonant, dubiumque quatit discordia mundum.

Vide Nob. Heinsium ad eumdem in Prob. et Olyb. Consul. vs. 207. et IV. Consul. Honorii vs. 318. Abr. Gronov.

11. Pudicitiam eum tantam inter tot captivas habuisse. Lipsius malebat, *intra captivas.* Sec. Leid. *pud. eum inter tot captivas tantam hab.* Abr. Gronov.

12. Neque insidiis suorum. Eadem Livius XXVIII. 12. 3. Rationem reddit Tacitus Hist. II. 37. Quia *exercitus linguis moribusque dissoni*, quales Hannibali fuerunt, *in consensum non facile coalescunt.* Bernec.

COMMENTAR. IN LIB. XXXIII.

CAP. I.

1. Macedonicum. De hoc bello Plutarchus in Paullo Aemilio. .. lib. XLI. et seqq. Florus II. 12. Paterculus I. 9. Pausanias ..icis, Diodorus lib. XXXI. cuius habemus tantum excerpta. ..ars.

Tanto clarius. Idem Livii iudicium XXXI. 1. 5. Bernec. — ..eid. *sed quanto cl. tanto.* Abr. Gronov.

Tum auxiliis omnium regum iuvabantur. Livius lib. II. dec. .. Eumenem, Antiochum et Ptolemaeum a Perseo sollicitatos, sed Romanis mansisse in fide. Idem de Ariarathe et Masanissa; ..opter rectius dixisset *aliquot*, aut *paucorum*, pro *omnium*, Iu.. Glarean.

2. Legiones plures numero. Non plures numero legiones, sed ..or tantum conscripserant Romani, numerum autem militum in ..lis legionibus auxerant. Nam cum 5200 pedites ex veteri in..to legere solerent, in has legiones sena millia peditum conscri.., ut ex Livio XLII. 31. tradidit Perizonius, qui oscitantiae hic ..at Iustinum, Histor. Animadvers. cap. II. Mallem hoc in loco ..gentiam hanc in librarios derivare, qui corrupere locutionem, .. non intellexerunt. Puto enim Iustinum reliquisse: *legionis* .. *numeros conscripserunt.* Saepe enim *numeri* sunt cohortes. .. I. Hist. 6. *Multi ad hoc numeri e Germania, ac Britannia* ..lyrico etc. ubi vide Lipsium. Nam et ibi hanc vocem corrupe..scioli. Graev. — Non plures, quam contra Poenos, legiones ..ipserunt, sed numero pleniores; ut ex Livii XLII. 31. notavit ..onius Arimadv. Hist. cap. II. pag. 77. Hinc Graevius scribendum .. *legionis plures numeros.* Ego vero mallem *legiones pleniores* ..ero. Livius II. 49. *Nunquam exercitus neque minor numero,* .. *clarior fama . . incessit.* Sed σφάλματα istiusmodi in Iu.. plura. Wopkens.

Auxilia a Masinissa rege Numidarum acciverunt. Bongar.. codices habuerunt, *acceperunt.* Quam lectionem puto rectio.., ut convenientiorem veritati et historiae. Masinissae profecto .. fuit ea tum conditio, ut Romani talia imperare illi possent aut ..nt, quo tamen respicit verbum *acciverunt.* Et Livius XLII. 29. ..um sic de eo: *Masinissa et frumento iuvabat Romanos, et au..* *cum elephantis Misagenenque filium mittere ad bellum parabat.* ..bus verbis liquet, ultro hoc factum a Masinissa, non quod exegis.. Romani. Quorum ne magnitudo quidem animi hoc facile per..isset. Scheff. — Quod in quibusdam codd. est *acceperunt*, haud ..ferri a Scheffero ideo debuit, quod alterum verbum nimis impe..um sit: solent enim etiam *acciri* dici, quae rogantur aut implo-

rantur. Cuius rei immemor itidem Acidalius in his Taciti Histo IV. 15. *Statimque* accitis *Frisiis* . . *duarum cohortium hiberna* in *vadit: adscitis* substituebat. Livius XXI. 52. *Id* . . *Poenus* peri *niquo animo ferebat, ab Gallis* accitum *se venisse ad liberandi eos dictitans.* lib. XXII. 1. *Annibal* . . *castra moverat*, accitus i *Hirpinos a Statio.* lib. XXIX. 18. *Praebuissentque occasionem fu rore suo Locros recipiendi Annibali, ni* accitus *ab nobis Scipio in tervenisset.* Aur. Victor V. I. cap. XXX. *Pontius* accitum *patre Herennium rogavit, quid fieri placeret.* Vera tamen Iustini forsita manus est, *et auxilia* . . *convenerunt*, ut exhibet Dorv. 3. quomod aptius etiam sequetur *denuntiatum* in his: *et Eumeni regi Bithyniae denuntiatum, ut* etc. quamquam enallages illius activi et passivi no desunt exempla, ut ostendi ad lib. IV. 2. 6. Ita autem rursum No ster lib. XVIII. 1. *Ut prius cum eo congrederetur, quam* auxili *sociorum* convenirent. et lib. XXIV. 7. *Vini ceterarumque copiaru abundantia velut mora Gallis obiecta*, auxilia *finitimorum* convener Livius XLII. 55. *Et alia eodem* auxilia *Romanis ex omnibus undiqu Graeciae populis* convenerunt. *Et* ita ante *legiones plures numero* accipiendum pro itidem, etiam. Wopkens. — Magl. Periz. ed. Flo Paris. *acceperunt.* Livius lib. XLIII. cap. 29. *Masinissa et fru mento iuvabat Romanos, et auxilia cum elephantis, Misagenemqu filium mittere ad bellum parabat.* Abr. Gronov.

Eumeni regi Bithyniae. Scribe, *Eumeni Regi Pergami.* Gro nov. — Non apparet, qui Eumenes rex Bithyniae esse potuerit, cum Prusias eius aliquando hostis, rex Bithyniae; ipse vero rex Perga menus fuerit. Vorst. — Hoc *Bithyniae* suspectum habet Vorstius cum Eumenes rex fuit Pergamenus, ex Gronovio. Scheff. — Prae stantissimus Perizonius Animadv. Hist. cap. II. docet Iustinum hic errasse, non librarios, ut superius XXVII. 3. dum hunc Eumenen Bithyniae regem appellat, qui fuerit Pergami rex, Attali filius, so cius atque amicus Romanorum praecipuus. Vide Liv. XXXVII. 39. 41. 43. Graev.

Denuntiatum. Malim, *denuntiarunt.* Bongars.

3. Invictae opinionis exercitum. Singulari modo *invicta opi nio* dicitur secundum auctores Indicis, qua quis pro invicto habetur. Cicero pro L. Manilia cap. XVIII. *Ille populus Romanus, cuius us que ad nostram memoriam* nomen invictum *in navalibus pugnis per manserat* . . *maxima parte* . . *imperii caruit.* Vide etiam, an huc pertineant ista Valerii Max. I. 8. Ext. 8. *Hic cum eius studii esset, cuius professores Sophistae vocantur*, ineptae *et* moderatae opinionis. Sic enim quidam codices, pro vulgato *opinationis.* Sed potius (abs que huiusmodi hypallage) *exercitus invictae opinionis* est, cuius opi nio, id est fama vel gloria, *invicta* sit, id est, inviolabilis, quam que nemo eripere queat: qua epitheti vi *invictum nomen, invictam* que gloriam dixerunt Cicero pro L. Manil. cap. XVIII. et in Verrem lib. V. 37. ac Livius lib. VII. 10. et lib. X. 14. Wopkens.

Decennis. Ita legendum ex vestigiis antiquae lectionis; ea est

tis. Bongars. — Firmat hanc Bongarsii correctionem Iuntina ... Graev.

4. In favorem sui. Livius XXIX. 30. 6. *Fama modicae rei principio rerum prospere actae, convertit ad nos hominum studia.* ...us Histor. II. 20. *Ut initia belli provenerint, fama erit in ce-* ... Fama fallax, quia *Mars communis saepe spoliantem iam et exsul-* ...*m evertit et perculit ab abiecto.* Cicero pro Mil. cap. 21. Bern.

5. Sed consul Sulpitius non minus graves. Non est mihi ...m, quin hoc loco legendum, *consul L. Licinius* pro *Sulpitius.* ...tio evenisse videtur, quod initio belli Macedonici cum Philippo ... Sulpitius fuerit. Verum id bellum plus XXV annis praeces- ... Nec de Sulpitio Gallo Astrologo intelligi potest, qui post devi- ... Persea consul factus est. Ut nihil dicam de numero regum ad ... huius libri, qui sumptus est ex V. libro Livii decad. V. In ...e nimis exiguus, si Eusebio credimus: in Livio XX. hic XXX. ... Eusebium XXXVIII. Glarean. — Huius consulis nemo prae- ...nc auctorem meminit. Aut igitur foedum mendum est in li- ... aut Iustinus turpiter lapsus est. Est enim hic *P. Licinius*, qui ... fuit cum C. Cassio Longino. Liv. XLII. 28. 3. et Plutarch. ...htheg. cap. 13. quod notavit Glareanus, nescio tamen quo au- ... eum L. Licinium vocet. Bongars. — Bongarsius etiam in ...ntibus Lectionibus monet, *Sulpitii* nomen huc ex ora libri ir- ...e, quod Studiosus notaverat ad illa quae statim sequuntur, ... *nocte defecit.* Bernec. — Notator Anglus putat *Sulpicius* ...dum, ut ex margine transsumtum in textum. Atque sic iam ... indicarunt alii. Vide Not. Cl. Bernec. Mihi subesse huic vo- ... videtur aliquod quod respondere debeat sequenti *victo.* An ...*lici*, quia praecedit *misit*, *qui pacem peterent.* Num potius *su-* ...*ri?* quia praecedit *victor Perseus.* Scheff. — Errasse hic Iu- ...m, cum non Sulpicius, sed P. Licinius Crassus missus fuit ad ... bellum contra Persen, olim notavit Glareanus, et pluribus ad- ... Perizonius Animadvers. Hist. II. testatus duo bella Macedonica, ...ppicum et Persicum confudisse Iustinum, consulemque P. Sulpi- ... Galbam, qui prius inchoavit, fallente memoria in posterius con- ...e; praesertim cum apud ipsum Trogum, ab isto consule et im- ...re superius Macedonicum bellum coeptum lib. XXXV. ut ex ...go constat, legisset. Vide ibi plura. Graev. — *Sulpitius.* Me- ..., Periz. *Sulpicius.* Abr. Gronov.

7. Pridie quam praelium consereretur. Antiquiores typis ...si, *Prid: quam consereretur bellum:* id quod a stylo Iustini abhorret, ut qui subinde *bellum* pro proelio ponit. Vorst. — ...tiores, *quam bellum*, quod merito praefert Vorstius. Scheff. — ... Dorv. 2. et 3. ut impressi veteres, *bellum* pro *proelium* ha- ... Wopkens. — Bechar. Ven. Flor. Med. *pr. q. consereretur* ...m. Ald. Iunt. *pridie quam consereretur praelium.* Vincentius ...VI. cap. 67. *pridie antequam bellum cons.* Florentina, *una nocte* ... *def.* Abr. Gronov.

Triste id ostentum Perseo omnibus praesagientibus etc. Plerique MSS. *portentum*, et *praesagantibus*. Vincentius: *id portentum P. omn. praesagantibus, finemque Macedonici regni portenti vaticinum est.* omisso adiectivo *triste*. Glossae Graeco-Latinae *Προμαντεύομαι, praesago*. Idem verbum etiam usurpavit Aldhelmus de Laude Virg. vs. 336.

Quatuor in mundo regnorum surgere sceptra
Ut prius in strato truculentus imaginis altae
Diversis vidit iam praesagare metallis.

Ita MS. Canisii, et Bibliothecae Bodleianae. Vulg. *praesagire.* Abr. Gronov.

CAP. II.

1. M. Cato Catonis. M. Cicero Dialogo de Senectute. Ex eius I. 11. de Officiis constat Catonem filium in Macedonia Persico bello militasse. Totus is locus Ciceronis adducitur a Saresberiensi lib. VI. Policr. cap. 7. a quo abest glossa illa, *Adeo summa erat observatio in bello movendo*, quae in textum Ciceronis imprudenter irrepsit. Bongars. — Frontinus Strateg. IV. 5. 17. Bernec. — Nomen *Catonis* adscriptum est margine Periz. idemque nesciunt sec. Med. Coll. N. et C. C. atque Vincentius. Abr. Gronov.

2. Corpore collecto. Nescio, an vera sit haec lectio. Sane *corpus colligere*, pro *surgere*, num dicatur de prolapso, quaero adhuc, nec invenio. Mallem, *corpore correcto*, aut *corpore recorrecto*, quomodo habemus in Fragmento Petronii Dalmatico:, *Sed recorrexit costas ipsius prima vindemia.* ubi vide, quae a nobis sunt notata. Scheff. — *Corpus colligere* eodem modo dicitur, ut paulo post *gladium recolligere*. Sic et *colligere vires* Ciceroni. Graev. — *Colligere corpus* et *effundere* opponuntur a Calpurnio Flacco Declamat. II. *Illic* effusiora *corpora*, *hic* collectiora *nascuntur*. ubi vide Burm. uti et ad haec Quinctiliani Declam. II. 11. *Et se circa venenum deprehensa debilitas* collegit *in vires.* Wopkens.

3. Cum ad unum opprimendum. Vincentius: *cum ad illum unum oppr.* Abr. Gronov.

Gladius ei e manu elapsus etc. Seneca Epist. 120. de Horatio Coclite: *Non minus sollicitus ut armatus, quam ut salvus exiret.* Nam ut ait Diodorus XIV. 115. *Fortes arma et vitam eodem aestimant pretio.* Unde P. Furius maluit cum millenaria cohorte perire, quam redimere salutem traditis armis. Dionys. Halicarn. IX. 80. Bernec. — Iuntae: *gladius manu lapsus.* Mox eadem editio: *Multis vulneribus exceptis ad suos cum clamore omnium revertitur.* Probo: *ad suos.* Graev. — Iuntarum editio: *glad. manu elapsus.* Et perinde est, quod quidem ad Latinitatem attinet. Valerius Max. II. 16. 2. *E vagina gladius eius elapsus decidit.* Vorst. — Coll. N. *lapsus.* Vincentius: *dilapsus.* Periz. *gladius ei manu lapsus.* Ald. Iunt. *ei manu elapsus.* Plutarchus Cat. mai. pag. 348. τοῦ

ξίφους ἐκκρουσθέντος ὑπὸ πληγῆς, καὶ δι' ὑγρότητα τῆς χειρὸς ἐξολισθέντος, ἀχθεσθεὶς τρέπεται πρός τινας τῶν συνήθων, καὶ παραλαβὼν ἐκείνους, αὖθις εἰς τοὺς πολεμίους ἐνέβαλε. πολλῷ δ' ἀγῶνι καὶ βίᾳ μεγάλῃ διαφωτίσας τὸν τόπον, εὗρε μόλις ἐν πολλοῖς σάγμασιν ὅπλων καὶ σώμασι νεκρῶν ὁμοῦ φίλων τε καὶ πολεμίων κατασεσωρευμένων. Abr. Gronov.

4. Inspectante utroque exercitu, inter mucrones hostium se immersit. Saxo lib. I. pag. 6. 12. *Teutonum Danorumque exercitu inspectante.* et lib. IX. pag. 172. 11. *utroque exercitu inspectante, congressus.* Bodl. tert. Leid. *inter hostium sese mucr. imm.* Magl. Periz. Vincentius: *inter h. mucr. sese imm.* Coll. N. *mucronibus se hostium imm.* Abr. Gronov.

Multis vulneribus exceptis. Vincentius: *acceptis.* Vulgatum imitatur Saxo lib. VI. pag. 105. 8. *acerbissimum capite vulnus excepit.* et pag. 112. 9. *in excipiendis vulneribus.* lib. X. pag. 186. 19. *sagitta vulnus excepit.* et lib. XIV. pag. 331. init. *Alco dirum in gutture vulnus excepit.* Hegesippus lib. I. cap. 24. *multis vulneribus corpore exceptis.* et cap. 25. *non tamen ea pro illo, quae pro te excepi vulnera.* lib. V. cap. 4. *eo nihil exceperit vulneris.* Cicero Orat. pro Sextio cap. 10. *subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda.* Inscriptio Pisanorum de Caio: VOLNERIBVS. PRO. RE. PVBLICA. EXCEPTIS. Supra I. 8. 10. *simulata diffidentia propter vulnus exceptum.* Ita Coll. N. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

Ad socios cum clamore hostium revertitur. *Ad suos* optime, in Edit. Iuntarum. In al. male, *ad socios.* Faber. — Antiquiores typis expressi, et inter ceteros, quem Iuntae curarunt, *cum clamore omnium.* Vorst. — Iuntina, *ad suos*, quod Cl. Graevio probatur. Dein pro *clamore hostium* veteres, *clamore omnium*, atque sic et Iuntina, quod puto esse rectum, cum hic clamor gratulantium sit intelligendus. Scheff. — *Suos* recte etiam Dorv. 1. et 3. pro *socius*, quod alii repraesentant. Wopkens. — Vincentius: *cum clade h. rev.* Bechar. aliaeque, *cum clamore omnium rev.* Abr. Gronov.

5. Fuga cum decem millibus talentum. In MSS. est *tantum*, quasi sermo sit de militibus. Et equitatum totum eum e praelio secutum, sunt auctores. Sed re vera illud *tantum* est compendium τοῦ *talentum.* Docet Livius XLIV. 45. ubi tamen *duo millia talentum* non *decem* leguntur, ut videndum sit, an non lectio Nostri sit depravata per eos, qui II. pro X. acceperunt. Scheff. — Periz. P. r. *fugam cum paucis et decem millium tal. S. d.* Abr. Gronov.

Quem Cnaeus Octavius . . cum duobus filiis . . cepit, captumque ad consulem duxit. Vincentius: *reduxit.* Medicei sec. quint. Leid. Bodl. Periz. et MS. Bongars. *adduxit.* Livius lib. XLV. cap. 6. ait, Persen sese et filium Octavio tradidisse. *Liberos quoque parvos regios Ion Thessalonicensis Octavio tradidit: nec quisquam, praeter Philippum, maximum natu e filiis, cum rege relictus. Tum sese filiumque Octavio tradidit.* Filiam quoque Persis

ab Aemilio captam fuisse refert Georgius Syncellus in Chronogr. pag. 282. οὗτος (*M. Αἰμίλιος*) *Περσέα λαβὼν ζῶντα ἅμα δυσὶν υἱοῖς καὶ μιᾷ θυγατρί.* Zonaras lib. IX. cap. 24. Persen cum uxore et tribus liberis captivorum habitu in triumpho ductum fuisse scribit, et paullo post addit: *Περσεὺς δὲ εἰς Ἄλβαν σὺν τοῖς παισὶ καὶ τῇ θεραπείᾳ κατετέθη· κἀκεῖ μὲν, ἕως ἤλπιζε τὴν βασιλείαν κομίσασθαι, ἀντεῖχεν· ἐπεὶ δ' ἀπέγνω, ἑαυτὸν διεχειρίσατο· καὶ ὁ Φίλιππος ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ἥ τε θυγάτηρ αὐτοῦ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανον· μόνος δ' ὁ νεώτατος τοῖς τῶν Ἀλβανῶν ἄρχουσιν ὑπογραμματεύων ἐπί τινα χρόνον διήρκεσεν.* Carcerem autem, in quem reclusus fuit Perses, describit Diodorus Siculus ecl. 2. libri XXXI. Abr. Gronov.

6. Triginta reges. Livius XLV. 9. 3. tantum *viginti* numerat. Eusebius Persen tricesimum nonum facit. Bernec. — *Quadraginta* hic, ut et Livii XLV. 9. ponendum censet ex Eusebio Sigonius. Wopkens. — *XL reges* corrigit Sigonius ad Livium lib. XLV. cap. 9. sed vulgatum tuetur Cl. Drakenborchius. Abr. Gronov.

Quorum sub regno . . rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita. Livius lib. XLV. putat regnum Macedonum inde a morte Alexandri distractum in multa regna, a summo culmine fortunae ad ultimum finem stetisse CL. annos. Vorst. — Pr. Leid. *quorum sub imperio.* sec. Med. *annis D. CCCC. IIII.* primus cum Reg. Bodl. pr. quart. quint. Leid. Thuan. Coll. N. ed. Rom. *annis DCCCCXXIIII.* (Reg. pr. quart. Led. *DCCCCXXXIIII.*) *sed rerum non nisi centum quinquaginta duobus annis potita.* Bodleianus et sec. Mediceus nesciunt vocem *annis* ante τὸ *potita.* Magliabequianus: *annis noningentis et quatuordecim; sed rerum non nisi centum quinquaginta duobus annis potita.* nec aliter Periz. Georgius Cedrenus Chron. pag. 193. *Τῆς δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλείας κατασχούσης ἀπὸ Κραναοῦ* (leg. *Καρανοῦ*) *ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη φ. ι. η.* Verum in lateroulo codicis MS. Regii Chronographiae Syncelli margini adscripto, a Carano usque Alexandrum numerantur quadringenti et viginti quatuor anni. Livius lib. XLV. cap. 9. de Macedonico regno: *a summo culmine fortunae ad ultimum finem centum quinquaginta annos stetit.* ubi vide Cl. Dukerum. Abr. Gronov.

7. Ita cum. Quid sibi velit vocula *ita* hoc quidem loco, non intelligo. In MSS. legitur *itaque*, quod nihilo videtur melius, cum causalitatis nulla hic sit ratio. Legendum sine dubio: *duobus annis potita. Quae cum* etc. Vocula *ita* perperam est repetita ex praecedentis vocis ultimis literis *potita.* Dein cum *Quae* scriptum esset per *e* simplex, ut fit in MSS. coniunxerunt utrumque, ac fecerunt *Itaque.* Scheff.

8. Qui dubia fide fuerant. Pr. Med. Bodl. *quia dubia.* Abr. Gronov.

Ne in patria aliquid novaret. Periz. ed. Rom. *innovaret.* Vulgatum imitatur Saxo lib. VII. pag. 121. 30. *si quid ab eis in patria novaretur.* et lib. XIV. pag. 301. 41. *ne quid in patria novaret.* Abr. Gronov.

Diu detentus. MSS. Bongarsiani omnes habent *diu tentus*, quod nescio, quare noluerint recipere in textum. Nam *tenere* pro *retinere* vel *detinere* frequens apud optimos scriptores. Scheff.

Aegre per multos annos. Medicei, Magl. Periz. *post multos a.* Abr. Gronov.

COMMENTAR. IN LIB. XXXIV.

CAP. I.

1. Achaei. Bellum Achaicum, et eius originem multis descri-bit Pausanias in Achaicis. Vide Livium lib. LII. et Florum II. 16. Patereulum I. 12. Orosium V. 3. Bongars.

2. Unum corpus. Polybius II. 38. Achaeos ut optimum exemplar bene constitutae Reipub. commendat, cum quo Belgico-Germania in multis convenire videtur. Bernec.

3. Tempestive fortuna querelas Spartanorum obtulit. Pr. Med. et Leid. Magl. ed. Rom. *querelam.* Periz. *Spartanorum querelam.* sed plurale nomen auctori usitatius est: ut XXII. 4. 2. *querelas Carthaginem socii detulerunt.* Adde III. 4. 3. XVI. 2. 4. et XXIII. 1. 11. Abr. Gronov.

5. Quo facilius ad obsequia cogerentur. MSS. ed. Rom. *quo facilius et ad obs.* Abr. Gronov.

Frangerentur. Non displiceat, quod in MSS. esse testatur Bong. *traiicerentur:* ut scilicet traiectione populorum contumaciam eorum frangendam Romani censuerint: quod fecit Philippus supr. VIII. 5. 7. Bernec. — In libris Bongarsii fuit *traiicerentur*, quod Berneccerus putat probum. Mihi aliter videtur, cum quia istiusmodi traiectio, tum quidem et ibi locorum, factu videtur fuisse impossibilis, tum quia non admittit verbum *frangerentur*, quod mihi glossa lectionis verae esse certo videtur. Puto tamen in *traiicerentur* latere vestigia verae scripturae. Ac primum quidem censeo delendam literam *t* a capite, quae ei adhaeserit ex fine vocis praecedentis, supererit *rahicerentur;* ita enim fuit in MSS. Hoc quoque puto dividendum in duo, *ra hicerentur.* priori *ra* si imponas virgulam in summo, facile colligas, legendum pro eo *ruina.* Iam ex *hicerentur* quid facilius quam formare *dicerentur*, id est, *diiicerentur* vel *disiicerentur.* Ita lectio integra erit: *et si quae urbes contumaces essent, ruina diiicerentur*, quod plane illud *frangerentur* est, quod in editis hodie occurrit. Scheff. — Probatum fuit illud *frangerentur* Ioanni Schultingio ad Senecae Controv. XIII. pag. 198. Seneca in Thy. 199.

Novi ego ingenium viri
Indocile: flecti non potest, frangi *potest.*

Frontinus Strat. II. 9. 3. *L. Sulla his . . occisorum in praelio du-*

cum capita hastis praefixa ostendit, atque *ita obstinatorum pervicaciam* fregit. Tacitus Hist. II. 17. *Sed longa pax ad omne servitium* fregerat *faciles* etc. Gregorius Turon. Hist. Franc. II. 2. *Cum ad hoc* frangi *non posset*, *ut beatam scinderet Trinitatem* etc. vide Savaronem ad Sidon. VII. ep. 4. Mihi vero cum Bongarsio placet, quod in suis MSS. invenit Bongarsius, inque Franeq. exstat, *traiicerentur*, unde *ruina diiicerentur* frustra effingebat Schefferus. dixi ad lib. VIII. 5. 7. Wopkens. — Pro *frangerentur* pr. Leid. Thuan. MSS. Bongars. *trahicerentur.* quart. Leid. Coll. N. *traicerentur.* Abr. Gronov.

6. Quid consilii habeant. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *quod c. h.* Abr. Gronov.

7. Ut singulae civitates sua iura et suas leges habeant. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *ut s. c. leges suas et iura sua h.* et paullo post eaedem, praeterquam Bechar. Med. *quod ut omnibus innotuit.* Abr. Gronov.

9. Legatos quoque ipsos. Florus II. 16. de Critolao concitore huius belli, *legatosque Romanos*, *dubium an et manu*, *certe oratione violavit.* Et M. Cicero pro Lege Manil. cap. 5. propter legatos superbius appellatos Corinthum eversam dicit. Vide et de Officiis I. 11. Bongars.

Violassent, nisi etc. Pr. Leid. *involassent*, *ni.* Abr. Gronov.

CAP. II.

1. Haec ubi Romae nuntiata sunt. Ut *divulgari in Macedoniam* et *in Macedonia* dici vidimus ad lib. XII. 5. 5. ita non male Franeq. Dorv. 1. aliique hic *Romam* exhibent. Cicero Famil. XI. ep. 12. *Ita enim* Romam *erat nuntiatum.* Tacitus Annal. IV. 56. *Cum id* Smyrnam *in concionem foret* etc. Sic *Romam*, *Messanam*, *Pheras*, *Placentiam* etc. *nuntiari*, Livii III. 2. IV. 9. XXIX. 9. XXXVI. 9. XLI. 41. et passim. Idem lib. XXXV. 47. *Haec renuntiata regi* ad *naves . . quum essent.* lib. XXXVI. 3. et lib. XXXVIII. 46. *An satis esset* ad *praesidium aliquod nuntiari.* lib. XLII. 39. *Renuntiare* domum *certa*, *quae audissent*, *volebant.* Cicero pro Milone cap. XXIV. *Se gladio percussum esse . . Pompeio* in *hortos nuntiavit.* Vulg. Int. Genes. XXIV. 28. *Et nuntiavit* in *domum matris suae omnia quae audierat.* Supra Iustinus II. 14. 9. *Ut . . meridianis horis* in Asiam . . *de victoria nuntiatum sit.* ubi codices, quantum sciam, nihil variant: quum tamen in his lib. XIV. 5. *Eadem et* in Asiam *Antigono per epistolas nuntiat:* Dorv. 2. ac 3. cum aliis *in Asia* legant, non ita, ut puto, bene. Hic tamen magis fero *Romae*, uti et tres Dorv. lib. XXXII. 4. *Quae ubi* Romae *nuntiata sunt:* pro edito *Romam.* Ita lib. XIX. 2. 8. *Quae res cum nuntiata* Carthagine *esset* etc. ubi respice notata. Ruffinus Hist. Eccles. XI. 4. *Sed hoc cum fuisset* Alexandriae *nuntiatum*, *veritus Lucius* etc. Wopkens.

MUMMIO CONSULI. L. Mummius cum Cn. Cornelio Lentulo Cos. fuit: et ab Achaia devicta *Achaicus* dictus. Orosius, Paterculus, ceteri. Corinthum captam esse anno III. Olympiadis CLVI. scribit Plin. XXXIV. 2. Pausanias Olympiade CLX. BONGARS.

2. SED ACHAEI, VELUT etc. Hermocrates ad Syracusanos in Thucydide VI. 6. 24. *Id unicuique fixum certumque in animo esto, quod contemptum hostium ipsis factis et viribus declarare, in re vero praesenti cum metu apparatum firmissimum, tanquam in haud dubio periculo, comparare, longe sit utilissimum.* Nam, ut inquit Archidamus apud eundem II. 8. 6., *Haud raro parva manus magnam multitudinem hostium, qui contemptim et imparati certamen inierant, profligavit.* Curtius VI. 3. 18. *Nihil tuto in hoste despicitur, quem spreveris; valentiorem negligentia facies.* Quomodo in Floro II. 14. 2. *Macedo, aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.* BERNEC.

3. ET VEHICULA . . REPORTANDA DUXERUNT. *Vehicula, currus,* ita *duci* dicuntur Caesar. Gall. I. 6. Ovidii ex Ponto III. 1. Dict. Cret. II. 45. et alibi. Scripserit autem fortasse Iustinus, ut Dorv. 1. et 3. cum Franeq. referunt, *adduxerant.* WOPKENS. — Sec. Med. Magl. pr. quart. Leid. Periz. *adduxerunt.* ABR. GRONOV.

4. SPECTACULUM, ET GRAVEM. Ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *spectaculum sui, et gr.* ABR. GRONOV.

6. UT HOC EXEMPLO. MSS. Bongarsiani habent: *ut ex hoc exemplo.* quod non debuit contemni. Plena enim est locutio, quae vulgo per praepositionis ellipsin effertur. Sane sic legendum etiam hinc colligas, quod in quibusdam reperitur, *ut et hoc exemplo*, quod sine dubio ex altero, errore scribae, sic formatum est. Similia et alibi notavimus apud Nostrum. SCHEFF.

METUS NOVARUM RERUM IMPONERETUR. Nostri tres Dorv. habent quoque *incuteretur*, quod in Magliabequiano MS. et edit. Romana haud displicebat A. Gronovio. Sed potuerunt librarii, ut solent, in usitatiorem mutare dictionem minus usitatam. Livius VII. 1. Verecundia *inde* imposita *est senatui ex patribus iubendi aediles curules creari.* lib. XXXVI. 27. *Ita enim et illis violandi supplices verecundiam se impposituros.* Confer et illa Lactantii de Ira Dei cap. VIII. 9. *Quoniam leges conscientiam punire non possunt, nisi aliquis desuper* terror impendeat, *ad cohibenda peccata.* WOPKENS. — Magl. Periz. ed. Rom. *incuteretur:* ut infra XLII. 1. 10. *metum Phrahati incussit, ne* etc. *Novas res* eodem sensu aliquoties dixit Saxo, ut lib. VII. pag. 123. 20. *novarum rerum licentiam adsequi.* lib. XIV. pag. 251. 16. *repulsae contumeliam ad novarum rerum licentiam transtulit.* et pag. 307. 49. *novarum rerum cupiditate accensi.* atque etiam *novarum rerum metu.* pag. 269. 31. ipsum eod. lib. *quem apud ipsum novarum rerum metu vinctum haberi cupiat.* ABR. GRON.

7. REX SYRIAE ANTIOCHUS PTOLEMAEO. Cum tot sint Antiochi apud scriptores, non dignatur Iustinus vel uno verbo innuere, de quonam Antiocho hic loquatur, de Ptolemaeo ad idem. Ego quidem

puto eum loqui de Antiocho Epiphane, Seleuci septimi regis Syriae fratre. Vide Florum lib. XLI. in Livii Epitome. Item de Ptolemaeo Philomatre sexto post Alexandrum, hactenus perpetuo a patre suscipiente imperium, ut inquit Strabo lib. ult. GLAREAN. — Epiphanes dictus, Magni filius: eius sororis Cleopatrae hic Ptolemaeus filius erat. BONGARS.

MAIORIS SORORIS SUAE FILIO, REGI AEGYPTI, BELLUM INFERT. Pr. Med. Magl. quart. Leid. Periz. ed. Med. Paris. et Vincentius lib. VI. cap. 65. *maiori sororis suae filio.* Bechar. Ven. Ald. Iunt. *maiori sororis eius filio. Maiori* scilicet *Philometori*, cuius frater natu minor cognominabatur *Physcon* et *Euergetes*, quem paullo post *minorem Ptolemaeum* vocat Iustinus. Iidem quoque respectu aetatis *maior* et *minor* dicuntur Livio lib. XLIV. cap. 19. *Antiochus Syriae rex, qui obses Romae fuerat, per honestam speciem maioris Ptolemaei reducendi in regnum, bellum cum minore fratre eius, qui tum Alexandriam tenebat, gerens, et ad Pelusium navali praelio victor fuerat, et, tumultuario opere ponte per Nilum facto, transgressus cum exercitu, obsidione ipsam Alexandriam terrebat: nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur.* et lib. XLV. cap. 11. *Quum haec gererentur, Antiochus, frustra tentatis moenibus Alexandriae, abscesserat; ceteraque Aegypto potius, relicto Memphi maiore Ptolemaeo, cui regnum quaeri suis viribus simulabat, ut victorem mox adgrederetur, in Syriam exercitum abduxit. Nec huius voluntatis eius ignarus Ptolemaeus, dum conterritum obsidionis metu minorem fratrem haberet, posse se recipi Alexandriae, et sorore adiuvante, et non repugnantibus fratris amicis, ratus; primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque eius, non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret.* Confer Valesium ad Excerpta Diodori pag. 49. et 51. ABR. GRONOV.

UT NON SOLUM REGIAE MAIESTATIS OFFICIA INTERMITTERET. Saxo lib. VI. pag. 106. 42. *intermissisque regiae maiestatis officiis.* ABR. GRONOV.

NIMIA SAGINA. Adde XXI. 2. 1. et XXXVIII. 8. 14. BERNEC.

PARTICIPATOQUE CUM EO REGNO. Hegesippus lib. I. cap. 40. *nam, accepto diademate, prope universi regni potentiam cum fratre suo* (Pherora) *Herodes participaverat.* ubi pro *accepto* ex MS. et Iosepho lib. I. de B. I. cap. 24. reponendum *excepto.* Ita enim ille: ὃς πάσης μὲν ἐκοινώνει τῆς βασιλείας πλὴν διαδήματος. Saxo lib. XIV. pag. 312. 43. *rex regni maiestatem cum sanguine suo participare non damnum honoris, sed claritatis incrementum putavit.* ABR. GRONOV.

CAP. III.

LEGATUS P. POPILIUS AD ANTIOCHUM. Huius legati et praenomen, et nomen varie legitur, ut apud Valerium Max. lib. VI. cap. 4. et apud alios. Ego credo *Caium*, non *Publium:* item *Popilium* abs-

que *m* in prima syllaba, non *Pompilium* nominatum. Certe Livius lib. V. decados V. ubique vocat *C. Popilium Lenatem.* GLAREAN. — De eo vide Livium XLV. 12. Plutarch. Apoph. cap. 32. Valer. Max. VI. 4. 3. a quibus *C. Popillius* dicitur. Paterculo I. 10. 1. est *Marcus*, et Hieronymo in XI. Daniel. Hic vulgo est *P. Popilius.* BONGARS. — Adde Plinium XXXIV. 6. ubi tamen errore manifesto Cn. Octavius pro Popilio ponitur: itemque Ciceronem Philippic. VIII. 8. et Appianum Syriac. pag. 131. m. BERNEC. — Ed. Bechar. *P. Pompilius.* Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *P. Popilius.*, et paullo post quint. Leid. *Lucium Popilium.* *Ποπίλιος* Zonarae dicitur lib. IX. cap. 25. *C. Popillius* Livio lib. XLV. cap. 10. ac seqq. et Ciceroni Philipp. VIII. cap. 8. atque *Ποπίλλιος* Appiano de Bello Syr. pag. 212. ubi Tollium vide. ABR. GRONOV.

NAM COLUERAT INTER CETEROS POPILIUM ANTIOCHUS. Sec. Med. *N. c. i. ceteros principes P. A.* ABR. GRONOV.

FACESSERE PRIVATAM AMICITIAM. Ita Timotheus adversus Iasonem, *patriae sanctiora iura, quam hospitii, esse duxit.* Probus Timoth. ext. Quomodo Demosthenes dixit, *se anteponere salem civitatis hospitali mensae*, quod ei tamen maledicti loco obiicit Aeschines in Orat. de Fals. Legat. BERNEC. — Saxo lib. XIV. pag. 335. f. *quin potius, ubi publicae necessitati consulitur, privatas lites facessere oportere.* ABR. GRONOV.

CUM MANDATA PATRIAE INTERCEDANT. Malim *dum m. p. i.* WOPKENS.

3. PROLATOQUE SENATUS DECRETO. Vincentius: *prolatoque ei s. d.* ABR. GRONOV.

UT ET AMICOS CAPERET. Est qui languere haec verba, et ita rescribenda censet, *ut ut amicos caperet;* quae quid sibi velit emendatio, non video. Iustini mens, eam fuisse circulo capacitatem, ut intra eum stare possent etiam amici Antiocho advocandi, et in consilium adhibendi. Vox *amici* sumitur hic eo significatu, ut IX. 8. 16. XII. 12. 8. XXXI. 6. 1. et passim apud auctores: clarissime vero apud Sueton. Tib. 55. 1. *Super veteres amicos et familiares, viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis.* BERNEC.

AMPLO CIRCULO INCLUSUM, UT ET AMICUS CAPERET, CONSULERE IUBET. Iuntae: *amplo circulo inclusum amicos capere, et consulere iubet.* Quod mihi arridet. Sic *capere arbitros, generum,* apud Terentium et alios. GRAEV. — Mirum, Graevio arridere potuisse, quod Iuntae ediderunt, *inclusum amicos capere et consulere iubet:* quasi *amicos capere*, pro, illos in consilium adhibere, dixisset Iustinus, quod equidem non puto. *Ut et amicos caperet*, i. e. adeo ut e. a. c. lib. XLII. 1. *Cursus amnium non torrentes rapidique, ut noceant, sed lenes.* Nepos in Dione cap. 1. *Hunc . . Carthaginienses suspexerunt*, ut *neminem . . magis sint admirati.* et Epam. cap. 5. *Fuit et disertus*, ut *nemo Thebanus ei par esset eloquentia.* Sic Livius XXXV. 5. aliique. WOPKENS.

4. HAEC AUSTERITAS ANIMUM REGIS FREGIT. MS. Iuntina, veteresque editiones aliae, *asperitas*. GRAEV. — Antiquiores editiones, interque eas teste Graevio Iuntina, pro *austeritas* habent *asperitas*. VORST. — Veteres et Iuntina, *asperitas*. Alterum glossatoris est. SCHEFF. — *Asperitas*, quod hic pro *austeritas* cum Iuntina aliisque editionibus recte reposuerunt viri docti, etiam in Dorv. 2. ac 3. comparet. Atque ita Livius XLV. 12. *Popilius pro caetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem*. WOPKENS. — Livius lib. XLV. cap. 12. *Popillius pro cetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem*. Coll. N. *austeritas*. ABR. GRONOV.

5. ANTIOCHUS DECEDIT. Appianus Syriaca pag. 131. *spoliato in Elymaeis templo Veneris, tabe periit relicto novenni filio Antiocho Eupatore*. Hieronym. in Dan. ex Polybio et Diodoro bibliothecarum scriptoribus refert, cum, cum templum Dianae in Elymaide spoliare conaretur, oppressum a custodibus templi, et vicinis gentibus, quibusdam phantasiis in amentiam versum, morbo interiisse, in Tabes oppido Persidis. BONGARS. — Praeterit ergo Auctor quod Antiochus reversus in regnum Iudaeos vexavit, quodque Elymaida profectus templum ibi spoliare voluit. Iudaeos a regibus Syriae vexatos significat demum lib. XXXVI. et primum quidem a Demetrio, qui sublato Antiochi Epiphanis filio Antiocho Eupatore, regnum occupavit. Quae supra XXXII. 2. 1. de templo Iovis Elymaei oppugnato scribit, ea huc referenda fuissent. VORST. — Margini quarti Leid. adscriptum erat: *Hic Antiochus Epiphanes, cum quo Iudas bella gessit, templi exspoliator, qui lateris vermibus obiit*. ABR. GRON.

RELICTO PARVULO ADMODUM FILIO. Gronovius e MSS. adiiciendum censet *nomine Eupatore*. VORST. — Addunt MSS. *nomine Eupatore*, quod Gronovius putat rectum. SCHEFF. — Angli quoque id repererunt in tribus MSS. sed ex margine irrepsisse id contendunt. GRAEV. — Cantabr. Coll. N. addunt, *nomine Eupatore*; idemque supra vocem *filio* adscriptum in quarto Leid. Vide Avum lib. IV. Observ. cap. 10. pag. 162. ABR. GRONOV.

6. PATRUUS EIUS DEMETRIUS. Appianus Syriaca pag. 117. Demetrium hunc dicit *Σελεύκου μὲν υἱὸν, Ἀντιόχου δὲ Ἐπιφανοῦς ἀδελφιδοῦν, υἱονὸν δὲ τοῦ μεγάλου Ἀντιόχου, ἀνέψιον ὄντα τῷδε τῷ παιδίῳ*. Non ergo *patruus*, sed *patruelis*. erant enim ambo duorum fratrum filii. Lege Appianum, et Epitomen Livii XLVI. BONGARS. — Et sic Diodor. apud Vales. 322. BERNEC. — Immo *patruelis*, quomodo legendum monuerunt Bongarsius ad h. l. et Drusius ad Sulpicium Severum lib. I. Hist. S. cap. 23. Zonaras lib. IX. cap. 25. *Δημήτριος δὲ ὁ Σελεύκου υἱὸς τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου* (lege ὁ *Σελεύκου, ἀνεψιὸς τοῦ π. Ἀ.*) *ὁμηρεύων ἐν Ῥώμῃ κατὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον, καὶ ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ θείου τῆς βασιλείας ἐστερημένος, ὡς τὸν τοῦ Ἀντιόχου θάνατον ἔγνω, ᾔτει μὲν τὴν πατρῴαν ἀρχήν*. ABR. GRONOV.

COGNITA MORTE ANTIOCHI FRATRIS. Immo *Antiochi patrui*, et

paullo post, *vivo patruo*, non *fratre*. Hunc Iustini, vel forte amanuensium errorem quoque taxarunt Drusius ad Sulpicium Severum d. l. et Perizonius Animadv. Hist. cap. 10. pag. 437. ABR. GRONOV.

OBSIDEMQUE SE. Legendum videri possit, *obsidem inquiens se*, ut cohaereat oratio. Sed auctori non insolens est haec ellipsis. Exempli causa V. 7. 12. BERNEC. — Suspicatur Berneccerus *obsidem inquiens se*, mox repudiat, quia non insolens auctori sit haec ellipsis. Mihi contra persuasissimum, sic esse scribendum. Nam illud *que* in *obsidemque* prorsus hic est otiosum, neque habet quidquam, quo referatur, et *in* in *inquiens*, intercidit praecedens *m* in voce *obsidem*. Nisi plane sequi malumus MSS. Bongarsianos, et legere *obsidem se* omisso illo *que*. Tunc enim valebit, quod de ellipsi a Berneccero notatum est. SCHEFF. — Grotius de Iure B. et P. III. 20. 56. malebat legere *obsidem*, *inquiens*, *se vivo* etc. Aliis placuit cum MSS. pluribus, *obsidem se vivo fratre* etc. ut subaudiatur *dixitque*, vel *dicens*. Schefferus autem, dum coniicit *senatum adit: obsidem*, *inquit*, *se vivo* etc. rem acu, ut puto, tetigisset, nisi *adiit* in *adit* migrare haud opus esset. Ut enim ἀσύνδετον hoc illustravimus ad ista lib. XVIII. 4. *Tunc . . Acerbum ciet:* orat, *ut libens* etc. ita similis enallage praeteriti ac praesentis obtinet in exemplis sequentibus: Lib. XI. 7. 6. *obviam in porta habuit virginem eximiae pulchritudinis:* percunctatur *eam*, *quem* etc. Sic enim ibi legendum. lib. II. 15. 9. Adiit *deinde concionem Lacedaemoniorum:* indicat *permunitas Athenas esse* etc. Sallust. Iug. cap. LXXI. *In tabernaculum* introivit: *dormiente illo*, *epistolam . .* sumit *ac perlegit*. ubi non opus est rescribi *introit*. Et recte complures MSS. ita cap. LXII. *Iugurtham . .* accessit: monet *atque lacrimans obtestatur*, *uti* etc. et cap. XCIII. *Itaque Marium propere* adiit: *acta* edocet: *hortatur* etc. Livius II. 12. *Senatum* adiit: *Transire Tiberim*, inquit, *Patres . . volo*. Florus III. 10. *Arma ante Caesaris genua* proiecit: *habes*, inquit, *fortem virum*, *vir fortissime*, *vicisti*. ubi copulam ante *habes* ne iniiciendum putemus. Aur. Victor V. Illustr. cap. LXXIII. Clamavit, *iam*, inquit, *nisi quiescitis*, *grandinabit*. Sulp. Severus Hist. I. 25. *Huic Angelus . .* adstitit: *Dominus*, inquit, *tecum*, *potens in virtute*. quod pluribus eiusmodi exemplis vindicamus. WOPKENS. — Sec. Med. *obsidem se fuisse v. fr.* Coniunctio *que* etiam abest tribus Leid. Periz. Thuan. Bodl. et Duisburgensi, teste Cl. Dukero ad Livium lib. X. cap. 32. *Adiit*, scil. *dicens*, usitata ellipsi. Virgilius lib. V. Aeneid. vs. 230.

tum Nysus et una
Euryalus confestim alacres admittier orant:
Rem magnam, *pretiumque morae fore*.

Sallustius Iug. cap. 62. *mittuntur ad imperatorem legati: Iugurtham imperata facturum*. Macrobius lib. II. Saturn. cap. 5. pag. 337. *Eosdem postea Toronius aeque inter coenam quaerenti Caesari sic excusavit: ad molas sunt*. Ita supra XII. 12. 6. ex MS. Coll. N. *Tunc universi flentes regem adeunt: suppliciis suis potius salu-*

ret se quam contumeliis. Vulg. *adeunt; orant, suppl.* Plura exempla congesserunt Avus ad Livium lib. VIII. cap. 22. et Cl. Perizonius ad Sanctii Minervam lib. IV. cap. 5. 7. ABR. GRONOV.

7. DIMITTI IGITUR SE AD REGNUM etc. Postulatum non iniquum. Qui obses datus est tantum, ut alterum captivum aut obsidem redimat, eo mortuo liberatur. Nam in illo, dum moritur, ius pignoris extinctum est, ut in captivo redempto dixit Ulpianus L. 5. D. de Captivis. Quare sicut in Ulpiani quaestione pretium non debetur, quod in personae locum successit, ita nec hic persona manebit obligata, quae personae vicaria facta est. Haec Grotius de Iure Belli ac Pacis III. 20. 56. BERNEC.

DEBERI. Adde, *dicebat.* FABER. — Notator Anglicanus putat hic addendum *dicebat* (ex Fabro) vel quid simile. Ac profecto mutila est haec oratio. Sed, mallem eam superius iuvari, ubi legitur *obsidemque.* Quae est enim connexio, senatum adiit obsidemque se venisse? Legendum igitur existimo: *Senatum adit, obsidem inquit se venisse.* SCHEFF.

8. SPECIE VENANDI. Magl. ed. Rom. *sub specie.* ABR. GRON.

HOSTIAE. Nec male Franeq. aliique *Hostiis.* Vide Gronov. ad Livii IX. 19. WOPKENS. — Magl. quart. quint. Leid. *Ostis.* Bodl. Periz. *Hostiis.* pr. Med. *Ostiis.* ed. Bechar. *Hostis.* *Ostia* et *Ostiam* dixisse veteres observavit Avus ad Livium lib. IX. cap. 19. ABR. GRONOV.

9. DELATUS IN SYRIAM SECUNDO FAVORE OMNIUM EXCIPITUR: REGNUMQUE EI OCCISO PUPILLO A TUTORIBUS TRADITUR. Tutor fuit Lysias. Is regnum non tradidit Demetrio, sed a militibus interfectus est uterque, Lysias et Antiochus, ut tradunt auctor Maccab. 1. 7. et Ioseph. Antiquit. Iud. XIII. 16. Liv. epit. XLVI. *Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore eius Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat, clam* (scil. elapsus) *quia non dimittebatur a Romanis, interemit, et ipse in regnum receptus.* Itaque hic legendum statuo: *regnumque ei, occiso pupillo et tutoribus, traditur.* GRAEV. — Ex historia veteri optime emendavit Graevius: *Regnumque ei, occiso pupillo et tutoribus, traditur.* Ex Epitoma Livii XLVI. FABER. — Graevius legendum putat, *pupillo et tutoribus;* quia aliunde sciri potest tam tutorem Lysiam, quam pupillum Antiochum Eupatora occisum fuisse tum cum Demetrio regnum traderetur. VORST. — Cl. Graevius, *pupillo et tutoribus.* Probo, exigente sic historia; tantum mallem, *pupillo ac tutoribus*, ut abesset propius a veteri scriptura. SCHEFF.

CAP. IV.

1. EODEM FERE TEMPORE PRUSIAS etc. Strabo lib. XIII. scribit interfectum ab Attalo: alii a filio, adiuvante Attalo. Epitoma Liviana L. Appian. BONGARS. — Porro de adfectu paterno, novercalibus odiis extincto vide Notam XVII. 1. 4. Adde Livium XXXIX.

9. 4. Tacitum I. 3. 6. etc. BERNEC. — Sec. Leid. *eodemque ferme temp.* Bodl. *eodemque temp.* Bechar. Ven. et quinque aliae, *eodem tempore ferme.* Medicei, Magl. *eodem ferme temp.* Prusiam autem non minores filios, quos ex noverca susceperat, sed Nicomeden filium Romae habuisse, atque ibi vitae illius insidiatum fuisse, constat ex Appiano, qui lib. de Bello Mithrid. pag. 299. scribit: *Ὄντι δ' αὐτῷ (Προυσίᾳ) διὰ μίσους τοῖς ὑπηκόοις ἐπὶ ὠμότητι χαλεπῇ Νικομήδης υἱὸς ἦν πάνυ τοῖς Βιθυνοῖς ἀρέσκων. ὅπερ ὁ Προυσίας ὑφορώμενος, ἐς Ῥώμην αὐτὸν βιοῦν μετεστήσατο· καὶ μαθὼν εὐδοκιμοῦντα κἀκεῖ, προσέταξε τῆς βουλῆς δεηθῆναι, τῶν ἔτι ὀφειλομένων Ἀττάλῳ χρημάτων αὐτὸν ἀπολῦσαι. Μηνᾶν τε αὐτῷ συμπρεσβεύσοντα ἔπεμπε, καὶ εἴρητο τῷ Μηνᾷ, εἰ μὲν ἐπιτύχοι τῆς ἀφέσεως τῶν χρημάτων, ἔτι φείδεσθαι τοῦ Νικομήδους· εἰ δὲ ἀποτύχοι, κτείνειν αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ. κερκούρους τέ τινας ἐς τοῦτο συνέπεμψεν αὐτῷ, καὶ δισχιλίους στρατιώτας. Quumque subditis exosus esset ob nimiam saevitiam, Nicomedes filius valde ab Bithynis amabatur; ideoque Prusias eum suspectum habens, Romam, ut ibi degeret, misit: quem postquam cognovit ibi quoque gratiosum esse, mandavit ei, ut a senatu peteret, remitti sibi quod supererat pecuniae debitae Attalo: addiditque illi Menam, qui simul legatione fungeretur, eique mandatum dedit, si impetraverit remissionem pecuniae, ut amplius Nicomedi parceret; sin minus, Romae illum interficeret: et ad hoc cercuros aliquos cum eo misit, et duo millia militum.* Appiano quoque consentit Ioannes Zonaras lib. IX. Annal. cap. 28. *Τότε δὲ συνηνέχθη καὶ τὰ κατὰ τὸν Προυσίαν, ὃς γέρων ὤν, καὶ τοὺς τρόπους τραχὺς, ἐφοβήθη τοὺς Βιθυνοὺς, μὴ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβάλωσι, τὸν Νικομήδη τὴν υἱὸν ἀνθελόμενοι. Καὶ κατά τινα πρόφασιν ἔπεμψεν εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὸν, κἀκεῖ διάγειν ἐκέλευσεν. Ὥς τε* (leg. *δὲ*) *κἂν τῇ Ῥώμῃ διαιτωμένῳ τῷ υἱῷ ἐπεβούλευσε, καὶ ἔσπευδε κτεῖναι αὐτὸν, Βιθυνοί τινες εἰς Ῥώμην φοιτήσαντες ἐξήγαγον λάθρα τὸν Νικομήδη.* Scribendum igitur ex Romana editione, *Prusias consilium cepit interficiendi Nicomedis filii, quem a se ablegatum (dum consulere studet minoribus filiis, quos ex noverca eius susceperat) Romae habebat.* Hanc lectionem firmat sec. Med. *Prusias consilium cepit interficiendi Nicomedis filii, quem a se ablegatum, studens minoribus filiis, quos ex noverca eius susceperat, Romae habebat.* ABR. GRONOV.

2. ET IN AUCTOREM RETORQUEAT SCELUS. Saxo lib. I. pag. 19. 44. *dolum in auctorem retorsit.* lib. XIV. pag. 350. 7. *Ceterum insidiarum periculis patere malle, quam in auctores facinus retorquere.* Saresberiensis lib. II. Policr. cap. 20. f. *Alioquin hominem nulla iustitia condemnabit, cum culpa non in eum, sed in ipsius retorqueatur auctorem.* ABR. GRONOV.

5. IN LATEBRIS. *Religione fani Iovis se tutantem confoderunt quidam immissi a filio:* inquit Appianus Mithrid. pag. 175. BERNEC.

NON MINORI SCELERE, QUAM FILIUM OCCIDI IUSSERAT, A FILIO INTERFICITUR. Melius si rescribas, *quam quo fil. occ. iuss.* FABER. —

Faber rescribi malebat *quam quo filium o. i.* Sed uti librorum auctoritas, ita et usus huic correctioni adversatur. Lib. XXVII. 2. *Non tam pio animo*, quam *offerebatur*, arripuit. lib. XXXI. 3. *Promittens . . non minus bellum*, quam *gesserat*, *Italiae restauraturum.* Livius III. 17. *Hospites . . maiore*, quam *venerint*, *silentio abituros.* lib. XXVIII. 7. *Haud maiore certamine*, quam *Opuntem Attalus ceperat*, *P. Toronem cepit.* Dictys Cret. IV. 11. *Parte alia* quam *venerant*, *proruunt.* Tacitus Annal. I. 18. *Leviore flagitio legatum interficietis*, quam *ab imperatore* desciscitis. lib. III. 54. *Haud levioribus remediis restinguendus est*, quam *libidinibus ardescit.* Orosius V. 15. *C. Marii consulis non minore*, quam *ipse praeditus erat*, *astutia . . fractus est.* Valer. Max. III. 2. 12. *Militis huius . . tam egregius tamque virilis animus*, quam *relaturus sum imperatoris.* quod iure optimo vindicat Perizonius. Ita frustra pronomen intrudere gestiunt his Paulini Nolani Epist. V. 1. *Tu vero potiore tui parte*, quam manseris, *solo corpore domi residens*, *voluntate ad nos . . venisti.* Wopkens. — Coniecturam Fabri legentis, *quam quo filium*, refellit Cl. Dukerus ad Livium lib. XXXII. cap. 13. Abr. Gronov.

COMMENTAR. IN LIB. XXXV.

CAP. I.

1. Novitati suae ocium. Supr. XX. 1. 1. *grave ocium regno suo.* Catullus Carm. 52.

Ocium reges, prius et beatas
Perdidit urbes.

Vulgo *odium* hic legitur pro *ocium:* quod et quae sequuntur, et quae superiore libro dixit, impugnant. Bongars.

Ampliare fines regni. Sex MSS. *ampl. vires regni.* Abr. Gronov.

2. Fastiditas sororis nuptias. Exempla bellorum, ob petitae repulsam inter reges exortorum, extant in Herodoto III. 1. Diodoro XIV. 107. Dionysio Halic. IV. 52. Nostro II. 5. 9. Addendus Apuleius sub initium lib. VIII. Metamorph. Bernec.

Orofernem. Ita Vett. Appianus Syriac. pag. 118. Ὀλοφέρνην, et Diod. XXXI. Bongars. — Aelian. Hist. Var. II. 41. 18. Polyb. apud Valesium 170. Bernec. — Ὀροφέρνης quoque vocatur in excerptis Porphyrogennetae e Diodoro. Quamvis alii aliter vocent. Voss.

4. Vinctum Seleuciae custodiri iubet. Magl. Ald. Iunt. *vinctumque.* Abr. Gronov.

5. Indicio territi. Ed. Rom. *iudicio terr.* Abr. Gronov.

6. LACESSITI. Impr. *lacessitis*, rectius, ut opinor. BERNEC. — *Lacessitis*, ut cum impressis malebat Berneccerus, etiam legitur in tribus Dorv. MSS. Acute autem emendat Gronovius *subornant Balam quemdam*. Sed leviore mutatione rescribebat N. Heinsius ad Vellei. II. 64. *Subornant pro eo Balam quemdam*. Atque ita *subornari pro aliquo*, pro subornari ad gerendam alicuius personam, dixit Frontinus Strat. III. 13. 2. *quemdam* pro *transfuga* subornatum *miserunt*, *qui . . epistolam . . ad Poenos pertulit*. WOPKENS. — Vincentius lib. V. cap. 75. *Interim Antiochenses Demetrio defecerunt*, *adiuvantibus eos Ptol. r.' Aeg. et Ariar. Cappadociae*. Tert. Leid. ed. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Ariarathe rege Capp.* Magl. Periz. ed. Bechar. Med. *lacessitis*, probante Bernecceго. ABR. GRONOV.

SUBORNANT. De hoc Alexandro, incertae stirpis et ignoto homine, Livii Epitoma LII. et Appian. Syriac. pag. 131. BONGARS. — Eiusdem Demetrii filio, item Demetrio dicto, itidem submissus fuit Pseudo-Alexander alius, de quo Noster infra XXXIX. 1. 5. Huiusmodi scenicos et obreptitios principes aliquam multos contraxit Lipsius in Monitis et Exemplis Politicis II. 5. Quibus adde Pseudo-Drusum ex Tacit. Annal. V. 10. Pseudo-Neronem, Sueton. Ner. fin. Pseudo-Ariarathen, Val. Max. IX. 16. Pseudo-Iohannem, Pachymer. III. 12. et 13. et plures. BERNEC.

PROPALAM QUENDAM. Ampliss. Lingelshemius ostendit mihi locum in doctoris sui Ob. Gifanii plenis bonae frugis Observationibus in Linguam Lat. ubi *propalam* ait *Latine dici eum qui propalam*, *velut ante-palum et de-palo pendentes merces habet et vendit: eamque vocem ubique fere per errorem esse mutatam in* propola, *quae vox tamen Graeca est*, *et proxenetam seu venditionis conciliatorem significat*, *teste Polluce VII.* 2. Consimilia Turnebus Adversar. I. 1. Ostendit etiam epistolam a Bongarsio, ante hos 20 annos ad se scriptam, et huic expositioni subscribentem, cum antea putarit, Iustino *propalam* hic adverbialiter accipi. Scaliger tamen in Culicem Virgilii pag. 42. statuit, *propala* non etymologiae, sed pravae librariorum consuetudinis esse scripturam, pro *propola:* hoc autem non esset ortum a mere Graeco προπώλης, qui est proxeneta, et pararius Senecae; sed esse ex Graeco πωλεῖν, et Latina praepositione conflatum duplici argumento: tum quia producit primam syllabam, cum alioqui, si Graeca esset, corriperetur: tum etiam quia diversam a προπώλης significationem habet. Dictus enim quod primus vendat merces, quas in portu primus anticipat, et, ut Persius ait, *primus tollit piper a sitiente camelo*, ut prior vendat. Quod manifeste innuit Lucillius, citatus a Nonio, voce *Primiter:*

Sicuti cum primus ficos propola recentes
Protulit; et pretio ingenti dat primitu paucos.

Quanquam etiam in his Lucillianis *propala* nonnulli libri habent: item in Varrone de Re Rust. III. 14. Quin in illis quoque Ciceronis in Pisonem cap. 27. *panis et vinum propala, atque de cupa.* MSS.

Palatinorum et editionum vett. hanc esse scripturam, testatur Gruterus. Pro hoc item *propula* in opt. Glossario scriptum invenisse se, Scaliger asserit. Porro similem huic in Nostro locum vide XXXIX. 1. 5. BERNEC. — Celeberrimus vir Fr. Gronovius optime coniecit scribendum hic esse, *subornant Balam quendam*. Iosepho enim Ἀλέξανδρος ὁ Βάλας dicitur lib. III. cap. 8. uti habent libri meliores. VOSS. — Praeclara Gronovii emendatio est; ita namque ille Alexander dicebatur. In MSS. et Impressis nihil subsidii. In iis omnia sunt foedissime inquinata; alii enim habent *propalam*, alii *propolam* etc. FABER. — Gronovius Observat. IV. 10. et Rupertus Observ. ad Hist. Univers. cap. 10. legunt *Balam quendam*. Constat enim ex Strabone, Iosepho, Eusebio hunc regem dictum esse, *Alexandrum Balam*. Apud Eusebium corrupte scribitur: Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλᾶ, pro Ἀλέξανδρος ὁ Βαλᾶς, ut Rupertus docuit. GRAEV. — Frustra sunt qui *propalam* nomen appellativum esse putant. Quoniam ex historia notum est, ipsum hunc, de quo hic agitur, nomine proprio *Balam* vocatum, quidni eum Gronovio credamus legendum esse *Balam quendam?* Nominibus propriis addi solere *quidam*, notum est. Nepos IV. 4. 1. *Argilius quidam*. et XX. 5. 2. *Lamestius quidam*. Vide et Ind. in eum Auctorem: ubi Boeclerus observat, *pronomen hoc nominibus propriis addi, interdum designandi causa: interdum contemtim: aliquando quasi de ignotiore, obscuro aut obiter memorato*. Dicitur autem *Balam quemdam* pro quendam nomine Balam; ut apud Nepotem *Argilius quidam* pro quidam nomine Argilius. VORST. — Probe illi, qui pro isto *propalam*, quod est nihil, substituunt *Balam*. sed quia hoc tantum potest succedere τοῦ *palam*, reliqua manet syllaba *pro* in *propalam*. Quae cum non temere putari possit a librario adiecta, venio in eam sententiam, quasi hic desit nomen aliquod proprium, atque sic haec verba scribi debeant: *subornant pro . . . Balam quendam*. Putem autem deesse nomen pupilli, aut filii Antiochi, a Demetrio occisi, quod fuit *Eupatoris*, et sic restitui posse omnia: *subornant pro Eupatore Balam quendam*. Nisi plane alia et plura desint, quia sequitur, indidisse ei nomen non Eupatoris, sed Alexandri. Et finxerunt forte, praeter Eupatorem, adhuc alium filium, Antiochum, ut sic in lacuna ista potius videatur legendum, *pro filio Antiochi Balam quendam*, vel *pro pupillo Balam quendam*. Nam et supra *pupilli* vox in re simili. SCHEFF.

SORTIS EXTREMAE IUVENEM. Florus II. 14. *Quippe regnum pariter et bellum vir* ultimae sortis *Andriscus invaserat*. cum nota Dukeri. WOPKENS.

7. NOMEN EI ALEXANDRI INDITUR. Nec hoc loco auctor uno verbo indicat, cuius Antiochi filius dictus hic Alexander. Eusebius Antiochi Epiphanis ait: quidam *Balam* putant. Talem etiam Ptolemaeus Physcon Demetrio decimo quarto Syriae regi postea subornasse dicitur, ut hic auctor tradit lib. XXXIX. Ceterum de hoc Alexandro hoste Demetrii Soteris videtur mentio lib. I. Macchabaeo-

rum cap. 10. Caeterum si quis conetur in hisce aliquot libris explicare, quoties alii aliis imposuerint, matrimonia iunxerint, ac mox rursus ruperint, res nullum finem invenerit. GLAREAN.

8. TANTUM ODIUM etc. Saepe accidere, ut homines quemlibet sibi malint imperare, etiam indignissimum, quam eum a quo laesi sunt, *documento Vitellius est, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbae odio promotus.* Tacitus Hist. II. 76. Sic Opilium Macrinum Senatus, odio Antonini Bassiani, libenter imperatorem accepit, cum in Senatu omnibus una vox esset: *quemvis magis quam parricidam, quemvis magis quam incestum* etc. Capitolinus in eius vita cap. 2. BERNEC.

9. PRISTINARUM SORDIUM OBLITUS. Iuxta Claudiani illud in Eutrop. I. 18. 1.

Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.

et sane insperato felices, omnium pessime ferre fortunam, apparet etiam ex Proverb. XXX. 22. et 23. Euripide Supplicib. vs. 741. Thucydide III. 6. 25. Curtio IX. 2. [illegible] Dione lib. LVIII. ubi de Seiano. Amm. Marcellino XIV. 1. Aristide sub initium orationis prioris de Pace etc. BERNEC.

10. QUAMQUAM NEC DEMETRIO ANIMUS . . DEFUIT. Bechar. Ven. et quinque aliae, *q. D. n. a. d.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. APUD GNIDIUM. Scribe *Cnidium.* GRONOV. — *Commendaverat* est in veteribus: *Commendare* est *deponere* L. 14. D. de Religiosis. L. 186. de Verb. Signif. Cicero de Legib. II. 9. Lar familiaris in Querolo: *Mihi thesaurum commendavit.* id est, concredidit thesaurum auri, ut id servarem sibi: ut est in Plauti Aulularia Prolog. vs. 6. BONGARS. — Iuntae: *demandaverat.* perperam. Est enim *commendare* nonnunquam deponere, servandum et custodiendum mandare. Hygin. Fab. 3. *Cuius beneficio ad sororem Medeam est commendatus.* Medeae servandus fuit commissus. vide apud Gronov. Observ. III. 23. alia Scheff. ac Rittershus. ad Phaedrum I. Fab. 16. in hanc rem. Mox Iuntae, *velut captivum*, pro vulgato *velut captum.* GRAEV. — *Cnidium* restituit Avus. Ita Prol. h. l. *Cnidiorum*; idemque dant MSS. et ed. Aldina Valerii Maximi VIII. 11. Ext. 4. Vulg. *Gnidiorum.* Bechar. Ald. Iunt. aliaeque *apud hospitem suum Gnidium.* Sec. Med. *ut et belli.* Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *demandaverat*; et quinque posteriores, *ut et a belli.* ABR. GRONOV.

2. AUDITA ALEXANDRI IUXURIA. Sec. Med. *cognita Al. l.* ABR. GRONOV.

VELUT CAPTUM, INTER. Distinctio prava. debet enim comma reiici post vocem *greges.* Non enim est sententia, fuisse desidem inter greges scortorum, sed captum. Habebant scorta cum captum, atque inde sequebatur desidia, de qua Iustinus. SCHEFF. — Editio

Iuntina: *velut captivum inter scortorum greges.* non male. GRAEV. — *Alienae felicitatis ornamenta*, ut. lib. XXV. 3. *Repente* fortunae *ornamentis destitutus . . Thessalonicam se recepit.* Scheffero autem non accedo, dum ita distinguit, *velut captum inter scortorum greges, desidem in r. t. Captum* fuisse intelligo his insperatis opibus alienaeque fortunae ornamentis, non vero gregibus scortorum. Dicuntur autem *insperatae opes* Alexandrum *velut captum tenuisse in regia.* ut lib. XXVIII. 3. *Cum seditione minaci Macedonum clausus* in regia teneretur. Conferatur etiam Liv. I. 32. Desidem *Romanum regem* inter *sacella et aras acturum esse regnum rati.* WOPKENS. — Bechar. Ven. et quinque aliae: *velut captivum.* ABR. GRONOV.

AUXILIANTIBUS CRETENSIBUS. Et Ptolemaeo Euergete, rege Aegypti. Georgius Syncellus Chronogr. pag. 292. *Τῷ αὐτῷ Δημητρίῳ Δημητρίου Σωτῆρι ἐπιλεγομένῳ καὶ Νικάνορι Πτολεμαῖος δίδωσιν ἀφελόμενος Ἀλεξάνδρῳ τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν, ὁμοῦ καὶ τῆς Συρίας ἀρχήν.* Lege, *Δημητρίῳ τῷ τοῦ Δημητρίου Σωτῆρος, ἐπιλεγομένῳ τῷ Νικάνορι, Πτολεμαῖος δίδωσιν.* ABR. GRONOV.

3. VETEREM PATRIS OFFENSAM NOVIS MERITIS CORRECTURI. Medicei, Bodl. quint. Leid. *vetera patris offensa.* ABR. GRONOV.

4. DESTRUCTUS, QUAM ELATUS. Pro *destructus* Dorv. 2. cum editione vetere *desertus*, 1. autem aliusque MS. *distractus.* Sed *destrui* recte dicitur, cuius magnitudo vel fortuna destruitur. Tacitus Annal. II. 63. *Exstat oratio, qua magnitudinem viri . . suaque in* destruendo *eo consilia extulit.* Hist. I. 6. *Odio flagitiorum oneratum contemtu inertiae* destruebant. Quinctilian. VIII. 3. *An . . incidisse in sordidum videtur nomen, non eo contemtum hominis, quem* destructum *volebat, auxisse?* Valerius Max. V. 3. Ext. 3. *Ut ad Xerxis, quem paulo ante* destruxerat, *non debitam sibi misericordiam perfugere necesse haberet.* WOPKENS. — Flor. Bechar. Ald. Iunt. *desertus.* ABR. GRONOV.

DEDITQUE POENAS ET DEMETRIO, QUEM OCCIDERAT, ET ANTIOCHO, CUIUS MENTITUS ORIGINEM FUERAT. Hunc locum imitari Saxonem lib. I. pag. 19. 51. monuit Cl. Stephanius. Adde lib. VII. pag. 124. 24. *deditque poenas et Haldeno, quem provocaverat, et regibus, quorum sanguine per vim potitus fuerat.* ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XXXVI.

CAP. I.

1. DEMETRIUS. Nicator dictus. vide Appian. Livii LII. Epitoma haec paulo aliter: *Demetrius*, inquit, *ob crudelitatem, quam per tormenta in suos exercebat, a Diodoto quodam, uno ex subit-*

clis, qui Alexandri filio, bimulo admodum, regnum asserebat, bello superatus, Seleuciam fugit. Bongars.

Quantum odium ex superbia pater habuerat. *Habere odium* quis ferat Latine doctus? Delendum *habuerat*, et subaudiendum *contraxerat*. Graev. — Delet Graevius *habuerat*, quia *habere odium* Latine doctus nemo ferat. Eleganter abesse posse, facile concedimus, ut *contraxerat* subaudiatur ex sequente *contraxit;* sed pleonasmi istud genus iam vidimus ad lib. XXII. 8. 12. Sic Ruffinus H. Eccles. X. 28. *Nec tantum meriti* habuit *non delinquendo, quantum noxae* contraxit *non indulgendo germano.* ubi *contraxit* itidem omitti potuit. Cave autem *habere odium* pro in odio esse, satis Latinum esse, cum viro laudato neges. Cicero de Orat. II. 70. *Ut cum Scaurus nullam* haberet invidiam *ex eo, quod .. bona sine testamento possederat* etc. Nepos Thrasyb. cap. IV. 1. *Corona .. quam quod* (ita enim illic legendum) *amor civium, non vis expresserat, nullam* habuit *invidiam* (Thrasybulus nempe), *magnaque gloria fuit.* in Timoleonte cap. III. *Cum .. tantum ..* haberet *amorem omnium Siculorum, ut, nullo recusante, regnum obtineret.* In Epam. cap. V. *Idem ille Meneclides quum huic obiiceret* etc. *At illa* (sic lego, non *at ille*) *desine, inquit, Meneclida de uxore mihi exprobrare* . . . Habebat *enim Meneclides* suspicionem *adulterii.* Ovidius Remed. I. 20.

Invidiam *caedis pacis amator* habes.

Val. Max. I. 1. 19. *Suamque* venerationem, *quam apud colentes maximam semper* habuerat, *Deus multiplicavit.* Wopkens.

3. Arsacidae. *Arsacides* pro *Arsace.* Arsaces dicebantur omnes Parthorum reges, infra XLI. 5. 6. Sed et supr. II. 6. 9. *Amphictyon*, in MSS. est *Amphictyonides*: *Prusiades* est *Prusias*, apud Varronem, cuius locum supra notavimus: et *Callias*, sub quo Athenas Xerxes incendit, Diodoro dicitur *Calliades:* et quod mirius est, auctor noster supr. II. 12. 11. pro *Thespias* posuit *Thespiadas.* ita enim veteres libri MSS. omnes. Bongars.

5. Pacis simulatione deceptus capitur. De liberatione Demetrii e captivitate ista Parthica agitur demum infra XXXIX. 1. Vorst.

Traductusque per ora civitatium. Livius lib. II. cap. 38. *vestros liberos traductos per ora hominum.* Abr. Gronov.

6. Missus deinde in Hyrcaniam. Pr. Med. Bodl. sec. quint. Leid. *missus deinde Hyrcaniam.* sec. Med. *missus dein Hyrcaniam.* Abr. Gronov.

Benigne .. habetur. Saxo lib. VIII. pag. 156. 21. *apud quem benignius habitus.* Abr. Gronov.

Iuxta cultum. Ita supra XI. 9. 15. et infra XXXVIII. 9. 3. Bernec.

7. Trypho. Dictus *Diodotus.* Strabo lib. XIV. et XVI. Appianus Syriac. pag. 132. et Livius Epit. LV. Bongars.

Antiocho Demetrii privigno. Alexandrum Alexandri nothi filium vocant Appianus, Livius Epit. LII. et LV. quos lege. Bongars.

TRYPHO, QUI SE TUTOREM ANTIOCHO, DEMETRII PRIVIGNO, SUBSTITUI A POPULO LABORAVERAT . . INVADIT. Reg. Coll. N. et C. C. *Antiocho, Alexandri filio, Demetrii privigno.* Ab Appiano de Bell. Syr. pag. 132. atque in epitome Livii lib. LII. et LV. ut Bongarsius observat, Demetrii privignus *Alexander* vocatur. Verum Iustino consentiunt auctor lib. I. Maccab. cap. XI. 39. *Τρύφων ἐπορεύθη πρὸς Εἰμαλκουαὶ τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀντίοχον, τὸ παιδάριον τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου.* et cap. XIII. 31. *ὁ δὲ Τρύφων ἐπορεύετο δόλῳ μετὰ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως τοῦ νεωτέρου, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ᾽ αὐτοῦ.* Iosephus lib. XIII. Antiq. Iud. cap. 5. *Διόδοτος, ὁ καὶ Τρύφων ἐπικληθεὶς, παραγίνεται πρὸς Μάλχον τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον.* Ibidem cap. 7. init. *Μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Δημητρίου, τὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον, ὃς καὶ Θεὸς ἐπεκλήθη, Τρύφων διέφθαρεν.* atque Georgius Syncellus Chronogr. pag. 291. *Οὗτος (Ἀντίοχος) τὸν Τρύφωνα τὸν ἀνελόντα Ἰωνάθην καὶ Ἀντίοχον, τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἑαυτὸν βασιλέα Συρίας ἀνειπόντα, ἐκ Σίδης ἐλθὼν πολιορκεῖ εἰς Δαρὰ καταφυγόντα, κἀκεῖθεν εἰς Ὀρθωσίαν, ἐξ ἧς διωχθεὶς, εἰς πῦρ ἐναλλόμενος θνήσκει.* ubi pro *εἰς Δαρὰ* lib. I. Maccab. cap. 15. 11. legitur *εἰς Δωρᾶ.* et apud Iosephum d. l. *ἐκ τῆς Δώρας φυγών.* ABR. GRONOV.

8. DIU POTIUS. Triennium habet Iosephus XIII. 12. fin. BERNEC.

9. CIVITATES QUAE INITIO FRATERNI IMPERII DEFECERANT. Non dubitavi recipere lectionem elegantissimam et certissimam editionis Iuntinae: *civitates quae vitio fraterni imperii defecerant.* Quia nimirum in luxuriam lapsus male regnum administravit. *vitio*, id est, culpa imperii. Plaut. Aulul. IV. 10. *Quia vini vitio et amoris feci.* Horat. I. Carm. 2.

Audiet pugnas vitio parentum
Rara iuventus.

GRAEV. — Editio Iuntina teste Graevio, *vitio fraterni imperii:* quod non contemnendum. Praecedit enim, *Frater propter segnitiam contemtus fuit.* VORST. — Putant *vitio fraterni imperii* legendum. Mihi secus videtur, vel propter hoc ipsum, quia de vitio fratris proxime praecessit. Otiosa enim esset ista repetitio. SCHEFF.

10. IUDAEOS QUOQUE QUI IN MACEDONICO IMPERIO SUB DEMETRIO PATRE. Legendum puto, *qui sub Macedonico bello sub Demetrio patre.* ut intelligatur bellum Macedonicum, quod Romani adversus Persea gesserunt. Biennio enim antequam Demetrius Soter, huius Antiochi pater, in regnum venit, Iudas Machabaeus Iudaeos in pristinam libertatem asseruit, ut tradit Eusebius. GLAREAN. — Ita legere malo ex antiquioribus typis expressis quam *Iudaeosque.* De Iudaeis nunc demum agere incipit; cum iam supra XXXIV. 3. ubi de Antiocho Epiphane agit, de illis agendum fuisset. VORST. — Tacitus Histor. V. Vide historiam Macchabaeorum. Statim malim legere, *a Macedonico.* BONGARS. — Adde infra XXXVI. 3. 9. BERNEC. — *In Macedonico imperio*, i. e. quum imperarent Macedones,

vel tempore M. imperii. Infra cap. 3. *diuque*, in potestate *Macedonici imperii*, *subiecti Syriae regno fuere.* Caes. Gall. II. 1. *Qui minus facile eam* in imperio *nostro consequi poterant.* i. e. dum nos ibi imperamus, ut exponit Oudendorpius, quem consulas. Non erat igitur (ut etiam ad Sallust. Iug. XIV. 11. vidit Cortius) cur Bongarsius legere mallet *a Macedonico imperio.* Praepositionem autem *in* ante *imperio* ignorant Dorv. 2. et 3. quod non ita hic placet. Wopkens. — *Qui in Macedonico imperio.* Sec. quint. Leid. Bodl. Periz. Ald. Iunt. *qui Macedonico imp.* Sec. Med. firmat coniecturam Bongarsii legentis, *qui a Macedonico imperio.* Abr. Gronov.

Domesticisque imperiis usi. *Uti domesticis imperiis* est duces domesticos habere. Ut Caesar B. Gall. VI. 12. *Quod hi, qui se ad eorum amicitiam adgregaverant, meliore conditione atque aequiore* imperio uterentur. Vide I. F. Reitzium in Ambiguis. Wopk.

CAP. II.

1. Origo Damascena. *Damascena* pro *Damascus.* Faber. — Pr. Leid. *Damascena*, *quae est Syr.* Bechar. *Damascena*, *quae S. nob. civitas est.* Rom. Flor. Ald. Iunt. *Fuit namque Iudaeis origo Damascena*, *quae Syriae nobilissima civitas est.* Abr. Gronov.

Unde et Assyriis regibus genus ex regina Semirami fuit. Quid? si ita legatur: *Unde et Syriis regibus genus*, *et reginae Semiramidi fuit.* Glarean. — MS. et Iuntae: *Unde et Assyriis regibus genus et reginae Semiramidi fuit.* Constat ex lib. I. cap. 2. *Syros* pro *Assyriis* accepisse veteres et cum iis confudisse non Semiramidem solam; quamvis et hanc Syram fuisse, et apud Syros postea divinis honoribus affectam quam plurimi tradant. Graev. — Forte vera lectio est, *ex regina Semiramide:* sed et illa vera esse potest quae in Iuntina est, *et reginae Semiramidi.* Faber. — Antiquiores typis expressi *Semiramide*, aut *Semiramidi*; et Iuntinus quidem teste Graevio casu tertio sic, *Et reginae Semiramidi.* Vorst. — Verum puto, quod in multis legitur, *et reginae Semiramidi.* Nam reges Assyrios genus suum habuisse ex Semiramide, non existimo. Saltem unius fuisse stirpis omnes, verisimile haud videtur. Scheff. — Pr. Med. Magl. Periz. *et reginae Semirami.* sec. Med. *et reginae Semiramidis*, vitio scripturae pro *Semiramidi*, quod dant ed. Rom. Ald. Iunt. Supra I. 1. 11. *uxore Semiramide.* Eaedem: *et reginae.* Bechar. *unde et Asyriis regibus genus ex regina Semyramide fuit.* Abr. Gronov.

2. Nomen urbi a Damasco rege inditum. Nemo potest ignorare, quantopere semper in usu fuerit apud librarios, nomina eorum, a quibus urbes et regiones denominatae, et conditae traderentur, corrumpere, et inflectere ad ipsiusmet loci appellationem. Idem quoque hic factum esse, non iniuria quis dubitare possit. Is enim, qui hic nomen urbi dedisse, quique Athares uxoris cultum instituisse di-

citur, ab aliis, non *Damascus*, sed *Damas* vocatur. Etymologicum Magnum: Δαμασκὸς πόλις Συρίας, περὶ τὸν Ἀντιλίβανον· εἴρηται ὅτι Δαμᾶς στρατεύων μετὰ Διονύσου, ἐκεῖσε σκηνὴν πηξάμενος, ἱδρύσατο τὸ ἐκεῖ Συρίας Θεοῦ ξόανον. Ἡ οὖν Δαμασκηνὴ, Δάμασκος. Scio quidem, alios mentionem facere Damasci cuiusdam, qui a Baccho excoriatus esse traditur, unde Δερμασκὸς, et postea κατὰ παραφθορὰν, *Damascus* dicta sit. Sed eum quidquam cum Athare, aut Atargati, commune habuisse, nemo dixit. De appellatione autem huius urbis tantum a sese abeunt veteres, quantum a veritate. Vide Damascium apud Photium, Philonem Iudaeum, Stephanum. Verum haec alibi. Voss.

Syrii. Pr. Med. sec. quint. Leid. Ald. Iunt. *Syri*. Abr. Gron.

Arathis. Hermolaus in Plin. V. 23. dubitat, an hoc loco, permutatis litteris legendum sit *Atharan*, quae est Syriorum Dea, etiam *Atargatis* dicta: Strabo fine libri XVI. cuius meminit et Macrobius I. Saturnal. Bongars. — Discutit haec exactissime, more suo, Salmasius ad Solinum pag. 574. Bernec. — Lege *Athares*, et alii viderunt ita scribendum esse. Faber. — Notator Anglicanus ex Strabone et Macrobio existimat scribendum *Athares*. Sed vitium hic est typographi: legendum enim *Astara* vel *Athara*. Nec res ipsa convenit. Mam *Athara* vel *Asthara* mater Semiramidis. Vide Rupertum ad Besoldi Synopsin cap. 8. Graev. — Pr. Med. sec. quint. Leid. *Arates*. pr. tert. ed. Paris. *Marathis*. Periz. *Arathes*. Coll. N. *Marachis*. Magl. Rom. Ven. *Ariathis*. Abr. Gronov.

Sepulcrum Athares uxoris eius pro templo coluere. Vix equidem possum amplecti hanc lectionem, praesertim cum MSS. praeferant, *uxoris eius extemplo*. Puto itaque scribendum: *Syri sepulchrum Athares uxoris*, *eius exemplo*, *coluere*. Ait, Syros, aestimatione Damasci, Athares coniugis sepulchrum (quam ipse, dum viveret, impensissime amarat, mortuam plus quam debita pietate prosecutus erat) coluisse, regis sui, quamdiu superstes esset uxori, exemplum secutos. Voss. — Non displicet, cum *colere quid pro templo* insolentius videatur dici; quia potius coluntur numina in templis. Scheff.

4. Decem filiorum proventus. Ad veritatem historiae sacrae rescribendum fuerit *duodecim*. Simile in Notis Lipsii ad Val. Max. I. 1. 1. Quanquam nihil mirum, auctorem hic impingere, cum multo graviorum errorum in hac tota sit historia manifestus. Et sane res Iudaicas valde Romanis incognitas fuisse, facile intelliget, qui cum Mosis libris, praeter hunc Autoris, etiam Taciti librum V. Hist. Strabonis XVI. et Dionis XXXVII. contulerit. Sed et Graecorum commentis multa a fide historiae abhorrentia, de Iudaeis prodita fuisse, Iosephus lib. I. adversus Apionem auctor est, et fidem facit Ecloga ex Diodori libro XL. Bernec.

5. Populum in decem regna divisum. Magl. *p. in duodecim r. d.* Abr. Gronov.

Omnesque ex nomine. Praepositio *ex* deest Coll. N. Abr. Gron.

EIUS PORTIO. Forte, *cuius portio*, aut, *nam eius port.* Videtur enim in his verbis consistere ratio, propter quam coli ipsum voluerit Israel. Aliter, quomodo haec explicari possint, non video. FREINSHEM. — Freinshemius mallet *cuius portio*, vel, *nam eius portio.* Mihi verosimilius videtur, sic scripsisse Iustinum: *colique eius memoriam ab omnibus iussit, ut eius portio omnibus accesserat.* Particulam *ut* litterae *it* postremae in voce *iussit* intercepere. SCHEFF. — Lege, *cuius portio* etc. FABER. — Lectio rectissima, et in textum utique transferenda, nisi malit sequi, quod nos attulimus in notis. GRAEV. — Pr. Leid. Ald. Iunt. *cuius portio.* ABR. GRONOV.

6. IOSEPH. De toto hoc loco videndus Orosius I. 8. BERNEC.

CLAM INTERCEPTUM. *Clam* nesciunt Orosius, Freculphus, et Otto Frisingensis lib. I. Chron. cap. 14. ABR. GRONOV.

7. CUM MAGICAS IBI ARTES. Cum Freculpho ex quodam MS. *magnificas artes* legebat Demsterus ad Rosini Antiq. II. 2. Sed alterum Ottoni Frisingensi aliisque merito fuit probatum. WOPKENS. — Demsterus ad Rosinum lib. II. cap. 2. Antiq. Rom. ex Freculpho tom. I. lib. II. cap. 1. legit, *cum magnificas.* quamvis, ut ait idem Vir Clarissimus, antiquam lectionem retineat Otto Frisingensis lib. I. cap. 14. Orosius quoque vulgatum sequitur, eique consentit uterque codex Leidensis Freculphi. ABR. GRONOV.

BREVI IPSI REGI PERCARUS FUIT. Orosius ex MSS. Leid. Freculphus atque Otto Frisingensis, *in brevi.* Vide supra ad XXIII. 1. 14. Periz. *precarus.* ABR. GRONOV.

9. UT ETIAM STERILITATEM PROVIDERIT. Saxo lib. XIV. pag. 270. 39. *Eskillus defectionem providens.* ABR. GRONOV. — Freculph. *agrorum sterilitatem futuram.* SCHOETTGEN.

PROVIDERIT. Freculph. *prospiciens:* minus recte. Reliqua, quae sequuntur usque ad verbum *iussisset*, desunt. SCHOETTGEN.

FRUGES. Magl. *frugem.* ABR. GRONOV.

SED A DEO RESPONSA DARI VIDERENTUR. Verbum *dari* desideratur apud Freculphum, Ottonem Frisingensem, atque in plerisque MSS. Orosii. ABR. GRONOV. — Sed vel sic tamen sensum remanere elegantem, ait Schoettgenius. FR.

11. MOSES. Meliores MSS. ed. Rom. Ald. Iunt. hic et paullo post, cum Orosio atque Ottone, *Moyses*, Graeco more. ABR. GRON.

PATERNAE SCIENTIAE. Scilicet artis Magicae. Quomodo Plinius XXX. 1. *Est et alia Magicae factio, a Mose, et Iamne, et Iotape Iudaeis pendens* etc. Mosen inter Magos numerat et Apuleius in Apol. Sed Strabo lib. XVI. pag. 524. Mosen non tam fuisse magnum dicit, quam oraculis deditum, quales Minos, Lycurgus, aliique legumlatores, item Amphiaraus, et Orpheus, et Musaeus fuisse leguntur. Iudicio eruditissimi iuxta et optimi Viri, D. Nic. Vedelii, cum anno superiore, in transitu perhumaniter ad me viseret, e Suida didici, Alexandrum Milesium, cognomine polyhistora, qui Syllae temporibus vixit, praeter alia scripsisse de Roma libros quinque, in

quibus ait: *Hebraeam fuisse mulierem, Moso nomine: a qua perscripta sit lex Hebraeorum.* depravato et sexu et nomine nostri legislatoris. Ita scilicet in tenebris illis aliquas tamen veri stricturas *οἱ ἔξω* viderunt. Bernec.

Commendabat. In Dorv. 3. pro *commendabat* est *decorabat*, quod de glossa omnino videtur manasse. Tacitus Ann. XV. 59. *Quam degenerem et sola corporis forma* commendatam, *amici matrimonio abstulerat.* Nepos Dione cap. 1. *Habuit . . ingenium docile, come, aptum ad artes optimas: magnam corporis dignitatem, quae non minimum* commendatur. ubi mallem, *qua n. m. commendabatur*, aut cum Fabro, *quae n. m. commendat.* Wopkens.

12. Vitiliginem. Ita ex MS. legendum, et Orosio I. 8. et 10. *Vitiligo* Arnobio est lepra, ut me docuit doctorum princeps Iac. Cuiacius: *Ille notas albicantium vitiliginum, manu admota detersit.* Et Seneca Natural. Quaest. III. 25. *vitiliginem* vocat *foedam ex albo varietatem.* Graecis λευκή. Exodi IV. 6. et Numer. XII. 20. *lepra* dicitur *candens ὡσεὶ χιών.* Haec debeo, saepius a me commemorato, nunquam tamen satis laudato doctori meo; cuius de humanitate et doctrina numquam quisquam ita magnifice dicet, quin id virtus eius exsuperet. Sed clarissimi viri gloriae, neque mea praedicatione accedere quidquam potest, neque tenebrionum quorundam obtrectatione decedere. Illuc revertor. *Vitiliginem* hanc Tacitus Histor. V. 3. *tabem* vocat, *quae corpora foedaret.* De Mose aliter Strabo lib. XVI. Bongars. — Etiam MSS. nostri habent, *uliginem paterentur.* Turnebus tamen, magnus ille Galliae sol, *scabiem et pruriginem* probavit. *Est enim*, ait ex Isidoro Etymol. IV. 8., *prurigo vocata a perurendo et ardendo*; legendumque censet etiam apud Iuvenalem:

Unius scabie cadis et prurigine porci.

nam *porrigo*, quam vocem etiam hoc loco quidam reponunt, capitis videtur morbus esse, furfuribus et farina quadam obsiti. Serenus cap. 3.

Cum caput immensa pexum porrigine ningit.

et Lucilius apud Nonium:

Tristem et corruptum scabie, et porriginis plenum.

Modius. — Plinius XXXI. 2. ex Varrone narrat, Titium quendam praetura functum, *marmorei signi faciem habuisse propter vitiliginem.* Apud Photium Biblioth. cap. 279. nugatur Helladius, Mosem *Alpha* vocari, quod corpus habuerit ἀλφοῖς, id est, vitiligine distinctum: et ad mendacium Philonem testem adhibet. Ceterum Adr. Turnebus Adversar. XIV. 17. adstruit vulgatarum editionum scripturam *pruriginem*, quem vide. Modius in Fuldensibus esse dicit *uliginem.* Sed haud dubie Bongarsii correctio *vitiliginem* est bona: certe Lipsio Not. 4. ad V. Hist. Taciti probata. Bernec. — Non reprehendo hanc incomparabilis ICti Iacobi Cuiacii emendationem, fide antiquorum librorum fultam. Non tamen frustra in antiquis editionibus legitur, *pruriginem.* in Iuntina vero et nonnullis aliis

optime, si quid video, *porriginem.* Sic *scabiem* et *porriginem* iungit Iuvenalis Sat. VI.

grex totus in agris
Unius scabie cadit, et porrigine porci.

et Lucilius: *Tristem et corruptum scabie et porrigine plenum.* Est autem *porrigo* secundum Celsum proprie: *ubi inter pilos quaedam quasi squamulae surgunt, eaeque a cute resolvuntur, et interdum madent, interdum siccae sunt.* Tribuitur tamen et iis porrigo, quorum totum corpus squamulis et scabie obsitum est, ut ex iis patet exemplis, quae attulimus. GRAEV. — Becharius et alii pro *vitiliginem* edidere *pruriginem.* Sed voluere, aut debuere, ut in editione Iuntina est, *porriginem.* VORST. — Iuntina et nonnullae aliae editiones, *porriginem.* Liquet alterutrum glossatoris esse. SCHEFF. — *Vitiliginem.* Ita Orosius, Freculphus et Otto. *Puliginem* Medicei, *vetuliginem* Periz. *uliginem* Reg. Bodl. sec. quart. Leid. Thuan. MSS. Bongarsii, Modii, et MS. Francisci Fabricii, ed. Rom. *pruriginem* Ienson. Bechar. *porriginem* Ald. Iunt. ABR. GRONOV.

14. MONTEM SYNAN. Iuntae: *montem Synae.* ut *mons Soractis*, *Vergelli torrens*, *flumen Arethusae*, et sexcenta huius notae apud optimos Latinae linguae auctores. GRAEV. — Becharius rursus et alii edidere *montem Synaeum.* Voluere, credo, aut debuere, ut in editione Iuntina est, *montem Synae.* quod est eius formae, cuius sunt *urbs Antiochiae*, *mons Soractis.* Nimirum nomini communi iungitur proprium casu secundo: ut rectio quam vocant sit pro appositione. VORST. — Placet, *montem Synae.* Sed puto, alia quoque hic esse vitiosa. Quomodo enim occupat primum montem Synae, dein iter facit per deserta Arabiae, et tandem venit Damascum? Haec omnia mediocriter locorum perito sunt absurda. Vitium latere in *occupat quo* videtur, sed quid pro eo substitui debeat, non invenio. SCHEFF. — *Montem Synae.* Periz. *m. Synam.* pr. Med. quint. Leid. *m. Sinam.* Magl. *m. Synai.* Bechar. *m. Synaeum.* ABR. GRONOV.

SABBATUM etc. IEIUNIO SACRAVIT. Eundem errat errorem Augustus apud Sueton. cap. 76. *Ne Iudaeus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbatis ieiunium servat.* Nimirum Romani cum scirent a Iudaeis crebra ieiunia usurpari, et Sabbatum ab iisdem praecipua castimonia celebrari; Sabbatis eos ieiunare temere sibi persuaserunt: quod falsum, nisi Sabbatum, non pro septimo die hebdomadis, sed pro tota hebdomade accipiamus, quo sensu Pharisaeus, Lucae XVIII. 12. *ieiuno bis in Sabbato.* Haec fere Casaub. ad Sueton. BERNEC. — Franeq. aliusque MS. *sabbata*, ut in plurali numero occurrit haec vox in S. literis. Horatius I. Sat. 9.

Memini bene, sed meliori
Tempore dicam: hodie tricesima sabbata.

WOPKENS. — Decem MSS. *Sabbata.* Salvianus lib. VI. de Gubern. cap. 10. *Homo Israeliticae plebis cum ligna Sabbatis collegisset, occisus est.* D. Matthaeus XII. 1. *ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ*

Ἰησοῦς τοῖς σάββασι. et D. Lucas Act. Apost. XVI. 13. Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως. Iosephus lib. I. Ant. Iud. cap. 11. ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων κατὰ ταύτην ἄγομεν τὴν ἡμέραν, προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα. et XII. 1. εἰσελθὼν γὰρ σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν ὡς θύσων. et XIV. 17. δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μηδένα κωλύεσθαι παρατηρεῖν τὴν τῶν σαββάτων ἡμέραν. Abr. Gronov.

Quoniam illa dies famem illis erroremque finierat. Saxo lib. XVI. pag. 378. *Illa igitur dies tot errores, tot maritima discrimina finivit.* Bechar. Med. Ald. Iunt. *ille dies.* Abr. Gronov.

15. Eadem causa. *Causam* vocat auctor, quam ante dixit *scabiem et vitiliginem*. *Causa* saepius pro morbo usurpatur. Celsus: *Partes quae in causa sunt.* Unde et *causarius* pro aegroto. Plin. XXIII. 3. *Causarii dentes.* et XXV. 6. *Causarii vel latere vel faucibus.* Seneca *causarium corpus* vocat infirmum. *Causaria missio* apud Romanos erat, cum quis ob adversam valetudinem a militia dimitteretur. Aretaeo quoque dicitur ἐν αἰτίᾳ εἶναι pro morbo laborare. Gronov.

Cum peregrinis communicarent. MSS. Fuldenses optimi, *cum peregrinis conviverent:* quod amplectendum puto; maxime cum ita etiam in suis MSS. repererit Bongarsius; ut sit hic *convivere*, coniunctione vitae mutua uti, frui. Unde *convivium:* de quo ita Cicero de Senectute, sive in Catone suo cap. 13. *Bene maiores nostri accubationem epularem amicorum, quae vitae coniunctionem haberet, convivium nominarunt.* Plautus: *Misisti ad navim Sosiam, ut hodie tecum conviveret.* quod supra quoque allegare memini, quo loco vide plura de hoc verbo. Modius. — Constructio verbi sic se habet ut apud optimos; cum ablativo puta intercedente praepositione *cum*. Sed significatio, quae hic non activa, sed neutralis est, apud eosdem illos nondum, credo, est observata. Apud Sulpicium Severum aliosque scriptores ecclesiasticos satis frequens est. An ipse Iustinus ita scripserit, ambiguum facit illud quod codices MSS. Fuldenses teste Modio, et Bongarsiani quidam, pro *communicarent* habent *conviverent:* id quod Modius pro altero et rescribendum putat. Vorst. — Pro *communicarent* malim cum Modio ex quibusdam MSS. *conviverent;* quo etiam proxime accedit, quod in Franeq. aliisque *convivarent*, in tribus autem Dorv. *convenirent* legitur. Vulg. Int. II. Cor. VII. 3. *Quod in cordibus nostris estis ad commoriendum et ad* convivendum. Wopkens. — Medicei, Magl. Thuan. Bodl. *conviverent.* Abr. Gronov.

Quod ex causa factum. Iustinum arbitror ita scripsisse: *quod ea causa f.* Faber. — Imo *causa* hic est morbus. *quod ex causa factum* est propter illum morbum, vitiliginem scilicet, propter quam expulsi ex Aegypto fingebantur a Iudaeis, factum est, ut ab aliarum gentium commercio abhorrerent. Graev. — *Quod ex causa factum*, Graevio est, quod propter illum morbum factum, ut *causam* pro morbo aliquando sumi post alios etiam nos monuimus ad lib.

XXIII. 2. 6. Sed nexus horum cum praecedentibus suadet potius, ut cum Dorv. 3. scribamus, *quod ex ista causa factum*, ut nempe invidiam peregrinorum declinarent Iudaei: quomodo et Iustini mentem capiebat Faber, dum rescribit, *quod ea causa factum:* neque hoc mihi displicet. *Causam* autem pro morbo dixisse Iustinum in his, *ne eadem causa invisi apud incolas forent*, ut putabant Gronovius, hoc mihi quidem non liquet. Wopkens.

Convertit. Absolute, pro *conversum est.* Ita Sallust. Catil. cap. 6. *Regium imperium in superbiam dominationemque convertit.* Sic Cicero in Bruto 38. 2. Hoc modo Livius II. 8. 1. *Leges in contrarium vertunt.* Tacitus XII. 29. *diuturnitate in superbiam mutans.* hoc est, mutatus. Florus II. 15. 6. *quum bellum sederet.* ubi meliores editiones *sedaret*, hoc est, sedaretur: quod rectum est. Sic enim et Propertius III. Eleg. 18.

Flamma per incensas citius sedaret aristas.

ut in Animadvers. ad illum poëtam e Cod. Pal. eruit V. C. Ianus Gebhardus: Agell. XVIII. 12. ex Vell. *tempestas sedavit.* Nec aliter Marcellin. lib. XXIX. fin. *tempestas mollivit.* Adde supra Notam ad III. 3. 5. Bernec.

16. Aruas sacerdos. In MS. quodam Bongarsii legebatur *Arruans.* Mihi non est dubium, quin litera *s* huic voci adglutinata sit ex sequentis vocabuli initiali, legique debeat *Arnan.* Sic enim Aronis nomen corrupisse barbari videntur. Scheff.

Semperque exinde hic mos. Aliter veriusque Iosephus Antiq. Iudaic. XIII. 19. *Ut quidam principes simul et Pontifices essent, tempore Maccabaeorum primo fieri coepit, praesertim principatu Aristobuli, qui primus principatum summo Pontificatui coniunxit, et diadema sibi imposuit, annis post captivitatem Babylonicam* 481. Bernec.

Ut eosdem, reges et sacerdotes etc. Non tantum apud Iudaeos mos hic fuit, sed etiam, si quid Servio credimus, apud alias gentes. Qua de re sic ille ad istum Virgilii versum Aen. III. 80.

Rex Anius, rex idem hominum, Phoebique sacerdos.

Maiorum enim haec erat consuetudo, inquit, *ut rex esset etiam sacerdos*, vel pontifex. *Unde hodieque* (sic enim locum hunc corrigo ex membranis vulgo corruptum, et inepte interpolatum) *Imperatores Pontifices dicimus.* Modius. — Adde Livium I. 20. 1. Diodorum III. 5. Nostrum XI. 7. 14. Casaub. ad Suet. Aug. 31. 1. Bernec. — Rom. Bechar. Med. Ald. Iunt. *ut eosdem et reges et sac.* Abr. Gronov.

Iustitia religione permixta. Strabo δικαιοπραγοῦντες καὶ θεοσεβεῖς ὄντες. Bongars.

Coaluere. Forte scribendum, *convaluere*, hoc est, potentiam acquisivere; quo significatu verbum hoc auctori usitatum esse, supra Not. ad XVIII. 4. 1. ostensum est. Bernec. — Certissima est coniectura Berneceeri legentis *convaluere. Coalescere* hic locus nullus

est. Graev. — Recte, suffragante etiam Graevio, coniecit Berneccerus, *convaluere* pro *coaluere* legendum. Atque ita plane Dorv. 2. ac 3. Wopkens.

CAP. III.

1. Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere. De balsamo, opobalsamo ac xylobalsamo multa praeclare Plinius lib. XII. cap. 25. Lector cogitet, utri auctori plus tribuendum. Nam in multis nimis dissident hic Trogus ac Plinius. Trogo posterior Plinius, Plinio Iustinus. *Spatium loci*, inquit Iustinus, *ducenta millia iugera;* Plinius, *duobus hortis*, *altero iugerum non amplius* XX. *altero pauciorum*. Haec Plinius. In Iustino errorem putant, cum etiam Latinitas male habeat, *ducenta millia iugera*, pro *ducenta millia iugerum*. Iterum Iustinus: *Et arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent*. Plinius: *Quippe viti similior est quam myrto*. Unde pro *piceis* fortassis *myrteis* legendum quis censuerit, quod alii *pineis* emendarunt. Strabo lib. XVI. Cythiso et Therminthо persimilem dicit. Glarean. — Balsamum in Iudaea provenisse unquam sunt qui negent, eamque mercem aliunde importatam credant. Sed ut in Aegypto et Arabia provenisse olim scimus, ita et in Iudaea, at vetustioribus paulo temporibus: id quod ex Genesi probare possis in historia Iacobi, ubi de muneribus ad Iosephum mittendis agitur. Unde apparet tunc in Iudaea crevisse balsamum, in Aegypto non crevisse. At quum balsamum Galaaditicum memoratur in Scripturis Sacris, hoc meminisse potes, prophetam illum, qui mihi in animo est, multis post Iacobum seculis scripsisse; tunc autem, ut valde verisimile est, in Iudaea propria defecerat balsamum. De hoc argumento libellum egregium Prosperi Alpini legimus. Faber.

In his tantum regionibus. Ita sane tunc fuerit. Postea non dubium, stirpem eam in Aegyptum transisse, atque illic crevisse. Claudianus in Epithalamio Palladii:

Gemmatis alii per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro quae saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.

Perseverare etiam illic nostro aevo, qui perigrinati sunt, affirmant. Lipsius Not. 15. ad Tacit. V. Hist. Bernec.

2. Ducenta iugera, nomine arcus dicitur. Vulgo *ducenta millia iugera:* immanis et supra fidem numerus. Veteres plerique *ducenta iugera nomine arcus dicitur*. Quid? si legamus: *viginti iugerum Hierichus dicitur*. et id Plinius XII. 25. et Solinus cap. 36. confirmat: et Strabo XVI. pag. 525. 10. Ἱερικός ἐστι πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινὶ καὶ πού καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτῷ κεκλιμένῃ. Is tamen spatium loci facit centum stadiorum. Bongars. — Ex hoc Strabonis loco considerandum monuit Freinshemius, an forte Noster ad formam loci potius quam nomen respiciat. Theatrum enim

cum *arcu* similitudinem quandam habet. Sed potius est ut Salmasium audiamus, in Exercitationibus ad Solinum pag. 583. cap. 1. locum hunc ita restituentem: *Spatium loci ducentum iugerum Iericus dicitur.* Nam quod Bongarsio ex Plin. XII. 25. pr. visum est *viginti iugerum*, id ad unum tantum balsametum, partem vallis non magnam, a Plinio refertur. At auctori nostro de totius vallis Iericuntis longitudine sermo est, quam non plus spatii habuisse quam viginti iugerum, non est credibile. BERNEC. — Iuntae: *Spatium loci ducenta millia iugera, nomine Hiericho dicitur.* Praeclare Salmasius ad Solinum: *Spatium loci ducentum iugerum Ierichus dicitur.* GRAEV. — Ex Strabone Bongarsius pro *arcus* legit *Hierichus:* locus est celeberrimus in Libb. Sacris, ut et urbs ibi olim. Sed profecto nihil mutandum puto, quamvis etiam in quibusdam Impr. ante Bongarsium legatur *Hiericho;* formam enim loci, non proprium nomen, respexisse Iustinum credibile est. In eadem sententia Freinshemium fuisse comperio. Ceterum videtur ignorasse Iustinus, aut Trogus, opobalsamum non esse arborem ipsam, sed succum expressum et deciduum ex balsamo. FABER. — Sed cum in Anglicano quoque MS. habeatur *Hiericho*, non video cur Salmasiana correctio sit respuenda, praesertim cum nullus a quoquam commemoretur locus, qui *arcus* fuerit appellatus. Non enim de forma loci hic agit, sed de nomine. *Nomine*, inquit, *arcus dicitur.* GRAEV.

SPATIUM LOCI DUCENTA IUGERA, NOMINE HIERICHUS DICITUR. Quoniam in antiquioribus typis expressis, etiam Iuntino, teste Graevio, est *Hiericho*, et in plerisque MSS. quos Bongarsius vidit, *arcus:* quidni Salmasium sequamur et legendum statuamus *Hierichus* aut *Iericus*, ut Plinius et alii appellant? VORST.

3. IN EA SILVA EST. Scribe, *in eo*, nempe spatio. GRONOV. — Maior sic: *In ea valle silva est.* Et sane *valle* videtur vix abesse posse; quod in proximis superioribus eadem non apparet. VORST. — Iuntina quoque: *In ea valle silva est.* GRAEV.

OPOBALSAMO. *Balsamum* proprie de arbore, *opobalsamum* vero (quasi ὀπὸς τοῦ βαλσάμου sicut ὀποπάναξ est ὀπὸς τοῦ πάνακος) de succo: *xylobalsamon* denique de ligno dicitur. Iustinus tamen inversa vice, contra usum auctorum, *opobalsamum* pro arbore posuit, *balsamum* pro lacrima seu succo arboris. Salmas. ad Solin. 582. E. 1. BERNEC. — MSS. *opobalsameta.* Iuntae, *opobalsameto.* Nimirum arboribus opobalsami et palmis ea planities est consita. GRAEV. — Iuntae: *opobalsameto.* Probo cum Cl. Graevio, et *opobalsamo* per compendium cum linea in capite pro eo scriptum puto. SCHEFF.

4. PICEIS ARBORIBUS. Veteres plerique *specie*, transpositis literis. Strabo cytiso et terebintho similes facit. Vide Plinium et Solinum. BONGARS. — Ex isto veteri *specie* Salmasius ad Solin. 579. E. 2. eruit hanc indubitato meliorem scripturam *piceae arboribus.* Sic enim auctor ipse modo dixerat *opobalsami arbor:* et Cicero pro Flacco cap. 8. *fici arbor:* et Livius XXIV. 3. 4. *abietis*

arbores. BERNEC. — Tert. Leid. a pr. m. *similem specie arb.* Rom. *similem formam puniceis arboribus.* Isidorus lib. XVII. O cap. 7. *Balsami arbor in Iudaea intra terminos tantum vig iugerum erat: postquam eamdem regionem Romani potiti etiam latissimis collibus propagata est, stirpe similis viti, fo similis rutae, sed albidioribus, semperque manentibus.* ABR. GR

HAEC CERTO ANNI TEMPORE BALSAMUM SUDANT. Ita Virgil Ecl. IV. vs. 30.

Et durae quercus sudabunt roscida mella.

quem versum etiam laudat Titius ad illa Nemesiani lib. I. vs. 75.

Namque prius siccis phocae pascentur in arvis,
Hirsutusque freto vivet leo, dulcia mella
Sudabunt taxi.

Hinc emendandus Columella lib. X. vs. 18. apud quem vulgo legit

Sed negat helleboros, et noxia galbana succo,
Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat.

Lege, *quae strenua toxica sudant. Taxum* sive σμῖλον tam ho nibus quam animalibus noxiam esse, praeter alios scriptores, te tur Nicander Alexiph. vs. 610.

Μὴ μὲν δὴ σμῖλον σὺ κακὴν ἐλατηΐδα μάρψαις
Οἰταίην, θανάτοιο πολυκλαύτοιο δότειραν.

Adde Scholiasten. Vox *galbana* quoque corrupta est. *Galba* enim sive χαλβάνη plantae succus, non planta est; variisque mor medetur, et veneno adversatur, teste Dioscoride lib. III. cap. 9 *καταπίνεται πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγμα σπάσματα· ἀντιπάσχει δὲ καὶ τοξικῷ σὺν ὄξει καὶ σμύρνῃ ποθεῖσ ἐπιληπτικούς τε καὶ ὑστερικὰς πνίγας καὶ σκοτωματικοὺς ὀσφραι μένη διεγείρει.* Pro *galbana* in codice Abbatiae S. Germani script est *carbasa*, ad quam vocem proxime accedit *carpasa. Carp succum* memorare videtur Plinius lib. XXXII. cap. 5. *Contra do cnium echini maxime prosunt, et iis, qui succum Carpathii bib runt.* Optimus codex Leidensis, *et his, qui succum Carphati bi* Henricus Stephanus in Indice Thesauri v. *Κάρπασος* malebat *Ca pasi*, ex Dioscoride lib. VI. cap. 13. *Καὶ ὁ τῆς καρπάσου ὀπ ποθεὶς κάρον ἐπιφέρει καὶ πνιγμὸν ὀξύν.* Pro *galbana* olim lege dum conieceram, *gramina.* Periz. *balsamum fundunt.* ABR. GRONOV

5. OPACITATIS. In MSS. manifesto errore legitur *apricitati* BONGARS. — Non dubitavi reddere Iustino vocem suam, in MSS omnibus extantem, attestante Bongarsio: qui tamen erroneum hoc et edendum censuit *opacitatis*, et mox hoc versu, *perpetua opaci tas*, quod crederet, opinor, ardentissimum solem, nisi opacitate non potuisse ab Hierichuntis valle defendi. Atqui, quod Salmasius ad Solinum pag. 990. docet, non omnis locus soli expositus, sed is demum, ex Latine loquentium usu dicitur *apricus*, qui soli tepido, leni, temperato, non torrentissimo, patet. Hinc *aprici colles* Virgilio Eclog. IX. 49. qui obversi sunt orienti soli, qui quoniam non est intemperate calidus, coquendis uvis maxime est accommodatus.

Huius vocis vim clarius aperit Solinus cap. 51. *Attacis temperiei praerogativa miram aëris clementiam subministrat. Arcent afflatum noxium colles, qui salubri apricitate undique secus obiecti prohibent auras pestilentes.* Plin. VI. 17. *Gens apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus.* BERNEC.

6. IN EA REGIONE LACUS. MSS. quidam, *latus lacus:* alii, *Non longe est lacus Asphaltites.* Postremam hanc lectionem non reiicio: loquitur enim hoc loco de Asphaltite lacu, quem cum Sirbone eundem facere videtur Strabo lib. XVI. pag. 525. 27. cum eos distinguat Plinius V. cap. 13. 15. 16. BONGARS. — Adde Tacitum Hist. V. 6. Diodor. XIX. 98. Ioseph. de B. Iud. V. 5. BERNEC. — MSS. et Iuntae: *In ea regione lacus est Asphaltites.* quos sequor. In nonnullis MSS. est: *Non longe est lacus Asphaltites.* GRAEV. — Codices quidam MSS. quos Bongarsius vidit, et typis expressus Iuntarum, ipsum lacus nomen additum habent, *Asphaltites* puta. VORST. — Addunt MSS. et Iuntinus liber, *Asphaltites*, quod Graevio probatur. SCHEFF.

7. STAGNATUR. Hoc est, munitur, firmatur, induraturque, a στεγανῶσαι vel στεγνῶσαι, ut placet Salmasio ad Solinum pag. 577. BERNEC. — Graecum est, στεγανόω. FABER.

NISI QUAE ALUMINE ILLINATUR. MSS. *nisi quae alumine illustratur.* Iuntae cum nonnullis vett. edd. *nisi quae alumine illutatur.* Quod non damnem, temere. Eodem sensu *lutare* pro *illinere* Pers. Sat. III. 104. *Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.* Et *delutare* Catoni de Re Rustica cap. 128. *Si habitationem delutare vis, terram quam maxime lutosam vel rubricosam sumito, eo amurcam infundito, paleas indito, finitoque quatriduum fracescat, ubi bene fracuerit, rutro concidito, ubi concideris, delutato.* GRAEV. — Codices quidam MSS. teste Bongarsio, *nisi quae alum. illustratur.* Et vetus typis expressus Becharii, *illustretur.* Utrumque perperam scriptum videtur pro *illutatur*, quod teste Graevio manifeste in editione Iuntina est, et a Maiore item atque Sichardo adscriptum in margine. VORST. — Iuntae et impressi quidam veteres habent, *illutatur*, quod a Cl. Graevio probatur, quoniam *lutare* pro *illinere* apud Persium et Catonem quoque reperitur. At in MSS. legitur *inlustratur*, de quo ipso quoque forsitan non male sentiendum. *Lustro* enim est a *luo*, quod prima significatione sua idem esse ac *lavo*, constat vel ex compositis ipsius *abluo*, *eluo*, et similibus. Hinc *inlustro*, imbuo, et frequenter lavo, quae significatio non est aliena ab hoc loco. SCHEFF. — Minus bene Iunt. editio *alumine illutatur*, quamvis hoc nonnullis aliquomodo probetur. Gellius XV. 1. *Verba Quadrigarii .. sunt .. turrim .. satis diu conati, nunquam quiverunt incendere. Ita Archelaus omnem* materiam obleverat alumine. Quem locum contulit Heinsius Adversar. I. 1. Livius II. 5. *Ita in vadis haesitantes frumenti acervos sedisse* illitos *limo.* WOPKENS. — Flor. Ald. Iunt. *illutatur.* Periz. *bitumine illustratur.* Bechar. Mediol. *a lumine illustretur.* ABR. GRONOV.

8. PRIMUM XERXES. Atqui Xerxes nunquam bellum movit Iu-

daeis, utpote qui a Cyro, primo Persarum rege, Persico imperio semper fuerant subiecti: et plus 150 annis ante Xerxem, Chaldaeorum rex Nabuchodonosor ter domuerat Iudaeos, et in servitutem redegerat. BERNEC. — Lege cum Iuntis: *Primus rex Persarum Iudaeos domuit*. GRAEV. — Graevius legendum suadet ex Iuntina, *Primus rex Persarum*, omissa voce *Xerxes*. SCHEFF.

PRIMUS XERXES REX PERSARUM IUDAEOS DOMUIT. Hoc falsum ex ipsamet historia Iudaeorum. ita tamen in edit. Iuntarum est, ut scribit Graevius. al. *Primum* . . . quod non minus a vero remotum est, quam illud alterum. FABER.

DIUQUE IN POTESTATE MACEDONICI IMPERII SUBIECTI SYRIAE REGNO FUERE. Africanus apud Georgium Syncellum Chronogr. pag. 276. *Ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου χρόνων ὑποδύντες Ἰουδαῖοι τῇ Μακεδόνων ἀρχῇ, ποτὲ μὲν Πτολεμαίοις, ποτὲ δὲ Ἀντιόχοις ἐτέλουν ὑπόφοροι*. ABR. GRONOV.

9. AMICITIA ROMANORUM PETITA. Iosephus Antiq. Iud. XII. 17. refert, Iudam Pontificem, postquam accepisset partas a Romanis de regibus victorias, legatos Romam, ad amicitiam societatemque iungendam misisse. Senatumque dedisse quod petebant. Postea etiam ad renovandam cum Rom. amicitiam a populo Iudaico, et rursum ab Hircano Pontifice, post Antiochi regis obitum, legatos Romam missos scribit, ipsaque Senatusconsulta de postulatis eorum facta recitat idem auctor lib. XIII. 17. et XIV. 16. BERNEC.

LIBERTATEM RECEPERUNT. MSS. ed. Rom. *acceperunt*. ABR. GRONOV.

CAP. IV.

1. REGNI MUTATIO INTER NOVOS REGES ALTERNABATUR. Ita Marcianus Capella lib. VI. pag. 224. init. *umbrae senis alternatae mensibus*. Sec. Med. *alternatae*. Orosius lib. III. cap. 20. *Qui haec pro adserenda omnium temporum alternanti calamitate percenseo*. Ita tres MSS. Florentini. Vulg. *alternata*. *Alternare se* quoque dixit Marcianus lib. VII. pag. 239. *in tria se spatia temporis cursus alternat*. ABR. GRONOV.

IN ASIA REX ATTALUS FLORENTISSIMUM ET AB EUMENE PATRUO. Aut *ab Eumene patre*, aut *ab Attalo patruo* legendum: idque ex Strabone, apud quem lib. XIII. Attalorum progenies ita habet: Philetaerus spado Lysimachi quaestor duos habuit fratres, Eumenem natu maiorem, et Attalum natu minorem. Ex Eumene natus Eumenes, ex Attalo Attalus; qui Attalus filius quatuor habuit filios Eumenem, Attalum, Philaeterum atque Athenaeum: ex primo filio Eumene fuit hic ultimus Attalus, de quo hoc loco Iustinus. Sed ea omnia in typum sub uno aspectu sic ponere placuit:

Tres fratres (Strab. lib. XIII.)

hiletaerus spado.	Eumenes, qui genuit Eumenem.	Attalus, qui genuit Attalum.

II. Eumenes. Hic Pergami successionem habuit; Antiochum Soterem apud Sardes vicit, obiit cum regnasset annis XXII.

II. Attalus rex. Hic Galatas vicit, ac secundo bello Punico pro Romanis contra Philippum Macedonum regem bellavit. Regnavit annis XLIII. Hic quatuor habuit filios, quorum primus Eumenes ei successit.

III. Eumenes. Hic contra Magnum Antiochum et Persea reges pro Romanis pugnavit: regnavit annis XLIX: relicto regno Attalo filio.

III. Attalus. Hic tutor parvi relicti Attali XXXI. annis administravit regnum, multaque alia gessit contra Demetrium Sotera, Pseudophilippum ac Prusiam.

Philetaerus, Athenaeus. Hi duo privati vixerunt, sicut et frater eorum Attalus, vivente Eumene.

IV. Attalus ultimus. Hic Philometor dictus, cum quinque annis regnasset, mortuus est, et populum Romanum reliquit haeredem. GLAREAN.

AB EUMENE PATRUO. Ex Strabone lib. XIII. constat Eumenem ius Attali *patrem* fuisse, et ita quidam hic ediderunt contra libros. ctus est hic Attalus, *Philometor:* et morbo interiit, populo Rom. ede instituto. Strabo, epitome Livii LVIII. Florus extremo lib. Orosius V. 8. alii. BONGARS. — Puto fuisse tantum *a patruo.* men *Eumenis* insertum postea fuisse. FREINSHEM. — Sed verius, a sententia, Perizonius Animad. Hist. cap. II. pag. 27. nil mondum statuit, quod eiusmodi hallucinationes Iustini plures exstent. OPKENS. — Vincentius lib. VI. cap. 8. *ab Eumene patruo susptum r.* Bongarsius ex Strabone lib. VIII. cap. 624. pro *patruo* alebat *patre*, quomodo quosdam invitis libris edidisse ait. Ita e Ald. Iunt. Vide Cl. Perizonium cap. 2. pag. 76. Animadvers. stor. ABR. GRONOV.

MATREM ANUM. In quibusdam MSS. quos habuit Bongarsius, gebatur, *matrem manu*, quod videtur rectius, ut sit oppositum seentis *maleficiis*. SCHEFF. — Haud male Scheffero arridebat, quod nonnullis MSS. legitur *nunc matrem manu*, *nunc* etc. ut *manu* pponatur *maleficiis*, i. e. incantamentis, veneficiis. Tacitus Ann. 69. *Erutae humanorum corporum reliquiae, carmina et devotioes .. aliaque maleficia, quis creditur animas numinibus infernis acrari.* Lactant. II. 16. *Sed eos magi et ii, quos vere* maleficos

vulgus appellat, quum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus cient. Wopkens. — Postremam vocem nesciunt Magl. quart. Leid. et Vincentius. Tert. Leid. Coll. N. *n. matrem suam.* Abr. Gronov.

2. In modum reorum. De hoc more reorum, utendi veste squalida, barbam capillumque producendi, ut scilicet eo habitu suffragatores conciliarent, inimicos permulcerent, et iudices temperarent, his quae Cuiacius Observation. VI. 5. et Rad. Fornerius Rer. Quotidian. IV. 5. habent, addendi Sisenna apud Nonium in *Vicatim:* Cicero in Verrem II. 8. Livius VI. 16. 4. VI. 20. 1. XLIV. 19. 5. Seneca Consol. ad Polyb. cap. 36. Val. Max. VI. 4. 4. Sueton. Ner. 47. 6. Plinius VII. Epist. 27. fin. Plutarchus Quaest. Rom. cap. 14. Agellius III. 4. Orosius V. 17. fin. Hinc Tertulliano de Anima cap. 39. *caput reatui vovere* est comam reorum more promittere. Sic apud Senecam de Benef. II. cap. ult. et IV. 12. *detrahere sordes* est, reum liberare. Videndum et adagium, *Quasi dies dicta sit.* Bernec.

Non domi laetiora convivia. Pro *laetiora* in MSS. est *laetitia.* Unde suspicor, non satis commode hunc locum se habere in vulgatis; certe mirum, quod sola convivia hic inter omnia, quae tractantur domi, memorentur. Mallem itaque sic locum istum totum legere, ac distinguere: *non in publicum prodire, non populo se ostendere. Non domi laetitia, convivia inire, aut aliquod signum sani hominis habere.* Hoc vult: non tantum publice tristem sese exhibuisse, sed ne domi quidem eius ullam fuisse laetitiam, abstinuisse quoque ab omnibus conviviis, et convictu cum aliis. Scheff. — Mirandum, quod MSS. quidam (renitentibus tamen omnibus ac plerisque reliquis) habeant *laetitiae* pro *laetiora*, hinc Scheffero legendum visum . . *ostendere. Non domi laetitia, convivia inire, aut* etc. Quam ineptum enim nomen substantivum *laetitia* inter illos infinitivos! et sic sane melius *non* ante *convivia inire* repeteretur, hoc modo: *Non domi laetitia, non convivia inire, aut* etc. Longe praestat vulgata scriptura. Wopkens. — Magl. et Vincentius: *laeta conv.* Vox *domi* abest pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. Abr. Gron.

3. Gramina seminabat. MSS. duo *gramina serebat;* quod aeque convenit. Modius. — MSS. Fuldenses, quibus accedunt decem alii, ed. Rom. Vincentius, *serebat.* Abr. Gronov.

4. Cerisque fingendis et aere fundendo procudendoque oblectabatur. Medicei, tres Leid. ed. Bechar. Ven. Flor. Ald. Iunt. *caeterisque.* Bong. *caerisque.* Vide Nob. Heinsium ad Ovidium lib. I. Fast. vs. 158. *Oblectatur* etiam dant octo MSS. ed. Rom. Bechar. Ald. Iuntina. Vincentius: *se tradidit, ac si simulachris ex aere fundendo procudendoque oblectaretur.* Abr. Gronov.

5. Matri deinde sepulchrum. Hinc et similia propter facta videtur acquisisse *Philometoris* nomen, quod ipsi tribuit praeter alios Appianus Mithrid. pag. 212. b. et Strabo lib. XIII. pag. 429. 50. Bernec.

Facere instituit. Pr. tert. quart. Leid. Coll. N. *parare instituit.* Huius Attali mater erat Stratonice Ariarathis Cappadocum regis filia, ut refert Strabo lib. XIII. pag. 624. Abr. Gronov.

Morbum ex solis fervore contraxit. Pr. Med. Magl. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *ex solis ardore.* Abr. Gronov.

Heres populus Rom. Vide Livii epitomen LVIII. Velleium II. 4. 1. Augustin. Civ. XIII. 11. Florum II. 20. Orosium V. 8. alios. Idem factum a Nicomede, Bithyniae rege, tradit epitome Livii XCIII. et ab Appione, rege Cyrenae, Appian. Mithrid. in fine, ipseque Noster XXXIX. 5. 2. Liv. Epit. LXX. 2. itemque ab Archelao Cappadociae, et Pylaemene Paphlagoniae regibus, Iornandes de Success. Regnor. cap. 56. Ceterum in adeunda hac Attali hereditate Romanos doli mali accusat Mithridates apud Sallustium lib. IV. Histor. et Horatius II. Od. 18.

neque Attali
Ignotus heres regiam occupavi. Bernec.

6. Aristonicus. De bello Aristonici praeter Livianam epitomen LIX. Florum II. 20. Velleium II. 4. lege Strabonem lib. XIV. pag. 444. fin. Licinius Crassus, qui a Nostro *Consul* dicitur, Floro est *Praetor*, Paterculo *Proconsul:* qui eum iuris scientissimum vocat. A nostro auctore sunt Livius, Orosius, M. Cicero Philipp. XI. 8. Bongars.

Velut paternum regnum. Vincentius: *velut avitum regnum.* Abr. Gronov.

7. Adversus civitates. Mindum, Samum et Colophonem. Flor. II. 20. 5. Bernec.

Tradere se ei nolebant. *Eidem* pr. Med. Magl. Periz. Reg. Bodl. ed. Rom. At Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *se tradere ei nol.* Abr. Gronov.

8. Inconsultae avaritiae. Vide notam ad XXIV. 7. 4. Bernec. — Saxo lib. II. pag. 27. 14. *Poenituit tunc oneris Britannos sanguine poenas avaritiae dantes.* Abr. Gronov.

9. Perpenna. In fastis *Perperna.* Vide auctores supra notatos. Bongars. — *Perpenna* constanter omnes editiones. Supra citatis auctoribus *M. Perperna* dicitur. De eo videndus quoque Val. Maximus III. 4. 5. Bernec. — In Capitolinis aliisque monumentis vocatur *Perperna:* itaque et in Valerio Max. III. 4. 5. edidimus. Vorst. — Rectius *Perperna* legitur ex Capitolinis, ut observat Vorstius. Scheff. — Sec. Med. Orosius lib. V. cap. 10. Fasti Capitolini, *Perperna.* Valerius Maximus VI. 2. 8. *praetorius vir Perperna.* Adde eumdem III. 4. 5. et Velleium lib. II. cap. 2. et 10. Abr. Gronov.

10. M. Aquillus. In fastis *Manius.* Bongars. — Rescripsi, *Manius Aquillius*, ex Fastis Capitolinis. Graev. — *Manius Aquillius* est in notis doctissimi Graevii. Et recte sane. Sic enim dicitur ab omnibus Latinis. Error natus est ex compendio scripturae. Cum enim *Manium* volebant scribere, sic scribebant, *M'.* cum *Mar-*

cum per *M.* simpliciter. FABER. — Vulgo plena voce *Marcus* editur. Sed praenomen fuisse *Manius*, e monumentis rursus Capitolinis sciri potest. VORST. — Integre, *Manius Aquilius*, ut ex Fastis Capitolinis docet Graevius. SCHEFF.

11. SED CONTENTIONEM CONSULUM MORS PERPENNAE DIREMIT. Saxo lib. II. pag. 21. 36. *medium pugnae certamen nova facti diremit occasio.* ABR. GRONOV.

12. CUM OPIBUS VITIA etc. Florus III. 12. *Syria prima nos victa corrupit: mox Asiatica Pergameni regis hereditas.* Adde Livium XXXIX. 6. fin. Sallust. Catil. cap. II. Plinium XXXIII. 11. fin. Nostrum II. 14. 6. et Notam ad XXXI. 8. 9. Prudenter ergo *Spartana civitas, severissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquamdiu civium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit; ne illecebris eius capti, ad delicatius vitae genus prolaberentur. Quod eos non frustra timuisse, dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primum se Asiae moribus permisit, fortitudinem suam effeminato eius cultu mollire non erubuit:* ut ait Val. Max. II. 6. 1. BERNEC. — Dio in Excerptis Constantini Porphyrog. pag. 609. Ὅτε οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τρυφῆς τῆς Ἀσιανῆς γευσάμενοι, καὶ μετὰ τῆς τῶν λαφύρων περιουσίας, τῆς τε παρὰ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐν τοῖς τῶν ἡττηθέντων κτήμασιν ἐγχρονίσαντες, καὶ τήν τε (leg. γε) ἀσωτίαν αὐτῶν διὰ βραχέος ἐζήλωσαν, καὶ τὰ πάτρια ἤθη οὐ διὰ μακροῦ κατεπάτησαν. Οὕτω τὸ δεινὸν τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἔπεσε. ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XXXVII.

CAP. I.

1. PHOCENSIBUS. Scribe, *Phocaeensibus. Phocaeenses* enim, a *Phocaea*, quae urbs est Asiae Minoris in Ionia, unde et oriundi Massilienses: *Phocenses* vero dicti a Phocide vicina Boeotiae in Graecia. Eodem modo et infra XLIII. 5. legendum *Phocaeensium* pro vulg. *Phocensium.* GRONOV.

INFESTA CONTRA POPULUM ROMANUM ARMA TULERANT. Pr. Med. *sumpserant.* Ita Cicero Orat. pro Ligario cap. 3. *iudicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quae erant sumta contra te.* et simpliciter *sumere arma* lib. I. Tusc. Disput. cap. 35. *non imparatus arma sumsisset.* Supra II. 4. 4. *Horum uxores cum viderent exsilio additam orbitatem, arma sumunt.* et §. 22. *ut paucae repentino tumultu excitae arma sumerent.* Tacitus lib. III. Hist. cap. 24. *cur rari sumsissent arma.* Adde notam Casauboni ad Suetonium Iul. cap. 60. ABR. GRONOV.

2. POST HAEC REGIBUS . . PRAEMIA PERSOLUTA. Suetonius Aug. cap. 15. *ut promissa veteranis praemia persolverentur.* ABR. GRON.

SYRIA MAIOR. Quidam impressi Codd. *Phrygia maior:* quod probo. Infra XXXVIII. 5. 3. *Sibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam patri suo, praemium dati adversus Aristonicum auxilii, concesserant.* Vide Appian. Mithridat. pag. 208. BONGARS. — Quaenam *Syria maior?* Optime Iuntae et alii impressi: *Phrygia maior.* quod et Bongarsius vidit. GRAEV. — Excudi iussi *Phrygia maior*, et ita in quibusdam Impr. positum est. FABER. — Editur vulgo *Syria maior:* sed contra historiam. Infra XXXVIII. 5. 3. ipse Mithridates, huius filius, sic loquens inducitur: *Sibi pupillo maiorem Phrygiam ademerint, quam patri suo praemium dati adversus Aristonicum auxilii concesserant.* Quoniam ergo in editione Iuntina teste Graevio manifeste et historiae convenienter est *Phrygia maior*, idemque de codd. typis expressis et Bongarsius testatur, quidni ipsum illud recipiamus? VORST.

PHRYGIA MAIOR. Sic ex Iuntina, exigente historia, restituit Vorstius, Graevium secutus. SCHEFF.

BELLO OCCIDERAT. Periz. *ceciderat.* ABR. GRONOV.

3. FIDELIORQUE POPULUS ROMANUS IN SOCII FILIOS, QUAM MATER IN LIBEROS FUIT. Uterque Med. sec. quint. Leid. Bodl. Periz. *fidiorque pop. R.* pr. Med. iidem Leid. *in sociorum filios.* tert. *fides melior populo Romano in socii filios, q. matri in l. f.* ABR. GRON.

4. NAMQUE LAODICE etc. Femineae regnandi cupiditatis, nec filiis parcentis, simile exemplum est infra XXXIX. 2. 9. et luculentum aliud apud Zonaram in vita Irenes filiique Constantini. BERNEC.

EX NUMERO SEX FILIORUM. *Filios*, uti solet, pro liberis dixit. Tertullianus ad Nat. II. 12. *Itaque* filios *virile sexu devorabat.* Scholiastes Statii Theb. I. pag. 38. *Danao fuit virilis sexus quinquaginta numerus* filiorum. WOPKENS.

NE NON DIUTINAM REGNI ADMINISTRATIONEM ADULTIS QUIBUSDAM POTIRETUR. Hoc *potiretur* suspectum mihi, non propter casum appositum, sed significationem non satis aptam huic loco. Nam *potiri* de futuris usurpatur; iam regni administratio res erat non futura apud Laudicem, sed praesens, quia eam iam tunc habebat in manibus, nec tam potiebatur ea sequentibus temporibus, quam continuabat. In MSS. extat *pateretur.* Quare suspicor, lectionem veram esse, *paterentur*, ut sit ordo: necavit quinque, timens ne non paterentur administrationem regni diutinam, adultis quibusdam, i. e. quia erant adulti. SCHEFF. — Num qui rerum potitur, futuram rem agit? Atqui in hac locutione *rerum potiri*, semper omittitur *administrationem.* Nihil hoc loco sanius. GRAEV. — Quatuor nostri cum aliis *diutina regni administratione . . potiretur:* ut mox etiam dixit Iustinus, *regno potitus est.* Atque ita emaculandum hic esse, iam monuimus ad lib. VI. 4. WOPKENS. — Sec. Med. ed. Ald. Iunt. *ne n. diutina regni administratione.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris.

ne diutina r. administratione. Plerique MSS. *ne non diutina administratione regni.* Sec. Leid. *ne mora diutina adm. r.* Bodl. *ne non mora d. adm. r.* Pro *potiretur* iidem dant, *daretur.* quartus Leid. ed. Rom. *pateretur.* Periz. *ne diutina adm. r. ad. quibusdam privaretur.* Abr. Gronov.

Parricidiali veneno. Pr. Med. pr. tert. quart. quint. Leid. Bodl. Coll. N. *parricidali:* ut supra XXVII. 1. 10. ex pr. Med. Magl. pr. sec. quart. Leid. Periz. Thuan. *parricidale scelus:* et infra ex utroque Mediceo, pr. tert. Leid. *parricidales discordiae;* idemque ex MS. Duisburgensi vulgato *parricidiales* praefert Cl. Dukerus ad Florum lib. III. cap. 21. init. Idem adiectivum occurrit apud Solinum cap. 1. pag. 5. D. ed. Salm. *voluntas parricidalis.* et Hegesippum, ut lib. I. cap. 2. *immanitas parricidalis.* cap. 6. *tentamentum flagitii parricidalis.* cap. 8. *hostia parricidalis.* cap. 41. *parricidales cogitationes;* atque *animus parricidalis.* et cap. 45. *venena parricidalia.* lib. V. cap. 18. *sententiae parricidales.* cap. 22. *spectaculum parricidale.* et cap. 41. *parricidalis convivii ministerium.* et apud Saxonem, ut lib. III. pag. 49. 28. *parricidales manus.* et pag. 55. 40. *parricidales favillae.* lib. XI. pag. 220. 43. *cruor parricidalis.* et lib. XIV. pag. 298. 30. *parricidalibus bellis.* Ita *coniugalis*, *praesidalis*, *confinalis*, *convivalis.* Saxo lib. X. pag. 200. 53. *coniugalia sacra.* Symmachus lib. I. epist. 107. *praesidalis provincia.* L. 6. D. de Hered. petit. *acta praesidalia.* L. 17. et 18. Cod. de His qui acc. n. p. *praesidale iudicium.* L. 11. C. de Pignor. act. *praesidalis iussio.* Ravennas anonymus lib. IV. cap. 11. *quae* (patria Sarmatorum) *confinalis existit cum praenominata Roxolanis.* Curtius lib. VIII. cap. 5. f. *convivales ludi.* Saxo lib. V. pag. 69. 10. *convivalia gaudia.* ead. pag. 14. et lib. III. pag. 56. 33. *convivales plausus.* Abr. Gronov.

5. Nam propter crudelitatem eam populus exstinxerat. Pronomen *eam* nesciunt Thuan. quart. Leid. et pro *nam* pr. Med. tert. Leid. Coll. N. dant *quam*, et pronomen *eam* omittunt. Abr. Gron.

6. Mithridates quoque. Hic *Euergetes* dictus: filius autem eius, quem undecim annos natum regni successorem reliquit, *Eupator.* Strabo lib. X. Vide Appiani Mithridat. *Mithridates* est in nostris MSS. in uno *Methridates.* Quod quidam *Mithradates* scribendum censent, ex numismatibus antiquis, non probo. *Μιθραδάτης* enim Graecum est, *Mithridates* Latinum; *a* in *i:* ut *Μασσαλία*, *Massilia; Κατάνη*, *Catina: Νομάδες*, *Numidae: Ἄκραγας*, *Agrigentum:* et fortasse etiam *Μασανίσσης*, qui in Eclogis Diodori vitiose dicitur *Μανασσῆς*, *Masinissa.* Sed et in Latinis vocibus τὸ *a* in *i* vertitur: *sapiens*, *insipiens: cano*, *tibicines* etc. Bongars. — Adde notam ad IV. 3. 4. Bernec. — Mithridates Euergetes familiarium insidiis occisus fuit teste Strabone lib. X. pag. 447. Abr. Gronov.

Repentina morte interceptus. Amicorum dolo necatum tradit Strabo lib. X. pag. 329. 15. Bernec.

7. REGES MAIESTATE SUPERAVERIT. Coll. N. *praeiverit.* MSS. Bongars. *praeierit.* ABR. GRONOV.

BELLAQUE CUM ROMANIS PER QUADRAGINTA SEX ANNOS. De annis Mithridatici belli nihil convenit apud auctores. Florus in sua Epitome lib. III. ait 40 annis Mithridatem obstitisse Romanis, hic 46 anni produntur. In Livii Epitome 30 anni produntur. De regionibus, quas possederat, ex Latinis auctoribus nihil certi propemodum habetur, cum Pontum et Bithyniam confundunt, iam sinistra, iam dextra Ponti possedisse memorant ex Strabone, dextra Ponti et vicinae nationes Cappadociae ac Armeniae minoris partes ad Colchidem usque sub eius imperio esse colligantur. Sed id alterius considerationis est, quam ut ea latius prosequamur. GLAREAN.

PER QUADRAGINTA SEX ANNOS. Orosius VI. 1. fin. *Triginta gerendi belli inveniuntur anni. Qualiter autem XL a plerisque dicti sint, non facile discernitur.* Florus III. 5. 3. annos XL. Appianus XLII. Si rationem inieris, XXIX annos invenies ab ortu ipso Mithridatici belli ad Pompeii triumphum. BONGARS.

8. CUM EUM SUMMI . . IN SUMMA CNAEUS POMPEIUS . . UT MAIOR CLARIORQUE IN RESTAURANDO BELLO RESURGERET. Ed. Flor. Ald. Iunt. *quem summi*, idemque in impressis exemplaribus reperit Bongarsius. Coll. N. *in summa Cneus quoque Pompeius.* MSS. Bong. *in s. Gneus quoque p.* Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *ut m. clariorque resurgeret instaurando* (Flor. *in restaurando*) *praelio.* Ald. Iunt. *ut m. clariorque resurgeret in restaurando bello.* Scripsisse videtur Iustinus, *ut maior clariorque instaurando bello resurgeret.* Appianus de Bell. Mithr. pag. 412. de Mithridate: *ἔς τε τὴν Ἑλλάδα ἐμβαλὼν, πολλὰ καὶ μεγάλα ἔδρασε· καὶ τῆς θαλάσσης ἀπὸ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ἦρξε, μέχρι Σύλλας αὐτὸν αὖθις ἐς τὴν πατρῴαν ἀρχὴν συνέκλεισεν, ἑκκαίδεκα στρατοῦ μυριάδας ἀποβαλόντα, καὶ τοσῷδε πταίσματι συμπεσὼν, ὅμως ἀνεκίνησε τὸν πόλεμον εὐμαρῶς· στρατηγοῖς τε συνενεχθεὶς ἐς μάχας τοῖς ἀρίστοις, Σύλλα μὲν ἡττᾶτο καὶ Λουκούλλου καὶ Πομπηΐου.* et paullo post: *Τὸ φρόνημα δ' ἦν ἀεὶ κἀν ταῖς συμφοραῖς μέγας καὶ φερέπονος, ἐς οὐδεμίαν γέ τοι κατὰ Ῥωμαίων ὁδὸν εἰς ἐπιχείρησιν οὐδ' ἡττώμενος παρέλιπεν.* ABR. GRONOV.

DAMNISQUE TERRIBILIOR. Ita *Samnites cladibus ipsis animosiores.* Florus I. 16. 15. Sed multo maxime prisca illa Roma, quae secundum Horatium IV. Od. 4.

Duris ut ilex tonsa bipennibus,
Nigrae feraci frondis in Algido,
Per damna, per caedeis, ab ipso
Duxit opes animumque ferro.

et ut ait Claudianus de laudib. Stiliconis lib. III. vs. 144.

Nunquam succubuit damnis, et territa nullo
Vulnere, post Cannas maior Trebiamque fremebat.

Adde Notas ad XXVII. 2. 4. BERNEC.

9. DENIQUE AD POSTREMUM. Libenter deleam isthuc *denique.*

Faber. — At vero Noster ad eundem modum XII. 16. *victus denique ad postremum est non virtute hostili, sed insidiis suorum.* qui locus Fabro transmissus est sine censura. Et solent huius generis iungi alia. Cic. pro Milone: *Deinde postea se gladio percussum esse.* Apul. lib. III. Asini: *Tandem denique reversus ad sensum praesentium.* Forsitan huc referendum, et quod legitur apud Nostrum XIII. 1. *Contra Macedones versa vice.* in quo similiter illud *versa vice* Faber delet. Scheff. — Voculam *denique* iure optimo contra Fabrum hic vindicavit Schefferus, ut ex Vechneri Hellen. et aliunde pluribus, si necesse foret, ostendere proclive est. Wopkens.

Non vi hostili victus. Praestaret abesse *victus*, sicuti in Iuntina editione recte abest. Graev. — Ab edit. Iunt. abest *victus*; recte, ex iudicio Graevii et meo. Faber. — *Victus* teste Graevio ab editione Iuntina abest; nec male. Vorst. — Cur τὸ *victus* cum Iunt. ed. melius tolli dixerit Graevius, equidem non adsequor, meliusque id cum reliquis libris adservari vix dubito. Wopkens. — *Non vi hostili, sed vol. morte . . decessit.* Ita MS. Coll. N. Reliqui MSS. et vett. edd. *non vi hostili victus, sed.* Vide Bongarsium ad V. 1. 10. De morte Mithridatis inter se dissentiunt auctores. Dio Cassius lib. XXXVIII. cap. 12. illum a Pharnace filio interfectum fuisse scribit: *τόν τε πατέρα ἐς τὸ βασίλειον καταφυγόντα ἀπέκτεινεν.* et Dionem sequitur Zonaras lib. X. cap. 5. *Ἠγγέλη μέν τοι αὐτῷ (Πομπηΐῳ) τεθνεὼς καὶ ὁ Μιθριδάτης, Φαρνάκου τοῦ υἱοῦ διαχρησαμένου αὐτόν.* Orosius vero lib. VI. cap. 5. Mithridatem Gallum quemdam militem invitasse, eique iugulum praebuisse, refert; idemque tradunt Livii epitome CII. et Auctor de Viris illustr. cap. 76. atque Appianus de Bell. Mithridat. pag. 410. ubi de Mithridate ait: *Βίτοιτον οὖν τινὰ ἰδὼν ἡγεμόνα Κελτῶν, Πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς, ἔφη, δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνάμην· ὠνήσομαι* (leg. *ὀνήσομαι*) *δὲ μέγιστον, εἰ νῦν με κατεργάσαιο, ἐς πομπὴν ἀπαχθῆναι κινδυνεύοντα θριάμβου, τὸν μέχρι πολλοῦ τοσῆσδε ἀρχῆς αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα . . . Ὁ μὲν δὴ Βίτοιτος ἐπικλασθεὶς, ἐπεκούρησε χρῄζοντι βασιλεῖ.* Abr. Gronov.

CAP. II.

1. Portenta praedixerant. *Portenta praedicere* dicuntur, ut lib. XXVI. 2. *Quarum* extis *cum magna caedes . .* praediceretur. Florus II. 6. *Cladem* praedixerant *insidentia in signis* examina. Tacitus Hist. V. 13. *Quae* ambages *Vespasianum ac Titum* praedixerant. Wopkens.

2. Nam et quo genitus. MSS. *nam et eo quo*, rectius haud dubie, quam quod editur. quia mox similiter, *et eo quo regnare primum coepit.* Scheff. — Sic et tres libri Anglicani. Graev. — Totum hunc locum reperias, paulo aliter scriptum apud Lupum, Abbatem Ferrariae in Senonibus. Eum, si voles, si tempus erit, con-

ferre poteris cum hodierna lectione; nam in quibusdam melior Lupi lectio erat quam quae in impressis est. Vixit ille Lupus abhinc ferme nongentis annis. Nam et *eo* quo genitus est anno, et eo quo regnare primum coepit, stella cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita *eluxit*, ut coelum omne *flagrare* videretur, quartam coeli partem occupaverat, et *fulguris* sui *radiis* nitorem solis vicerat etc. Istud *fulguris*, pro *fulgoris*, Lucretii est; sed quod mox sequitur, *radiis*, verum est, et longe optimum. Faber. — Vincentius lib. VI. cap. 100. *nam eo etiam quo g. e. anno, etiam et eo quo regnum pr. capit.* Abr. Gronov.

Stella cometes. Quae Ovidio in fine Metamorph. *stella comans*, Plinio II. 23. aliisque *sidus crinitum*. Est enim cometae vox adiectiva, qua cum etiam absolute utuntur auctores, ἀστέρα seu stellam subintelligunt. Bernec. — Quam describit L. Seneca lib. VII. Hist. Nat. cap. 15. Artemidorus lib. II. cap. 38. *οἱ λεγόμενοι κομῆται ἀστέρες*. Abr. Gronov.

Per utrumque tempus. Noctu scilicet et interdiu. Quod autem cometes ille, coeli seu superioris hemisphaerii quartam partem, hoc est, gradus 45 occupasse, et quatuor horarum spatium ortu occasuque consumsisse dicitur, id de cauda ipsius in tantam porrecta longitudinem, et solis radiis illustrata, non de capite ipsoque corpore est intelligendum. Similis Cometa anno ante Nat. Chr. CCCLXXII. quem Aristoteles Meteor. I. 6. *magnam cometam* appellat, et splendorem (caudae) ad tertiam usque coeli partem, id est, ad gradus 60. extendisse perhibet: Diodorus XV. 50. lumen aemulum lunae praetulisse. Pontanus scribit, Cometam anni MCCCCLVI. amplius quam duo coeli signa (gr. 60) comae suae tractu occupasse. Vide Keppleri Paralipom. ad Vitell. pag. 266. Bernec. — *Per utrumque tempus*, non est, ut explicat Berneccerus, *noctu et interdiu:* neque enim id hic fert Latinitas, uti nec rei ipsius natura, quoniam etiam interdiu ita fulsisse cometam, ut omne coelum flagrare videretur, haud verisimile est. Per utrumque tempus, quod memoratum fuerat, ita aeque diu et quidem septuaginta diebus fulserat cometa. Omitti quidem potuit illud *per utrumque tempus*, sed adiectum eo pleonasmi genere, quo supra dixit auctor lib. XII. 16. *Nam* ea die, *qua natus est, duae aquilae* tota die *perpetes supra culmen domus patris eius sederunt.* i. e. Nam tota ea die, qua natus est, duae aquilae perpetes supra etc. Wopkens.

Septuaginta diebus. Plinius II. 25. Brevissimum, quo cometae cernuntur, spatium septem dierum annotatum est: longissimum, octoginta. Bernec. — Sec. Med. *septuagenis diebus*. ed. Ald. Iunt. *septem d.* Medicei, sec. quint. Leid. Periz. Bodl. *omne conflagrare vid.* Vincentius: *LXXX. d. ita l. ut coelum omne conflagrare vid.* Abr. Gronov.

Omne conflagrare. In MSS. legitur, *flagrare*. Num Iustinus scripsit: *ut coelum omne eo flagrare?* Sic Noster alibi, *flagrare belli cupiditate*, nec temere aliter ceteri scriptores. Scheff.

3. QUARTAM PARTEM COELI OCCUPAVERAT. Pro *quartam pa tem* Lipsius legendum suspicabatur, *aliquantam partem*. ABR. GR
CUM ORIRETUR, OCCUMBERETQUE, QUATUOR SPATIUM HORA CONSUMEBAT. Bodl. *cum moreretur*. Medicei, *cum oreretur*, ut 2. §. 18. D. de Orig. iuris: *cum crebra orerentur bella*. Ita atque ed. Florent. *Occideretque* sec. Med. *Consummabat* quart. L *Cum oriretur occumberetque vel VIII. vel VII. horarum spati consummabat*, Vincentius. Lupus Ferrar. l. c. *quatuor horar. sp tium*. ABR. GRONOV.

4. FERO EQUO. *Equo* glossema mihi videtur, annotatum plicandi non protriti vocabuli caussa. Nam *ferus* per se et subst tive sumtum equus est: ut apud Virgil. Aeneid. II. 51. et Manili Astronom. lib. V. vs. 77. 348. et 643. ex emendatione Scalig fortassis etiam lib. IV. vs. 795. Sic Accius in Medea: *Perite in bulis immittens frenos feris*. Nazarius Panegyr. Constantin. cap. *Quos insultans ferus proterit*. Arnobius advers. Gent. lib. IV. 181. *Saturnus induit formam feri*. Hinc vernaculum nostrum Pf ortum putatur. Ita *férinus* Virgilio Aeneid. XI. 571. est equin et poëtae passim *semiferos* vocant Centauros: non quidem a *feri* vocabuli eius etymologia petita, sed a forma ipsa, qua *feros*, est, equos dimidiata sui parte repraesentare finguntur. Adde q putida phrasis hic fuerit, *equo equitare*. nec sane Mithridati peri lum erat ab equi feritate, sed ab imperita regendi pueritia. BERN — Nollem *equo* glossema ideo visum Berneccero, quia *ferus* per saepe equum denotat: non enim de equo in genere, sed de e effero rectuque difficili loquitur Iustinus; quemadmodum *fera* sa sime bestiam denotat, cum tamen *feram bestiam* Val. Maximus que dixerint, ubi simul feritatem bestiae significare vellent. We
EQUITARE IACULARIQUE. Vincentius: *iaculari equitareque*. A GRONOV.

5. QUI CONATUS CUM EOS FEFELLISSENT. Sec. Med. sec. t quart. Leid. ed. Flor. Ald. Iunt. *fefellisset*. ABR. GRONOV.
VENENO EUM APPETIVERE. Lactantius lib. V. cap. 9. *qui co quoque ipsum beneficiis appetant*. Helmoldus lib. I. Chron. S cap. 48. *ne obsidentes iaculis appetant*. ABR. GRONOV.

6. ANTIDOTA etc. Plinius XXIII. 8. et XXV. pr. 2. et XX 1. f. BONGARS.

ADVERSUS INSIDIAS EXQUISITIORIBUS REMEDIIS STAGNAVIT. E *quisitioribus* est in antiquioribus typis expressis. Pro quo Bong sius maluit *exquisitis tutioribus*: ut *exquisitis* sit participium. S est illud plerumque ex participio factum nomen: diciturque exe gratia, *exquisita ars*, *exquisita doctrina*. Deinde *exquisitior* a *latio* affertur ex Taciti lib. XI. Annal. Et denique superlativi g dus vox *exquisitissimus* est itidem satis nota. *Stagnare* est hic p munire. Supra XXXVI. 4. 7. *aqua stagnari*, id est, densari a firmari dicitur. VORST. — Vorstius ex antiquioribus restituit, *ex quisitioribus remediis*; et *tutioribus*, quod addit Bongarsius, e

...a natum videtur. SCHEFF. — *Stagnavit.* Hoc est, munivit, supr. XXXVI. 3. 7. BERNEC. — Legendum *stannavit* pro *stagnavit*, quod est in MSS. Solent enim literae G et N confundi a ...bis, ut apud Liv. XXI. 27. in MS. Vossiano, *ignare* pro *innare*. ...NOV. — Iam supra occurrit; hic pro *induravit*, *praeparavit*, ...iit, *corroboravit.* Alibi *stagnare sanguinem*, pro supprimere, ...lice, *arrester le sang.* FABER. — *Stagnari* potest dici aqua, ...guis et liquor, cum quasi stagnum fit. Sed stagnari homo con... venenum, pro muniri, absurde sane diceretur: nec quisquam hanc ...nslationem aut capere potest, aut probare. Assentior itaque viris ...tis, qui legendum censent *stannavit*, hoc est pectus obmuniit, et ...i obduxit antidotis contra veneni vim. Est quidem translatio ...ior, sed tamen non inepta et aliena a re, quam exprimere vo... GRAEV. — Pr. Med. sec. tert. quint. Leid. Perix. et Vincen... lib. VI. cap. 100. *exquisitis tutioribus remediis.* sec. Med. *ex...itis sortitus remediis.* Helinandus apud Vincentium: *In qui...dam quoque experimentis legisse me memini, quod Mithridates ...ens, ne a fratre suo invenenaretur, rutae folia XX cum dua... nucibus, et totidem caricis, admixto sale, quotidie ieiunus ede...* ABR. GRONOV.

7. QUOD VENENO NON POTUERANT. Pr. Med. sec. quint. Leid. ...*erint.* Vincentius lib. VI. cap. 101. *poterant.* ABR. GRONOV.

QUO PER. Mallem *quapropter*, quod est in quibusdam editis. ...EFF. — Florentina, *quo per quattuor annos.* Vincentius, et ...tiones, quibus usus est Bongarsius, atque Bechar. Ven. Med. Pa... *quapropter quattuor annos neque urbis.* ABR. GRONOV.

8. QUIBUS ESSET LOCIS. Thuan. ed. Rom. *quibus esset in lo...* ABR. GRONOV.

FUGARE. Freinshemius *fugere* legit, ut opponatur mox subiun... *persequi.* BERNEC. — Sicut coniecerat legendum esse Freins...mius, sic olim legitur in optima Iuntina: *assuetus feras cursu aut ...gere, aut persequi.* Nihil verius. Quid enim discriminis inter ...gare et *persequi?* GRAEV. — Assentior Freinshemio, scribenti ...gere, quia nulla alias est oppositio, quam coniunctio *aut* hic po...lare videtur. Nam ut pro *et* accipiamus, quod aliquando fit, ...lla ratio est, cum hoc fiat saltem in diversis, qualia non sunt ...gare et *persequi.* Et probat quoque Iuntae liber. SCHEFF. — ...nd. Vonkius in Observ. Miscell. cap. XIX. tentat *aut figere aut ...rsequi.* Sed ut minus apte *cursu figere feras* dicitur, sic satis ...c facit ad ostendendam Mithridatis fortitudinem, quod ille veloci...tem suam exercebat fugiendis cursu feris, quas lacessiverat. *Fu...re* etiam repraesentat, uti quidem videtur, Dorv. 3. WOPKENS. — ...r. Med. pr. sec. tert. quint. Leid. ed. Bongars. et Vincentius, *aut ...gare.* Rom. *aut fatigare.* ABR. GRONOV.

9. VIRTUTIS. Hoc est, *fortitudinis.* Unde Xenophon lib. I. Cyripaed. venationem, verissimam esse rerum bellicarum exercitatio...em ostendit. De Traiano Plinius Panegyr. cap. 81. *Olim haec ex-*

perientia iuventutis, haec voluptas erat, his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu etc. Addendi Plato non uno loco, praecipue lib. VII. de Legib. Aristoteles Politic. 1. 5. Plutarchi Sertorius cap. 19. Vegetius I. 7. Dio Chrysostomus Orat. III. de Regno, sub finem. Pollux Praefat. lib. V. Bernec. — *Virtutis patientiam.* Mira locutio, etiamsi *virtutem* pro fortitudine accipias. An enim *pati virtutem* recte dicimur? Ergo vereor, ne ex glossa hoc *virtutis* irrepserit in textum. Scheff. — Est patientia quam virtus postulat. Anonym. — Quo iure omissa sit in quibusdam edd. vox *virtutis*, non exputo. Illam quidem ex glossa irrepsisse suspicabatur Schefferus, quia nemo recte dixerit aliquem *pati virtutem.* Sed ut *patiens* recte dicitur *virtus*, ita quo minus *patientia virtutis* diceretur, nulla ratio est: quemadmodum ut *constantem virtutem*, sic *constantiam virtutis* dici, vidimus ad lib. XV. 3. Si quid autem, renuentibus omnibus, ut credo, MSS. innovari necesse esset (quod tamen non puto) rescribi posset *ad omnem virtutem et patientiam.* ut Livius IV. 37. *Vulgo fremere . . iis . . nec* virtute *nec* patientia *nec disciplina rei militaris cedendum esse.* et passim alibi. Vel potius legerem *ad omnem virtutem patientiae.* ut Cyprianus de Bono Patientiae pag. 215. *Omnia . . fide et* virtute patientiae *perferenda.* Ruffinus H. Eccles. V. 1. *Rebus fere ipsis et* patientiae virtute *clamantes quia non sunt condignae passiones* etc. et ibid. *Blandina . . tanta* tolerantiae virtute *firmata est, ut* etc. VIII. 3. *Quorum* patientiae *et magnanimitatis* virtutem *quamvis nullus dignus proferat sermo* etc. Novatianus de Trin. cap. IX. *Hunc* (testatur Esaias) *quando patientiae virtutes expromit, dicens* etc. ubi mallem *patientiae virtutem eius expromit.* Ita *perferendi tolerandique virtutem* dixit Augustinus de Civ. Dei I. 13. Wopkens. — *Virtutis patientiam.* Ita MSS. ed. Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, ac Vincentius. *Patientia* pro *usu.* Infra h. l. cap. 4. 2. *Exercitum quoque suum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione durabat.* L. Seneca lib. VI. de Benef. cap. 24. *Non vides, quemadmodum teneram liberorum infantiam ad salubrium rerum patientiam cogant? Virtutis*, id est *fortitudinis*, ut recte interpretatur Berneccerus. Abr. Gronov.

CAP. III.

1. De augendo regno cogitavit. Tert. Leid. *de ampliando regno.* Ita *ampliare regnum* auctor dixit supra VII. 4. 2. *terminos imperii* XIII. 6. 7. et *fines regni* XXXV. 1. 1. Abr. Gronov.

2. Itaque Scythas. Strabo lib. VII. Idem lib. I. et II. refert Mithridatem hunc barbaros ad Maeotidem paludem et inde Colchos usque devicisse. Vide Memnonis Excerpta. Bongars.

Sopyriona. De quo supr. XII. 2. 16. Bernec.

Philippum. Auctor ipse sibi contrarius esse videtur supr. IX. 2. 14. Bernec. — Rectius hic de Dario Hystaspis dixisset. hunc

enim a Scythis fugatum constat. At de Philippo ipse auctor supra IX. 2. 14. aliud prodidit. Vorst. — Notat Berneccerus, videri auctorem contraria dicere supra IX. 2. 14. Inde Cl. Vorstius rectius Darium Hystaspis censet dixisse. Mihi tamen nil mutandum videtur. Liquet enim ex oratione Mithridatis, quam ipsius Trogi verbis Noster adfert in sequentibus, fuisse, qui et Darium fugatum a Scythis scriberent. Verba clara sunt lib. XXXVIII. cap. 7. *Scythiam duos unquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium et Philippum, aegre inde fugam sibi expedisse.* Scheff.

4. Cum de Asia tractaret. *De Asia*, i. e. de occupatione Asiae, ut *ad templa*, pro ad templorum direptionem, vidimus lib. XXIV. 6. Florus III. 1. *Agrorum atque vicorum populatione non contentus, in ipsa Numidiae capita impetum fecit, et Zamam* (i. e. Zamae populationem) *quidem frustra volvit* (sic cum viris doctis legerim pro *voluit*)*: ceterum Thalam, gravem armis, thesaurosque regis diripuit.* Wopkens.

Cum quibusdam amicis regno profectus. Iuntae: *a regno.* Forsan *e regno.* Sed nihil muto. Graev. — *Regno profectus*, pro e regno. ut Silius Ital. XVII. 111.

Accitaque regno
Lenierat pubes infaustae vulnera noctis.

Talia sunt *consilio abire*, Dict. Cret. II. 27. *Urbe profugere*, A. Victor. V. Illust. cap. LXIX. *Fugere laribus*, Aviani Fab. XXI. 8. *Creta profugus*, Min. Felic. cap. XXII. quaeque vidimus ad lib. XIX. 3. 1. et XXI. 1. 5. Sed ut, quum Iuntae (adstipulante quoque Dorvill. 2.) dederint *a regno*, hinc *e regno* legendum coniecit Graevius; ita et exstat in Dorv. 1. Nec tamen minus placere debet *a regno*, quoniam passim in praep. *a* pro *ex* adhibetur. lib. XXXVIII. 2. *Fratremque . . ab Asia, ubi educabatur, revocant.* Sic *recedere a vita.* Cic. Tusc. II. 17. *Discedere a vita*, ibid. lib. I. 34. et Famil. II. ep. 2. in quo loco tamen alii ediderunt *e vita.* Sed infinita sunt alia huius usus praep. *a* exempla. Wopkens. — Medicei, tres Leid. Bodl. ed. Ienson. Bechar. Med. Ald. Iunt. *a regno.* Vincentius, *e regno:* quomodo legendum conieccrat Cl. Graevius. Magl. *de regno.* Abr. Gronov.

Nemine sciente. Medicei, Magl. Leidenses, Bodl. Reg. Cantabr. Coll. C. C. ed. Rom. Ald. Iunt. et Vincentius: *nem. sentiente.* Supra VII. 1. 6. *non sentientibus oppidanis.* Abr. Gronov.

Urbium situm. Periz. *situs.* Abr. Gronov.

6. Inde Bithyniam transcendit. Licet *in* ita ante regionum nomina omitti soleat, ut ad VII. 1. 7. observavimus, hic tamen evitandae ambiguitatis melius ante *Bithyniam* compareт in Franeq. duobusque Dorv. et aliis codicibus. Wopkens. — Tert. Leid. Periz. ed. Rom. et Vincentius: *Inde in Bith. tr.* Magl. *Deinde in Bith. tr.* Ita supra XXIII. 1. 2. *in Italiam transcendit.* Livius lib. XXXI. cap. 38. *Fama erat, Pleuratum Dardanosque iam in Macedoniam transcendisse.* Abr. Gronov.

Et quasi dominus Asiae opportuna quaeque victoriae suae metatus est. Sec. Med. Coll. N. ed. Ienson. Rom. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. atque Vincentius: *et quasi iam dom. A.* Ald. *opp. quaeque victoriae metitus est.* Flor. Iunt. *opp. quaeque vict. meditatus est.* Praestat vulgatum. Vide notam Avi ad Livium lib. XXXVIII. cap. 17. Abr. Gronov.

6. Post haec in regnum reversus est. Vincentius: *Post hoc.* Abr. Gronov.

Invento parvulo filio. Postremam vocem nescit Vincentius. Abr. Gronov.

7. Sed inter gratulationem adventus sui. Sec. Med. Magl. Periz. ed. Rom. Ald. Iunt. aliaeque, *sed inter gratulationem*, (sec. Med. *gratulationes*) *post longam peregrinationem, adventus sui.* Abr. Gronov.

Veneno periclitatus est. Orosius lib. VI. cap. 5. *cum unaquaeque civitas tantis concursibus periclitaretur.* Saxo lib. V. pag. 73. 87. *aut enim levanda esuries, aut fame periclitandum erat.* et pag. 88. 38. *Huni passim inedia periclitari coeperunt.* lib. VIII. pag. 163. 51. *periclitatis inedia sociis.* Abr. Gronov.

In concubitus amicorum projecta. Sec. Med. *in conc. amicorum mariti proi.* Abr. Gronov.

Quasi admissum facinus maiore scelere tegere posset. Pr. Med. *deleri posset.* Infra XXXII. 3. 16. *Neque haec ante mutata sunt, quam ignominiam bello acceptam virtute delerent.* Cicero de Invent. II. 36. *Si beneficia proferet: aut aliqua de causa facta, non propter benevolentiam demonstrabit: aut postea odium acre esse susceptum, aut illa omnia maleficiis esse deleta.* Arridet tamen vulgatum. Seneca Hippol. vs. 725.

scelere velandum est scelus. Abr. Gronov.

8. Quod cum ex ancilla Mithridates cognovisset. Medicei, Magl. sec. tert. quint. Leid. Bodl. Thuan. Periz. Coll. N. et C. C. ed. Rom. *ex ancillis.* quart. Leid. *ab ancilla.* Vincentius: *cum hoc ex ancillis.* Abr. Gronov.

Facinus in auctores vindicavit. Quomodo *in auctores*, cum de unica praecesserit Laodice? puto igitur *in auctore* scribendum, nisi malis *in auctore eius.* Et potest fieri, ut ex *auctore eius* iunctim scripto, ut saepe solet in libris veteribus, formaretur illud *auctores.* Scheff. — Schefferus coniicit *in auctore* vel *in auctore eius*, quia solummodo de Laodice facta mentio fuerat. Sed nihilominus enallage numeri hic uti Noster potuit, de qua Glassius Philol. III. 3. can. 51. aliique; praesertim cum simul cum Laodice intelligi alii queant, per quos illa Mithridati venenum parasset. Accusativo autem construi amat praep. *in* ad verbum *vindicare.* Apulei. Metam. II. pag. 38. *Et extremum facinus* in *nefariam scelestamque feminam severiter* vindicate. lib. VIII. pag. 162. Vindicavi in mei *mariti cruentum* peremtorem. cum nota Pricaei, cuius allatis exemplis plura ex Floro, Sallustio aliisque addi facillime possunt. Wopkens. —

Saxo lib. XIV. pag. 276. 2. *dum regis necem in auctores vindicare conatur.* Sextum quoque casum praepositioni addidit Lactantius lib. II. Inst. cap. 4. *cum isti tot ac tanta sacrilegia in Dionysio non vindicaverint.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Hieme deinde. Etiam hibernis diebus exercendos milites, ne intermissa consuetudo et animos eorum debilitet et corpora, monet Vegetius II. 23. Bernec. — Pro *hieme deinde imminente*, Angli, *hieme deinde appetente.* Alterum horum est ex glossa. Et quia illud *appetente* doctius, quam ut Glossatori conveniat, idcirco genuinum esse censeo Iustini. Liv. lib. V. *Comitiorum consularium iam appetebat tempus.* Scheff. — Secutus sum Britannos, qui hanc lectionem ex duobus codicibus eruerunt. Vulgata: *hieme deinde imminente.* Graev. — Saxo lib. XIV. pag. 313. 28. *vere appetente.* et pag. 368. 27. *appetente publici ieiunii tempore.* Medicei, sec. quint. Leid. Periz. *adveniente.* Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *imminente.* Abr. Gronov.

Non in vacationibus. Bongarsius edidit *advocationibus.* Ianus Guilielmius lib. I. Verisimil. cap. 18. a Palmerio se monitum scribit, et contendit Modius, omnino hic legendum *vocationibus*, hoc est, invitationibus, conviviis; de quo significatu supr. ad XII. 6. 11. diximus. Verum Lipsius Not. 90. ad Taciti Histor. I. portendit rectum esse *vacationibus*, et interpretatur de vacationibus militarium operum, quas recte proprieque Noster *exercitationibus* hic opponit. *Vacationes munerum* appellat Tacitus I. 17. 7. et Quintilianus Orat. pro Milite: *militare otium* est eidem Tacito Histor. I. 46. 5. de quo Livius etiam VII. 7. 8. accipiendus. Itaque veterem impressorum lectionem revocare non dubitavi. Sed omnino rectum est, *advocationibus.* Vide Gruteri notas in Panegyricos pag. 577. fin. et seq. Bernec. — Nonnulli codices, in quibus et Franeq. ac Dorv. 1. *advocationibus* habent pro *vacationibus*; unde Gronov. ad Livii Epit. LXIX. volebat *avocationibus*; quod primitus quidem videtur extitisse in Dorv. 3. atque hoc etiam exemplo Plinii Paneg. cap. LXXXII. a viro laudatissimo illustratur: *Simul cogito, cum sint ista ludus et* avocamentum *huius, quae quantaeque sint illae seriae et intentae, a quibus se in tale otium recipit, voluptates.* Conferatur Apuleius Metam. I. pag. 15. *Sed ego huic et credo hercules et gratas gratias memini, quod lepidae fabulae festivitate nos* avocavit. et lib. IV. pag. 82. *Sed ego te narrationibus lepidis anilibusque fabulis protinus* avocabo. i. e. recreabo. vide Elmenh. Indicem in Apuleium et Arnobium, et Bunemann. ad Lactant. de Ira Dei cap. XVII. Wopkens. — Bodl. *nec in vocationibus.* sec. Med. sec. quart. Leid. Periz. Thuan. Coll. N. et C. C. Cantabr. *non* (Med. tert. quart. Leid. Coll. C. C. *nec*) *in advocationibus.* pr. Med. quint. Leid. *nec in avocationibus*, quomodo ex coniectura legit Avus ad Livii epitomen

LXIX. Ita *avocavit* pro *evocavit* emendandum videbatur Patruo apud Valerium Maximum lib. IX. cap. 1. *illa* (Campania) *vigilantissimum ducem, illa exercitum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore, ad somnum et delicias avocavit.* Ceterum τὸ *advocationibus* praetulisse τῷ *avocationibus* postea videtur Avus, siquidem coniecturam, qua in editione Livii A. 1646. *avocationibus* legendum suspicabatur, in editione A. 1664. praetermisit. Cl. Vossius ad Catullum carm. XLIV. locum e suo codice ita refingendum esse existimabat: *Hyeme deinde appetente, non in convivio, sed in campo; nec in avocationibus, aut inter sodales; sed inter coaequales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat.* In omnibus, quos consului, MSS. exstat *deinde:* verum *appetente* praeferunt MSS. Bongars. tertius et quartus Leid. sive primus et secundus Vossianus: iidemque dant, *nec in advocationibus, nec inter sodales, sed inter coaequales aut equo, aut curru, aut viribus contendebat.* Horum igitur codicum auctoritate τὰ *sed in exercitationibus*, velut superflua, expungenda existimabat Cl. Vossius: exstant tamen illa in MS. Bongarsiano, secundo Mediceo, Magliabequiano, quinto Leid. seu tertio Vossiano, in quo etiam *nec in avocationibus* scriptum est; quod a Iustini manu venisse crediderim, idque pluribus tuetur Cl. Burmannus ad Antholog. III. 5. 12. ABR. GRONOV.

SED INTER COAEQUALES AUT EQUO, AUT CURSU, AUT VIRIBUS CONTENDEBAT. Sic de Pompeio, cui res gestae Magni nomen pepererе, Sallustius: *equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare.* Porro in praecedentibus, *non in advocationibus, sed in exercitationibus*, fuit cum legendum existimarem, *non in vocationibus*, quae est, ut supra docui, vox conviviorum peculiaris, et convenit inane bene cum eo quod sequitur, *nec inter sodales.* Erat enim *sodalitium*, quod Graeci ἑταιρείαν dicunt, teste Gaio ICto L. ult. Dig. de Colleg. et Corp. Tertullianus lib. II. ad Uxorem cap. 6. *Discumbet cum marito in sodalitiis, saepe in popinis.* Cicero de Senectute cap. 13. *sodalitates* appellat: quem vide, cum ibi, tum pro Plancio cap. 15. ubi legem quandam Liciniam de his latam refert. MODIUS. — Latinius Iuntina et alii impressi *aequales.* Aequales enim melioris aetatis scriptoribus sunt eiusdem aetatis homines, non *coaequales*, quod postea inolevit, ut et *concivis* pro *civis*, *contribulis* pro *tribulis.* Vide, si tanti est, quae notavi ad Luciani Soloecistam. GRAEV. — Hanc vocem non ausim reprehendere, cum iam antea usus illa fuerit Iustinus, ubi de Hierone haec dicit: *Eidem, in ludo inter coaequales discenti, lupus tabulam . . . eripuit.* Adde auctoritatem Columellae, qui ex optimis scriptoribus est; is de pullo anserino agens sic ait: *Ubi se paululum confirmavit, in gregem coaequalium compellitur.* Quod in lib. *de Vitiis Sermonis* meminisse poterat doctus ille Gerardus Vossius. FABER.

AEQUALES. Ita Becharius, Maior, et teste Graevio ipsi Iuntae, edidere. Bongarsius tamen maluit *coaequales.* Sed alterum elegantius est. Contra IX. 6. 6. ubi Bongarsius *aequales* edidit, antiquie-

es editiones habent *coaequales*. VORST. — Sane non damno hanc vocem. Verum tamen est eam iam esse inclinantis Latinitatis, Terentio, Tullio, et omnibus illius aetatis scriptoribus ignotam, apud quos semper *aequales* legitur, quod cum in optima reperiatur editione, non video cur reiici debeat. GRAEV. — Sic merito maluit cum Iunt. aliisque editionibus Graevius, quam *sed inter coaequales*. Et adstipulantur quoque Franeq. et Dorv. 2. WOPKENS.

2. EXERCITUM QUOQUE SUUM AD PAREM LABORIS PATIENTIAM QUOTIDIANA EXERCITATIONE DURABAT. Ita supra h. l. cap. 2. 9. *corpus ad omnem virtutis patientiam duravit*. Sec. Med. *cotidiano exercitio indurabat*. ut supra VI. 4. 13. *induratus multis expeditionibus Agesilai exercitus*. et infra XXXVIII. 10. 1. *exercitum multis finitimorum bellis induraverat*. ubi Perizon. dat, *duraverat*. Idem MS. hoc loco, *exercitumque suum ad laboris patientiam cotidiana exerc. d.* ABR. GRONOV. — Sic supra cap. 2. 9. et Seneca de Ira I. 11. *Germanis quid est animosius? . . quid* induratius *ad omnem patientiam?* Suasoria II. pag. 16. *Ideo hanc Eurotas omnis circumfluit, qui pueritiam* indurat *ad futurae militiae patientiam?* WOPKENS.

QUOTIDIANA EXERCITATIONE. Vegetius II. 1. *Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci quod vocatur*. BERNEC.

3. VICTAMQUE CUM SOCIO DIVIDIT. Medicei, quint. Leid. male omittunt praepositionem. ABR. GRONOV.

6. MIRARIQUE SE, QUOD EI RELATA CONTROVERSIA NON FUERIT, SIBI REFERATUR. MS. *mirarique se quoque cum ei*. Glareani editio: *mirarique se quae ei*. Scribo: *mirarique se, quod quae ei relata controversia non fuerit, sibi referatur*. Adstipulantur Iuntae. GRAEV. — Assentior Graevio, edit. Iuntinae lectionem sequenti. Ea est: *mirarique se, quod quae ei relata controversia non fuerit, sibi referatur*. FABER. — Optime editio Iuntina teste Graevio, *quod quae ei relata controversia non fuerit*. Bongarsii et Bernecceri aliaeque antiquiores editiones *quod* omittunt. Sed neutrum abesse potest, ut facile intelligitur. VORST. — Periz. *mirari se quidem, cum ei illata contr.* ed. Rom. *mirarique se, quod cum ei rel.* Ald. Iunt. *quod quae ei controv. rel.* Flor. Bechar. Ven. Med. Paris. *mirarique se, quae ei contr. relata non fuerit, sibi referant*. Flor. *referantur*. ABR. GRONOV.

QUOD QUAE EI RELATA. Sic legebat Graevius, adstipulante Iuntina, et in textum recepit Vorstius. SCHEFF.

7. NON POTUERAT. Scribo, *poterat*. FABER.

8. MUTATO NOMINE. Hoc non Iustini, sed glossatoris esse videtur. Est enim totum otiosum, et mox *nomine* sequitur, ingrata prorsus repetitione. SCHEFF. — Ob ingratam vocis *nomine* in his repetitionem, illud *mutato nomine* delendum putabat Schefferus. Ego vero mallem *filium suum, mutato nomine Pylaemenem, Paphlagonum regem nominat*, vel ut Bodleian. MS. habet, *P. regem appellat*.

Supra lib. II. 5. *Nec iam tenere* (eos) *bello, sed deletos ratae, servis* etc. Livius XLII. 2. *Renuntiarunt, sibi conveniendi regis . . potestatem non factam. Facile tamen apparuisse sibi, bellum parare* (male vulgo *parari*) *nec ultra ad arma ire* dilaturum. et cap. 15. *Nondum quidem parantes bellum reliquisse se Romanos, sed ita infestos, ut facile appareret non* dilaturos. cap. 16. *Ad corpus regis . . concurrerunt, tollentes sopitum vulnere ac nihil sentientem. Vivere tamen ex calore et spiritu remanente in praecordiis senserunt:* victurum *exigua ac prope nulla spes erat.* lib. XXXVII. 53. *Quoniam* dicere (sc. me) *utique volentibus vobis parendum est.* lib. XL. 10. Perisse (me) *expetunt, quia tuis iniuriis doleo.* Sic passim ille cum aliis. Bongarsianis MSS. a quibus abest pronomen *quod*, nullos alios adstipulari animadverto. Wopkens. — Leid. Coll. N. *Ariarathes minor m. c.* pr. Med. *Ariathes per multos cognovit.* Abr. Gronov.

8. Incertum belli. Malim *incerta belli:* sicut Livius XXX. 30. 12. *incerta casuum:* et Tacitus Hist. I. 26. *incerta noctis.* Nam ita quoque vetus dictum habet, relatum a Philone de Fortitud. n. τὰ κατὰ πολέμους ἄδηλα, hoc est, interprete Cicerone ad Attic. VII. 7. fin. *Nemini est exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit.* Quomodo Annibal apud Livium XXX. 30. 22. *Nusquam minus, quam in bello, eventus respondet.* Egregie Seneca Thebaide vs. 625.

nunc belli mala
Propone, dubias Martis incerti vices.
Licet omne tecum Graeciae robur trahas,
Licet arma longe miles ac late explicet;
Fortuna belli semper ancipiti in loco est.

Bernec. — Berneccerus mallet *incerta belli.* Sed nihil mutandum. *Incertum* dicit auctor quod vulgo perperam *incertitudinem.* Vide libri nostri de Latinit. mer. susp. cap. 7. Vorst. — Male quidam editi *bellum.* Livius XXX. 2. *Tria millia militum in eam classem . . scripserunt, et duas legiones urbanas ad* incerta belli. Eumenius Paneg. cap. XV. *Nec vereri* dubia bellorum. Quem locum debeo Celeberrimo Dorvillio, ad Chariton. Aphrod. VI. 9. Adde quae Berneccerus. Wopkens. — Periz. *incertum eventum b. t.* quod ex interpolatione est. Hegesippus lib. I. cap. 11. f. *quorum maxima pars incerto fugae dispersa exstinguitur.* L. 3. Cod. de Vet. iure enucl. *ut humanae naturae incertum repleat.* Claudianus Mamertus lib. III. de Statu animae cap. 4. *ex opinionis incerto.* Salvianus Epist. 8. init. *per opinionis incertum.* Ibid. versus finem: *positus itaque in hoc ambiguae opinionis incerto* etc. Eleganter quoque vetus Interpres verba D. Pauli Epist. I. ad Timotheum VI. 17. μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι Latine transtulit, *neque sperare in incerto divitiarum.* Vide Avum Observ. in Script. Eccles. cap. 6. pag. 67. et Vorstium de Latin. mer. susp. cap. 7. pag. 67. Abr. Gronov.

CONSILIA AD INSIDIAS TRANSFERT. Phaedrus Fab. XXXI. *Consilium raptor vertit ad fallaciam.* WOPKENS.

9. INTER FASCIAS. Feminales fascias accipe, de quibus Casaubonus ad Sueton. Aug. cap. 82. 1. ubi tamen has de braccis etiam recipi posse coniicit, non dissentiente Salmasio ad Histor. August. 23. E. 1. BERNEC. — Intelligit subligar, quod ex fasciis constabat. FABER.

SCRUTATORI. *Scrutatores* in officiis principum fuere. Vide Suetonium Claud. cap. 35. et Vespas. cap. 12. VORST.

REGIO MORE. Qui patet ex Plutarchi Timoleonte cap. 21. et Dione cap. 23. Regiam deinde hanc salutantes scrutandi consuetudinem Romae primus usurpavit Augustus, Senatum legens; Sueton. cap. 35. postea Claudius; idem cap. 35. sed eam omisit Vespasianus; idem cap. 12. post alii repetivere, ut Severus apud Spartianum cap. 6. BERNEC.

CURIOSIUS IMUM VENTREM PERTRACTANTI. Saxo lib. IV. pag. 16. *corpore deinde eius curiosius contrectato.* ABR. GRONOV.

ALIUD TELUM. Scilicet quod salva lege Cornelia gestare licet: se tamen honeste nominari potest. Simili metaphora Catullus Carm. 8. *siculam* dicit: Propert. I. 3. et III. 19. *arma.* Caecilius Hymide: *nihil agit in amore inermus.* Nec aliter Graecis, ὅπλον, ἔντρον, στόρθυγξ. Hinc iocus apud Quintil. VI. 3. 81. BERNEC.

10. EVOCATUM AB AMICIS. Lege, *sevocatum.* Cic. II. Philipp. 14. *cum interficeretur Caesar, tum te a Trebonio vidimus sevocari.* GRONOV. — Olim vidi legendum esse *sevocatum.* Non enim evocabatur ab amicis, sed ab illis sevocabatur. *Sevocare* est seorsum vocare, quod ii faciunt, qui soli cum aliquo sunt collocuturi, ut *seducere* est seorsim ducere, *secubare* seorsim solum cubare. Plaut. Menaechm. V. 9. *Sevocabo herum, Menaechme.* Men. S. *Ambo. quid vis?* Men. *Non ambos volo.* Ovid. *Sevocat hunc genitor, nec causam fassus amoris.* Sueton. Cal. 36. *Egressus triclinio cum maxime placitam sevocasset.* Cic. pro Muraen. *Facit ut rursus plebs in Aventinum sevocanda videatur.* Idem I. ad Famil. Ep. 9. *quoniam quidam nobiles homines inimicum meum me inspectante saepe in senatu modo severe seducerent, modo familiariter amplexarentur.* Hanc emendationem cum communicassem cum celeberrimo et unico lectore nostro Gronovio, ostendit sibi idem dudum venisse in mentem. Postea cum adhiberem Iuntinam, cognovi sic dudum in illa fuisse lectum, uti et in aliis impressis, quod ex variis lectionibus Bongarsii liquet. Sane in Glareani editione legitur: *sevocatum.* Nec puto in posterum quenquam futurum, qui vulgati *evocatum* sit patrocinium suscepturus. Nihil enim eo hoc loco est absurdius. GRAEV. — Bongarsius edidit *evocatum. Sevocatum* vero antiquiores typis impressi, interque ceteros teste Graevio Iuntinus habet. *Sevocare* formatum, ut *seponere*, *seducere*, *secubare;* et ab aliis item usurpatum. VORST.

INTERFICIT: REGNUM CAPPADOCIAE OCTO ANNORUM FILIO . . TRA-

DIDIT. Pr. Leid. *interfecit.* Pr. Med. Magl. Periz. ed. Rom. *regnumque Capp.* eademque cum Mediceis, Magl. ed. Bechar. Vet. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *tradit.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. SED CAPPADOCES. Strabo lib. XII. pag. 273. 35. *Romani*, inquit, *θαυμάσαντες εἴ τινες οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν αὐτοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἑλέσθαι κατὰ χειροτονίαν ὃν ἂν βούλοιντο* etc. BONGARS.

PRAEFECTORUM. Hoc suspectum est. Qui enim sunt praefecti illi, quos hic nominat, et cuius? Ariarathis? quid ergo faciebat Gordius? Num Mithridatis? At in filium octo annorum libido non cadit. In impresso quodam est *praefatorum.* Sed hoc glossatoris videtur, qui volebat praefectos illos de Gordio et filio Mithridatis accipi. Ego censeo, unum Gordium hic innui, de lectione loci nondum possum quid statuere. SCHEFF.

UBI EDUCABATUR, REVOCANT. Mallem *evocant.* Nam *revocare* proprie illius, qui ante dimisit. At hoc non fecere Cappadoces, verum pater Ariarathis huius. Verbo *evocare* alibi etiam hoc sensu utitur. Estque eo verosimilius, sic hic legendum, quia adhaesisse in fine vocis praecedentis videtur huic vocabulo. SCHEFF. — *Revocant.* h. e. illi nuntium mittunt, ut redeat. Incassum argutatur Schefferus, dum ideo *evocant* mavult, quia non Cappadoces, sed pater Ariarathis ipsum in Asiam miserat. WOPKENS.

2. REGNO EXPELLIT. Sec. Med. *pellit.* ABR. GRONOV.

3. NE MITHRIDATES ACCESSIONE CAPPADOCIAE etc. Forte leg. *ne Mithridates velut accessionem Cappadociae, etiam Bithyniam finitimam invaderet.* Sensus est: Ne Mithridates Bithyniam faceret tanquam additamentum Cappadociae. Valer. Max. IX. 1. *Ptolemaeus accessione vitiorum suorum vixit.* et Florus II. 11. 9. *Quidquid insularum in eo mari inter Ceraunios montes iugumque Maleum, Aetolici belli accessio fuerunt.* GRONOV. — Malim cum Heinsio ad Vellei. II. 27. (sine illo *velut*) *ne M. accessionem Cappadociae.* WOPKENS.

5. QUI SENATUI ASSERERET. Legendum, *asseveret.* Cicero in Bruto cap. 57. *Quemadmodum adversarius de quaque re asseverет.* GRONOV. — *Asserere* pro affirmare notum, usurpari a veteribus, at *asserere quid alicui* an reperiatur, dubito. In MSS. Bongarsianis est *asseveret.* Unde putem, Nostrum *asseveraret* scripsisse. SCHEFF. — Verissima est scriptura librorum Bongarsianorum, qui *asseveret* legunt pro *assereret.* Nam *asserere* pro affirmare nusquam apud meliores scriptores veteriores reperitur. *Asserere in libertatem* frequens est. Sed *asserit hoc hic aut ille* deterioris temporis. GRAEV. — Ut initium dicendorum faciam a Graevio, argumentum, quod affert pro stabilienda lectione *asseveret*, existimo nullum esse. nam quemadmodum Vir summus per *meliores scriptores veteriores* sine

dubio Ciceronem reliquosque aureae aetatis auctores intelligit, sic nullum est dubium, quin Iustinus pertineat ad scriptores deterioris, quod Graevius dicit, temporis. quamobrem licet concedam *asserere* pro *affirmare* vix aureae dici aetatis posse, tamen argentea atque adeo Iustini aetate frequentatus iam fuit significatus verbi *asserere* pro *affirmare*. Sic habet Tacitus Annal. lib. II. cap. 83. *asseruit Tiberius, solitum paremque caeteris dicaturum.* idem lib. XVI. cap. 2. *nec missis visoribus, per quos nosceret, an vera assererentur.* vid. Cellarii Cur. Poster. pag. 205. Huc accedit, quod Iustinus alias quoque utitur verbis, quorum usus ex aurea aetate non potest vindicari. e. g. *restaurare*, lib. XX. cap. 5. n. 6. lib. XXXI. cap. 2. n. 8. alibi: *impossibile*, lib. II. cap. 4. n. 18. ubi evolvatur Faber: *adunare*, lib. II. cap. 12. n. 18. ibique Vorstii annotationes. Sic etiam significatio praepositionis *iuxta*, qua idem sonat, quod *secundum*, sine dubio ad deterius tempus est referenda, quam nemo antiquiorum indice Cellario d. l. pag. 249. usurpavit, et tamen ita posuit Iustinus lib. II. cap. 12. n. 25. *quum anceps praelium esset, Iones iuxta praeceptum Themistoclis pugnae se paullatim subtrahere coeperunt.* Si ergo eiusmodi verba in Iustino toleranda sunt, non sane video, cur verbum *asserere* pro *affirmare* pariter ferri non possit, praesertim quum argenteae aetatis scriptoribus minime raro frequentetur. Quod ad Schefferum attinet, dubitat ille, an reperiatur *asserere quid alicui.* At ne id quidem Auctoribus posterioris, cuius etiam Iustinus est, temporis plane inauditum. Palladius lib. III. cap. 17. n. 6. *Mihi asseruit diligens agricola omne insitum sine dubio comprehendere.* Accedit denique, quod Gronovianum *asseveret* huic loco vix conveniat, quum omnino, ut Scheffero iam suboluit, deberet esse *asseveraret.* nam verbum, quod praecedit, *mittit*, requirit imperfectum tempus. quod dum sequentia verba indicant, tum ratio loquendi alias Iustino celebrata. Sic lib. XXXI. cap. 1. n. 2. *legatos ad eum senatus mittit, qui denuntiarent ei.* cap. 2. n. 1. *senatus Cnaeum Servilium mittit, si posset, eum per aemulos eius interficeret.* lib. XXXIIII. cap. 3. n. 1. *mittitur itaque legatus Popilius ad Antiochum, qui abstinere illum Aegypto, aut si iam incessisset, excedere iuberet.* quum igitur dicendi modus, et tempus, quo Iustinus vixit, verbum *assereret* huic loco asserant, illud omnino sine merito reiectum suo loco restituendum putamus. Dresig. — Solenni temporum permutatione (de qua ad lib. XXXIX. 3. 10. videbimus) *mittit, qui s. assereret*, dicitur pro *misit qui s. assereret*, vel *mittit, qui s. asserat. Adserere* autem, *quod* pro adfirmare apud meliores scriptores veteres reperiri negat Graevius, hac notione indignum Iustino esse, nondum dixerim, quoniam sic apud Tacitum, Aur. Victorem, Palladium ac Vegetium occurrit, ut ex auctorum illorum indicibus constat. Quod autem Schefferus dubitat, an usquam ita cum dativo *asserere quid alicui* dicatur; ita Ruffinus Hist. Eccl. I. 3. *Nitebatur sollicitare plebem*, adserens eis, *quod adscriptio census . . imponeret servitutem.* Nihilominus cum viris doctis ex

libris Bong. reponi placet, *qui senatui adseveret*, quia sic nostri codices, praeterquam quod Dorv. 1. *asserueret* habet. WOPKENS. — Ita Medicei, sec. tert. quint. Leid. Periz. Coll. N. *asueret* mendose primus Leid. *assereret* Magl. quart. Leid. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. idque tuetur Cl. Dresigius tomo III. Supplem. ad nova Acta Lips. pag. 229. *Adserta* et *adseverata* etiam inter se miscentur in Cypriani Epist. 42. *a quibus haec omnia cum laetitia communi adserta sunt firmiter et probata.* ubi MS. *a q. haec omnia nobis cum l. c. asseverata sunt firmiter et probata.* ABR. GRONOV.

6. ET NICOMEDI, AD SOLATIUM EIUS, PAPHLAGONIAM ADEMIT. Pr. Med. pr. sec. quart. Leid. Thuan. Periz. Coll. N. ed. Rom. *ad solatia.* Ita supra I. 8. 9. *Orbitatis dolorem in ultionis solatia intendit.* XI. 6. 13. *quos rex impensa ad ceterorum solatia hunatos statuis equestribus donavit.* et XIX. 3. 4. *deferre se tamen civibus suis non modica solatia.* Saxo lib. I. pag. 14. 21. *sed nec mortis Asmundi solatia defuere.* ABR. GRONOV.

8. NEGANT VIVERE GENTEM SINE REGE POSSE. *Gentem*, subaudi, suam, scilicet Cappadocum: quomodo auctor ea voce speciatim etiam utitur XXXVI. 2. 14. Hoc non monerem, nisi magni nominis Politicus, Auctoris ista de *omni gente* pronuntiari censeret. Quod non est ita. Nam etsi de sententia Mithridatis apud Sallust. Histor. lib. IV. *pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt:* hoc tamen iis solum accidit, qui *libertatis dulcedinem nondum sunt experti.* Livius I. 17. 3. Sicuti apud Tacitum XIII. 34. *Armenii, libertate ignota, magis ad servitium inclinant.* Adde de Aegyptiis Herodotum II. 147. Ceteroqui sane *nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertas.* Livius XXXIII. 18. 6. BERNEC.

ARIOBARZANES. Hunc postea regno expulsum refert Cicero pro L. Manil. 5. et auctor ipse cap. seq. 3. BERNEC.

CAP. III.

1. TIGRANES. Lege Strabonem lib. XI. ext. ex quo et ex uno MS. scripsi *obses Parthis*, cum in ceteris sit, *obses a Parthis*, inepte. Appianus Mithr. pag. 176. d. Ariobarzanem a Mithraa et Bagoa Cappadocia pulsum scribit, et in eius locum Ariarathen constitutum: Nicomedem vero Bithynia a Socrate fratre eiectum. BONGARS.

ANTE MULTUM TEMPORIS. Ita Bongarsius et post eum alii edidere. Sed antiquiores typis expressi habent, *ante non multum tempus:* quod ego quidem rectum putem. *Multum tempus* pro multum temporis dicitur, ut *multum oleum*, *exiguum vinum* a Scribonio Largo. Vide indicem in hunc Rhodii. VORST. — Pro *temporis* in editis quibusdam *tempus* legitur, quod non repudiem. At quod iidem adiiciunt *non*, sensumque faciunt contrarium, vix puto admittendum, cum repugnent MSS. E quibus mox pro *sed olim*, sunt, qui *sed olim* malunt. Mihi omnia examinanti locus totus ita videtur scri-

ndus: *obses Parthis ante multum tempus datus, sed nec olim ab* *dem in regnum paternum remissus.* SCHEFF.

SED OLIM. Pro hoc malim *nec olim*, ut Becharius edidit: ut s sit pro non ita pridem. VORST. — Iuntina quoque: *ante non* *ltum tempus, nec olim.* GRAEV.

QUOD OLIM MEDITABATUR. *Olim* abest a Becharii aliisque anti- ribus editionibus: et recte meo iudicio. Non Mithridates olim, l iam tum meditabatur: nec potest quisquam aliquid olim meditari. gnant enim haec inter se, ut quae tempora diversa, praeteritum futurum, aut praesens et futurum, comprehendunt. Meditari ali- s potest quod olim demum sit gerendum, sed non potest olim ditari. VORST. — Vorstius mavult *olim* deleri, quod a quibus- n edd. absit. Non cepit vir doctissimus vim huius particulae. Si- ficat enim h. l. ut saepe, *iam ante longum tempus, iam multo* *e.* Scilicet Mithridates iam diu ante bellum meditabatur Romanis rre; quod ipse Iustinus eodem cap. docet §. 7. ubi: *Nam omnes,* it, *has gentes* etc. Eodem fere modo occurrit haec vox apud ium epist. lib. II. ep. 10. *quod ego olim pro te non temere prae-* *o.* lib. VI. ep. 34. *a quibus* olim *amaris, suspiceris, ornaris.* VIII. ep. 9. Olim *non librum in manus, non stilum sumsi.* *n nescio, quid sit otium.* Ceterum *olim* ad omnia tempora solet rri. Vid. Interpp. ad Plaut. Mil. Glor. I. 1. 2. Apud Plautum e significat *tunc s. eo tempore;* velut h. l. quem laudavi, et in ulo I. 2. 143. et alibi. NAGEL. — Quemadmodum Bechariana ntina, ita et Ven. Paris. Aldina, MSS. Medicei, sec. tert. quart. . Bodl. Coll. N. dant *nec olim.* Magl. Perix. ed. Rom. Flor. *olim* *iisdem*, omissa particula *sed.* pr. Leid. *nec ab iisdem.* ABR. GRON.

2. ET NE QUIS DOLUS etc. Quia nullus est contractuum, qui tur fieri meliore fide: quippe *generi soceris sunt loco filiorum:* *i vicissim in loco parentum suis generis*, ut ait Philo Iudaeus . II. de Monarchia. *Hoc sacrum est, quod nulla permittitur com-* *ione violari. nam quibus obsidibus habeatur fides, si non cre-* *r affectibus?* Cassiodor. Var. III. Epist. 4. pr. BERNEC.

FILIAM SUAM CLEOPATRAM. Inde Appianus Mithrid. pag. 180. C. *ράνης* (legendum *Τιγράνης*) ὁ Ἀρμένιος αὐτῷ κηδεστής ἐστι. r vertit Interpres: cum hoc loco κηδεστὴς sit *gener.* De Nico- e filio pulso vide Strabonem lib. XII. BONGARS.

4. IN QUOD TUM MISSI AQUILIUS ET MANLIUS MALTINUS. Le- m arbitror *Manius Aquilius et M. Attilius.* Vett. quidam, *lius et Marcus Altinius.* Appianus Mithrid. pag. 276. C. *missos* *us* ait, ὧ Μάνιος Ἀκύλιος ἡγεῖτο. quem superatum a Mithri- docet Epitome Livii LXXVII. BONGARS. — Vir summus Tho- Reinesius in Epistola XXIII. ad Rupertium legit, *Aquilius et* *Acilius*, ex Vincentii Bellovacensis lib. VI. Spec. Hist. cap. 101. vide. Iuntae legunt: *Aquilius Manlius, et Manius Attilius.* EV. — Infr. XXXVIII. 4. 4. *Aquilium et Maltinum.* Nec du- illud *Manlius* nihili, et pro *Manius* esse, sive iam Aquilii, sive

Maltini praenomen hoc sit. Iuntae teste Graevio edidere, *Aquilius Manlius et Manius Attilius.* At Becharius et Maior, *Aquilius Mallius et Maltinus.* Bongarsius legendum arbitratur, *Manius Aquilius et M. Attilius.* Certe Appianus principem eorum, qui missi tum ad Mithridatem fuerunt, *Manium Aquilium* vocat. Vorst. — Sec. Med. Magl. Periz. Bodl. ed. Rom. *in quam rem.* Periz. *Marcus Aquilius et Mallius Maltinus.* ed. Paris. *Aquilius Malius et Malthinius*, nec aliter Ven. Flor. quae pro *tum* dant *tamen.* Bechar. Mediol. *in quod tamen missi Aquilius Mallius et Maltinus.* Ald. Iunt. *in q. tamen missi Aquilius Manlius et Manius Attilius*, ac paullo post et cap. 4. *Aquilium et Manium Attilium.* Abr. Gronov.

6. Post haec Mithridates intelligens etc. Iuntae *Mithridates intellecto quantum bellum suscitaret.* Optime. Nihil frequentius Nostro est hac ratione loquendi. Graev. — Ed. Iuntarum, *intellecto*, quod elegantius, et magis e consuetudine Iustini. Faber. — *Intellecto* pro *intelligens* restituit Graevius ex Iuntina, cui consentiunt Aldina atque omnes MSS. Abr. Gronov.

Ad Cimbros etc. Freinshemius legendum putat *Cimmerios*, ex XXXVIII. 7. 10. Nam quomodo huc Cimbri? licet ab illis ortum traxisse quidam fabulentur. Pro *Cimbros* legit *Iberos* Io. Isacius Pontanus. Vide de situ harum regionum Amm. Marcellinum lib. XXII. cap. 11. et seqq. Bernec. — Mediceo, sec. quart. Leid. *Gallos Graecos.* Voces, *ad Cimbros*, *alios*, desiderantur in sec. Mediceo. Pro *Cimbros* Pontanus malebat, *Iberos*, in Epistola ad Berneccerum, quae exstat in Sylloge Epistolarum ab A. Matthaeo publicata, pag. 149. Abr. Gronov.

Auxilium petitum mittit. Sec. Med. Magl. sec. quart. Leid. Bodl. *auxilia.* Vincentius: *misit.* Abr. Gronov.

7. Romanum meditabundus bellum. Saxo lib. XIV. pag. 264. 14. *Sueno Suetica meditabundus bella.* Abr. Gronov.

Beneficiorum muneribus. Per perissologiam, lib. I. 9. 13. et alibi a nobis animadversam, *beneficiorum munera* pro beneficiis dixit Iustinus. lib. XI. 15. *Se nullis in eum meritorum officiis, maximorum illi debitorem mori.* Iul. Firmicus de Err. Prof. Relig. pag. 40. *Exspectantibus sponsum servis felicium* praemiorum *promittitur* munus. Paulinus Nolanus Epist. XIV. 3. *Aliud in eisdem literis divinae* gratiae munus *accepimus.* Paulinus Petrocorius V. Martini II.

Sensit in attactu divini munera doni.

Sulp. Severus Dial. III. 10. *Diversorum* munera gratiarum *in unum hominem conferebat.* Gregorius de Mirac. Martyrum lib. I. 83. *Per hanc enim confessionem . . salutarium* munerum beneficia *meruerunt.* Wopkens.

Ab Scythia quoque. Pr. Leid. Coll. N. nesciunt praepositionem. Periz. *a Scythis.* Vincentius: *de Scythia.* Abr. Gronov.

8. Non magno etc. Qua ratione Mithridates Aquilium et C. Cassium Romanos duces vicerit, lege Appianum Mithrid. pag. 181. et seqq. Bongars.

9. VACATIONEM QUINQUENNII. Ita Cappadocibus in formam prouinciae redactis a Romanis, *quaedam ex regiis tributis deminuta, uo mitius Romanum imperium speraretur.* Tacit. Annal. II. 56. De Macedonibus similia Livius XLV. 18. Adde Sc. Amirat. XX. 7. BERNEC. — Antiquiores typis expressi *quinquennio*; ut quantum in empus concessa vacatio fuerit, casu sexto notetur: id quod sane nec insolens est. Supra I. 9. *Militiae vacationem in triennium permittunt.* VORST. — Vincentius: *vac. quinquennem.* ABR. GRONOV.

ASIANA BELLA INCITAT. Periz. *excitat.* ABR. GRONOV.

11. QUOD CONCIONES DIRECTAS. De iis qui ὑπερμήκεις δημηγορίας historiae inserunt, et ita historiam concionum προσθήκην faciunt, vide initium lib. XX. Diodori. BONGARS. — Quod Livius, Sallustius et alii oratione directa usi sunt, id minime reprehendendum. Et concinnius fecisset Noster, si et ipse orationem directam usurpasset, cum tam longam formare vellet. Placet hac super re iudicium Freinshemii, quod is ad Curt. III. 2. 11. exposuit his verbis: *Ut largiar in brevioribus concionibus decentius hoc fieri* (ut oratio obliqua sit) *hoc certe concedere non possim, in prolixioribus idem obtinere, cum toties inculcanda sint ista* se, sibi *et* inquam, inquit, *quae verba vitanda Cicero, sibi censuit, ne saepius interponerentur. Adde quod vix caveri possit, quin alia quoque hac ratione indecora committantur, verbi gratia in oratione Trogi XXXVIII. 7.* 8. tantumque se avida expectat Asia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum *etc. haec enim directae orationi congruerent, obliquae minus conveniunt.* Observo ipsum quoque Nostrum oratione directa alicubi usum; et quidem XIV. 4. ubi Eumenem; et XVIII. 7. ubi Maleum loquentem inducit. VORST. — Sec. Med. *quod conciones propria oratione operi suo ins.* ABR. GRONOV.

CAP. IV.

1. OPTANDUM SIBI etc. Simillime Pericles apud Thucydidem II. 11. 7. *Qui arbitrium belli pacisque habent, dementes fuerint, si bellum malint. At quibus ea necessitas iniungitur, ut aut cedendo finitimorum ferre dominatum, aut pro victoria belli discrimen adire cogantur; hic qui periculis se subducit, multo maiorem, quam qui eo sustinet, reprehensionem meretur.* Ita Sulpitius apud Livium XXXI. 7. 2. et rursus ipse Mithridates initio epistolae ad Arsacen, ap. Sallust. Histor. IV. BERNEC.

OPTANDUM SIBI FUISSE AIT, UT DE EO LICERET etc. Dorv. 2. haec ita connectit praecedentibus, *eosque variis exhortationibus ad Romana bella sive Asiana incitat: optandum sibi fuisse dicens, ut de eo liceret* etc. omissis illis omnibus *Quam orationem . . historiae modum excesserint.* WOPKENS.

2. QUIN VERO SIT RESISTENDUM IMPUGNANTIBUS. Edit. Rom.

quando vero. Ald. Iunt. *quando vero sit insistendum impugnantibus* Abr. Gronov.

Nec eos quidem dubitare. Scribendum, *ne eos quidem dubitare;* et mox *agatur*, pro *agitur*. Gronov. — Gronovius hic, ut et Taciti Ann. IV. 35. et alibi *nec* ante *quidem* in *ne* mutat, ut etiam observat Dukerus ad Florum II. 5. 3. Sed illud sine librorum auctoritate, ut in hoc Iustini loco, audendum esse, mihi quidem non constat. Wopkens. — Sec. Med. *ne eos quidem dubitare:* quomodo ex coniectura legit Avus. Vide supra VII. 5. 8. Abr. Gron.

3. Quia non id agitur. Ut multa alia in oratione hac indirecta sunt, quae magis orationi directae conveniunt, ita et *τὸ agitur* non tam ad indirectam, quam ad directam orationem pertinere videtur. Vorst. — Numerum eiusmodi soloecismorum indicativi pro subiunctivo, in obliqua hac oratione, minuit MSStorum auctoritas. Ita hic pro *agitur*, in Dorv. 1. et 3. exstat *agatur*, quomodo et coniecit Gronovius. Et recte Dorv. 1. cum Franeq. aliisque *iusserint*, pro *iusserunt* cap. V. 4. et *abstulerint*, pro *abstulerunt*, ibid. 9. vide et ad lib. XXX. 4. 11. At in longe longeque plures huiusmodi infinitivos hic consentire codices deprehendo: uti et lib. XI. 15. 9. et 10. lib. XVI. 1. 17. lib. XIX. 3. 3. 5. et 7. lib. XXVIII. 2. 5. Confer quae ad Tacitum Ann. I. 53. notamus, ut et de permutatione orationis obliquae et rectae, supra ad lib. XXII. 5. 9. Wopkens. — Pr. Med. sec. quint. Leid. Bodl. *agatur:* ut infra cap. 6. 7. *quia ipsi tales reges habeant.* Abr. Gronov.

Sed etiam proelio congressis. MS. Leidensis: *sed etiam proelii congressu.* Ita et alii. Nec male. Boxhorn.

7. Maximis eam . . urbibus possidere. Singularem in modum dixit *Italiam urbibus possidere*, uti fere Curtius V. 1. *Occupare urbem tectis.* Cicero pro domo cap. XLII. *Cum principem orbis terrae virum inclusum domi contineres; cum forum armatis catervis perditorum hominum* possideres. ubi tamen Graevius malebat *obsideres.* uti *opportuna loca armatis hominibus obsidere.* Sallust. Catil. XXVII. idque aptius videtur. Et apud Iustinum, si addicerent libri, libenter legerem *maximas in ea plurimasque urbes possidere;* atque ita post *in ea* sc. Italia, melius sequitur *et latius aliquanto solum finium* etc. pro quo ex Franeq. duobusque Dorv. et aliis MSStis legerim potius cum Scheffero, *et latius aliquanto solum finium, quam in Asia . . iidem Galli occupassent.* In Italia maximas plurimasque urbes, latiusque solum finium, quam in Asia occupaverant, possidebant. Ceterum quod vocem *finium* hic delendam, aut in aliam quampiam mutandam putat Schefferus; equidem si quid novandum esset, coniicerem: *et latius aliquanto solum finitimum* etc. Ovidius ex Ponto II. 9. 4.

Me tibi finitimi *parte iacere* soli.

Sed *solum finium* pro regionis, vel territorii solo, dici hic arbitror. Sallust. Iug. cap. XIV. *Verum ego his* finibus *eiectus sum, quos maioribus meis populus R. dedit.* Vide Wasseum in Indice. Wopk.

Solum finium. Hoc *finium* non videtur Iustini esse, aut sub eo corrupto aliud latere vocabulum, quod difficile divinare. Scheff.

Eosdem Gallos occupasse. Praefero quod habent MSS. Bongarsiani, *iidem Galli occupassent.* Scheff.

9. In partem virium suarum ipse numeret. Mallem legere, *in parte virium suarum ipsum numerare*, id est, inter suae potentiae assertores et propugnatores se habere. Et mox pro *occupaverunt*, *occupaverint.* Gronov. — Constructionem hic non video. Debebat, nisi fallor, scripsisse, *in partem virium suarum se numerare.* An verba, *semper Romanos terruit*, delenda? Fieret profecto melior oratio: *Gallorum autem nomen* (supple, esse) *quod in partem virium suarum ipse numeret.* Scheff. — Non facile haec refingam omnibus libris invitis, sed potius referam inter illa vitia, quibus hanc orationem obliquam laborare Freinshemius doctissimus superius observavit. Graev. — Malunt nonnulli *ipsum* vel *se numerare.* Ego coniecerim, *ipse numerat*, quomodo directa oratio obliquae immiscetur infra cap. 7. *Tantumque se avida* exspectat *Asia, ut etiam vocibus vocet.* Vide itidem quae ad lib. XXII. 4. 9. Vel etiam tentabam *ipsi numerent*, quod sane elegantius. Wopkens.

Hos qui Asiam incolunt. Causae suae potius, quam vero, servit hoc loco Mithridates. Verius de iisdem Florus II. 11. *Gens Gallograecorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta, et adulteratae reliquiae Gallorum, qui Brenno duce* etc. *Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant: sic illa genuina feritas eorum, Asiatica amoenitate mollita est.* Adde Livium XXXVIII. 17. Bernec.

Qui Italiam occupaverant. *Occupaverint* malebat Avus. Sec. Med. *occuparunt.* Abr. Gronov.

10. Tantoque his sagaciora esse ingenia. In MSS. legitur *acriora*, quod miror omisisse sumere in textum. Est enim alterum glossatoris, et quidem prorsus inepti. Ecquid enim hic sagacitas faciat, cum de virtute fortitudineque manifeste praecedat, operositasque itineris duros potius, quam sagaces faciat. Scheff. — Nec hic viro doctissimo possum subscribere. *Sagacitas* an non requiritur in bello? Cur barbari viribus et impetu potentiores victi sunt a Romanis, quam quia hi prudenter secundum artem militarem bella gerebant? *Acres* erant omnes Galli, hoc est intrepidi, bellicosi, sed non sagaces. Sed non ratione bellum gerebant, quae non potest esse sine sagacitate. Pulchre Seneca I. de Ira cap. 11. *Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius, quibus innascuntur innutriunturque*; et quae sequuntur. Dein: *Agedum illis corporibus, illis animis, delicias, luxum, opes ignorantibus da rationem, da disciplinam, ut nihil amplius dicam, necesse erit, nobis certe, Romanos mores repetere.* Hos itaque Gallos, qui virtutem pristinam retineant, difficultates, labores (nam παθήματα μαθήματα) et loca ipsa cultiora, in quibus consederant, sagaciores reddiderant, ut illorum vis magis esset timenda, quam ceterorum.

Acuerant. ratione virtutem, ut Florus loquitur. Plurima possent in hanc rem afferri, nisi res daset in aperto. Graev.

11. Iure imperii. MSS. *vice imperii.* quae lectio omnino praeferenda est. Intelligit enim alteram imperii, et senatus, et consulum partem, ut ipsis essent vices imperii et partes: cum peterent populi Latii ius civitatis, et alterum consulem, et dimidiam senatus partem. Florus I. 14. *Quum ius civitatis, partem imperii ac magistratuum poscerent.* Gronov. — *Iure imperii* etiam Dorv. 3. aliique, ut puto, MSS. neque cum Gronovio ex reliquis omnino praetulerim *vice imperii.* Et nusquam ita Florus allegatus *imperii vices* dixit. lib. XXXIX. 1. *Ut nomen regis penes filium,* ius *autem omnis* imperii *penes matrem esset.* ubi vide. Wopkens. — Plerique MSS. ed. Rom. *pro vice imp.* Paullo post iidem cum vetustis editionibus, *deletos Romanorum exercitus ferri.* Abr. Gronov.

12. Sub iugum missos. Scilicet a Samnitibus ad Caudinas furcas. Liv. IX. 6. Bernec. — Pr. Leid. *sub iugo m.* Abr. Gronov.

13. Ne veteribus immoremur. Mallem *immoretur.* Sed sunt alia quoque huius generis orationi directae propria in hac oratione, de quibus pridem viri docti monuere. ut fortassis Iustini potius, quam librarii haec sit culpa. Scheff. — Cuius emendationem confirmat Iuntina, in qua legitur *immoretur.* Graev. — Saxo lib. XIV. pag. 348. 11. *ne peregrinis diutius immorer, stilum ad propria referam.* Abr. Gronov.

Bello Marsico. Dictum a Marsis belli auctoribus: Strabo lib. V. Dictum etiam Italicum et sociale: de eo lege Appianum, et Florum, et alios: apud quos, et apud Plutarchum, vide historiam belli civilis Mariani et Cimbrici, quorum mox meminit. Orosius V. 19. eodem anno bellum civile commotum et Mithridaticum coeptum scribit. Bongars.

14. Vicino Italiae. Iuntae: *vicinae:* et mox iidem: *multoque periculosius accessisse Italico civile bellum.* Quod praeferendum vulgato *esse.* Graev. — Non erat quod cum Iunt. edit. Graevius mallet *vicinae.* Livius XXXVI. 17. *Exercitatus iam inde ab iuventa* finitimis *Thracum . . bellis.* i. e. finitimorum Thracum. Wopk.

Periculosius esse Italico. Antiquiores typis expressi pro *esse* habent *accessisse:* nec male meo iudicio. Vorst.

CAP. V.

1. Utendum occasione. *Valet in omnibus rebus humanis et pollet occasio, sed maxime in bellicis.* Polyb. IX. 14. et X. 39. Bernec.

Rapienda incrementa. Verbi emphasin exprimit illud Senecae Consol. ad Marciam cap. 10. *Quicquid a fortuna datum est, tanquam extemplo abiturum possideat animus. Rapite ex liberis voluptates: fruendos vos invicem liberis date, et sine dilatione omne gaudium haurite. nihil de hodierna die promittitur, imo nihil de*

[h]ac hora. *festinandum est: instat a tergo mors* etc. Et alibi: in [r]e subita, *rapienda, non capienda consilia.* Ennius apud Ciceronem [d]e Oratore III. 40.

Vive, Ulysses, dum licet:
Oculis postremum lumen radiatum rape.

[B]ERNEC. — Liv. XXVII. 17. *Eam velut primam occasionem raptam.* Lucan. X. 508.

Caesar semper feliciter usus
Praecipiti cursu bellorum, et tempore rapto.

et Stat. V. Theb. 111.

rapuit gavisa Polyxo
Fortunam.

et Paulus ICtus L. 168. D. de Reg. Iuris. *Rapienda occasio est, quae praebet benignius responsum.* GRONOV. — Quis Latine dixerit, *rapere incrementa virium?* Nemo, quod sciam. MS. Leidensis: *rapienda marnica virium.* Ex quo quid elicere possint, videant eruditi. BOXHORN. — Vid. Gronov. Praefat. pag. 36. FR.

QUIEVERINT . . HABEANT. Ed. Rom. *quieverit*, et *habeat.* ABR. GRONOV.

2. SUA . . OCCASIONE, AN ILLORUM. I. e. occasione sibi an illis opportuna. Livius IV. 58. *Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno* sua occasio *peteretur.* lib. XXII. 39. *Armatus intentusque sis, neque* occasioni tuae *desis, neque* suam occasionem *hosti des.* lib. XXXVIII. 45. *Loco aequo*, tempore tuo *pugnasti.* lib. XXXIX. 30. *In eo tumultuario certamine et* loca sua *et genus pugnae pro hoste fuere.* Sallust. Iug. cap. LIV. *Et qui* sua loca *defendere nequiverat, in alienis bellum gerere.* cum nota Wassei et Cortii. WOPKENS.

3. DATI ADVERSUS ARISTONICUM AUXILII. Legendum puto: *lati adversus Aristonicum auxilii.* Nam *dare auxilium* non memini legi apud Latinos scriptores. GRAEV. — Graevius *lati* pro *dati* legendum putat, quia *dare auxilium* se apud Latinos scriptores legisse non meminerat. Et sane semper fere dicit Noster *auxilium ferre*, ut lib. II. 6. 15. lib. IV. 3. 1. lib. VIII. 1. 4. et 4. 11. vel *auxilia ferre*, ut lib. II. 5. 13. lib. III. 7. extr. lib. XXXVII. 1. 2. et lib. XXXVIII. 2. 5. et 10. 8. Sed merito conticuit vir praedictus ad ista lib. XLII. 5. *Neque Tiridaten dediturum se Parthis dixit, neque adversus Parthos Tiridati auxilia* daturum. Atque ita Livius III. 23. *Et similitudo ipsa periculi reposcere* datum *auxilium videbatur.* lib. XXXVIII. 16. *Et auxilia Nicomedi* dant, *adversus Zyboeam . . gerenti bellum.* Ovidius Fastor. VI. 752.

Usus et auxilio est anguis ab angue dato.

Seneca in Oetaeo 1828.

Complectar ossa: reliquiae auxilium dabunt.

Vopiscus in Tacito cap. XIII. *Auxilium* daturi *nostris, si necessitas postularet.* Orosius IV. 5. *Carthaginienses* dato *adversus Romanos auxilio Tarentinis, cum a senatu* etc. Confer quae ad lib. XXXI.

6. 5. Wopkens. — *Lati* pro *dati* legendum suspicabatur Graevius: verum vulgatum tuetur Dukerus ad Livium lib. XXXVIII. cap. 16. Abr. Gronov.

Decedere iusserunt. Pr. Med. Leidenses, Thuan. ed. Rom. *iusserint*. Sec. Med. *secedere*. Abr. Gronov.

Adoptione testamenti. Mira locutio. Quid enim *adoptio testamenti?* Forte, quae fit per testamentum. At hoc nemo ista formula exponit. Dein unde constat, factum id per testamentum? Nisi omnia me fallunt, scripsit Iustinus, *sed adoptione, testamento, et regum domesticorum interitu*. Scheff. — Schefferus legendum statuit, *sed adoptione, testamento, et regum* etc. quia mira locutio ipsi videtur *adoptio testamenti*, pro ea quae fiat testamento; tum etiam quia non constat, hoc per testamentum fuisse factum. Verum ut nec contrarium constat, ita *adoptio testamenti*, ex usu genitivorum tam late patente, satis recte dicitur, quae fit per testamentum. ut *naufragium repentinae tempestatis*, lib. XVI. 3. 10. et eiusmodi plura. Porro non male quatuor nostri *venisset* exhibent pro *obvenisset*, ex usu verbi simplicis isto, de quo commentatores ad lib. XIII. 4. 10. Sed *hereditarium obvenire* rursum dixit auctor lib. XXXVII. 4. 5. Nota denique horum verborum transpositionem eiusmodi, de qua egi ad lib. VI. 4. 9. Ordo enim naturalis is est: *Quid cum Paphlagonia, quae . . hereditaria patri suo obvenisset, se decedere iusserunt, non alterum illud genus belli fuisse? cum inter hanc* etc. Wopkens.

Hereditaria patri suo obvenisset. Sec. Med. pr. tert. quart. Leid. Periz. Coll. N. *venisset*. Abr. Gronov.

5. Parendo, non tamen etc. Idem questi de Romanis Britanni, *Nihil*, inquiunt, *profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur*. Pub. Syrus:

Patiendo multa veniunt, quae nequeas pati.

Adde Thucydidem I. 24. 13. Livium XXXV. 17. 6. et XLII. 1. 8. Bernec.

Cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo non tamen eo mitigaret, quin acerbius se in dies gerant, non obtinuisse. MS. et Iuntae: *Cum hac decretorum amaritudine parendo.* Iuntae quoque *mitigarit*. Totus locus sic est scribendus: *Cum interea huic decretorum amaritudini parendo, non tamen eos mitigarit. Decretorum amaritudo*, sunt amara decreta: de quo loquendi genere plura supra notavi. Graev. — Rectius videtur *mitigarit*. Vorst. — Cl. Vorstius cum Graevio mallet, *mitigarit*. Nec repugno. Illud quaero potius, quomodo cohaereant, *parendo non mitigarit, non obtinuisse*. Manifeste haec mendosa sunt, quae videntur posse sanari, si verba illa *non tamen eos mitigaret*, penitus deleantur. Et existimo ab eo esse, qui sequentia explicare volebat. Scheff. — Facile videas locum hunc vitiose scriptum esse. Sic emendari potest, et ex mente ac stylo Iustini: *Cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo, non tantum eos non mitigasset, quin, ne acer-*

ius se in dies gerant, non obtinuisset. Aliter coniecit amicus noster, alii aliter coniicient, queis plus otii, plus ingenii, plus felicitatis in hoc genere fuerit. FABER. — Non contemno hanc emendationem. Videtur tamen propius a lectione veteri abire, si legamus: *non tamen eos mitigarit.* Quin acerbius se gerant *non obtinuisse.* Nisi malis sequi quod in notis iam ante monui. SCHEFF. — *Mitigaret* recte est in Dorv. tribus aliisque MSS. Sensus: se, quum illos, tam amara in ipsum decernentes, obsequio nullo mitigaret, ne illud quidem effecisse ne acerbius se in dies gerant. *Quin* ita pro ne, ut non, cum verbo *obtinendi* construit Suetonius Tiberio cap. XXXI. Obtinere *non potuit*, quin *rata voluntas legatoris esset.* Confer Sulp. Sever. H. S. II. 29. *Neque ulla re Nero* efficiebat, quin *ab eo iussum incendium putaretur.* Haec si bene perpendissent viri docti, non eliminandum eum nonnullis MSS. credidissent *non obtinuisse*; nec legendum coniecissent, *non tantum eos non mitigasset, quin ne acerbius se in dies gerant, non obtinuisset.* Neque Graevio subscripserim, qui ex eo quod Iunt. cum MSto quodam habeat *cum hac decretorum amaritudine*, legendum credebat, *cum interea huic decretorum amaritudini parendo non tamen* etc. *Inter hanc decretorum amaritudinem* dicitur ut cap. VII. Inter *quas difficultates ne spes quidem praemii foret* etc. Sallust. Catil. cap. XLIII. Inter *haec parata atque decreta Cethegus semper querebatur de ignavia sociorum.* cum nota Cortii. Verboque *parere* sic absolute utitur idem Sallust. Iug. cap. VII. 4. cum Tacito, Velleio aliisque. Ceterum ante illa *in dies gerant* Franeq. aliique MSS. ignorant pron. *se*, uti et illud in Dorv. 1. et 3. praemisit prima manus. Nec raro *gerere* ita venit pro agere, se resve suas gerere. Livius XXXIX. 54. *Neque illos recte* gessisse, *quum in Italiam venirent* etc. et lib. XL. 57. *Sive caesi ab Romanis forent . . sive prospere* gessissent. Sulp. Severus Epist. V. 23. *Cognosce quomodo huius seculi nobilium filiae* gerant. Ruffinus H. Eccles. II. 23. *Quos velut contra legem* gerere *incusans, tradidit lapidandos.* Dictys Cret. lib. V. 12. *Neque segnius per totam urbem incendiis* gestum. Hinc immerito sollicitantur haec Livii XXV. 22. *Quia consules ubi summa rerum esset, ad id locorum prospere* gererent. et Velleii lib. II. 102. *Armeniam deinde ingressus, prima parte introitus prospere gessit.* Novatianus de Cibis Iud. cap. VI. *Nec quia liberalius nobiscum Euangelium* gessit, *continentiam sustulit.* quo loco hunc defende Lactantii Opif. Dei cap. III. *Naturam . . esse novercam, quae cum mutis tam liberaliter* gesserit, *hominem vero sic effuderit* etc. Ita enim *se* ante *gesserit* recte omisit optimus Bonon. cum aliis MSS. WOPKENS. — Ald. Iunt. *cum hac decretorum amaritudine* (ita etiam sec. Leid. sed quintus et pr. Med. *cum haec d. a.*) *parendo non tamen eos mitigari et quin.* sec. Leid. *mitigari, quin.* Porro sec. Med. *acerbius in dies circumcideretur*, omissis postremis *non obtinuisse*, quae ex sequentibus huc transposita fuisse suspicabatur AVUS. ABR. GRONOV.

NON OBTINUISSE. Haec forte delenda sunt, utpote transposita ex sequentibus §. 9. GRONOV.

7. RAPTAM TAMEN SIBI ESSE VICTORIAM EIUS AB ILLIS. Iuntae non invenuste: *raptum tamen sibi esse victoriae ius*. GRAEV. — Editio Iuntina teste Graevio sic: *Raptum tamen sibi esse victoriae ius:* quod non contemnendum. Praecedit enim, *Quam iure gentium victor occupaverat*. VORST. — Pr. Leid. *raptum t. s. e. victoria eius*. Periz. *raptum tamen esse ius victoriae ab illis*. Bodl. *raptum tamen esse sibi ius victoriae eius*. Sec. Leid. ed. Rom. Ald. Iunt. *raptum tamen s. e. victoriae ius*, probantibus Graevio et Vorstio, idemque in codice Duisburgensi reperit Cl. Dukerus, qui in nota ad Livii epit. lib. V. vulgatum defendi posse existimat simili locutione, quam adhibet auctor supra V. 4. 17. *Non Siciliae illis adversa pugna in ore est, sed Graeciae victoria*. ABR. GRONOV.

QUORUM NIHIL. Similia Minio legatis Romanis obiicit apud Livium XXXV. 16. BERNEC. — Sec. Med. *quibus nihil est, nisi b. q.* ABR. GRONOV.

8. NON REGEM BITHYNIAE CHRESTON. Memnon cap. 32. *Μιθριδάτης τὸν Χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδην ἀντεκαθίστη*. ABR. GRONOV..

9. POPULO CAPPADOCUM PRO LIBERTATE OBLATA GORDIUM REGEM ORANTE etc. IDEO NON OBTINUISSE. Non ferunt aures Latinae: *populo orante non obtinuisse*. Iuntae: *populos*. alii: *orantem*. Leg. *populos Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orantes* etc. *non obtinuisse*. cap. 7. iidem Iuntae: *Seu populis eorum conferat suos*. Sic *Latini populi*, *Aequi Volscique populi*, *Samnitium populi* apud Livium. De quo vide multa exempla apud Gronov. ad Liv. V. 34. GRAEV. — Recte Graevius ex Iuntina editione, *populos Cappadocum*. FABER. — Testatur Graevius, editionem Iuntarum habere *populos*, et coniicit legendum esse *populos Cappadocum Gordium regem orantes ideo non obtinuisse:* quomodo Livius dicat *Latini populi*, *Aequi Volscique populi*. VORST. — In Iuntarum est *populos*. Ideo Cl. Graevius mox scribit, *orantes*. Ego, quoniam in libris aliis est *orantem*, malim alterum mutare, ac scribere *populum*. Vitium ex eo natum, quoniam librarius antiqua ratione *populo* cum lineola supra *o* finali scripserat pro *populum*. Inde alii *populo* simpliciter, neglecta lineola, alii *populos* fecere, ut facile colligitur. SCHEFF. — Periz. *deinde populo Capp. propter libertatem oblatam Gordium r. oranti*. pr. Leid. *dein populo optioe Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orant, id eos tamen tantum, quoniam*. ABR. GRONOV.

10. ULTUM IERIT SE. Ita ex Vett. emendavi: quomodo et apud Tacitum legendum docuit me P. Pithoeus, Annal. VI. 36. 1. *Mox Artabanus tota mole regni ultimi id peritia locorum*. Lege, *ultum iit*, ut doctissimus et diligentissimus Lipsius annotavit. BONGARS. — Amat ita loqui Tacitus: ut Annal. XIII. 44. 7. *Iniurias ultum isse*. Forsan imitatione Sallustii Iugurth. 68. 1. *ultum ire iniurias fe-*

stinat. Ita Curtius X. 8. *temeritatem armis ultum ivit.* BERNEC. — *Ultum ierit* recte rescripsit Bongarsius e MSS. Et loquuntur ita et alii. *In eo* ab antiquioribus typis expressis, et inter hos Iuntino abest; adiectumque non aeque bene est a Bongarsio. VORST.

VENTUM OBVIAM IN EO, ET NUNC. Iuntae non agnoscunt *in eo.* rectius abesset. GRAEV. — Error manifestus; pro *in eo* legendum *tunc*, cum mox addat, *et nunc.* FABER. — Recte censent posse τὸ *in eo* abesse. Quod si tamen probis in codicibus reperit Bongarsius, putem Iustinum sic scripsisse: *ab ipsis ventum obviam. Eo et nunc*, ut illud *eo* referatur ad *quod* subsequens; et potest *in* ante *eo* factum esse ab *m*, quod praecedit proxime in fine vocis *obviam.* SCHEFF.

QUIA ULTUM IERIT SE, AB IPSIS VENTUM OBVIAM. Ald. Iunt. *q. ultum se i.* Bechar. *quia inultus ierit Mithridates, ab i.* Pr. sec. quint. Leid. *ab ipsis v. obviam in eo.* ABR. GRONOV.

QUOD NON IMPUNE SE NICOMEDI LACERANDUM . . PRAEBUERIT. Nota transpositionem vocis *Nicomedi*, cum proprius ordo sit, *se lacerandum Nicomedi, saltatricis filio, p.* Cicero II. in Rullum cap. XIX. *Haec P. Servilii imperio et victoria*, clarissimi viri, *vestra facta sunt.* de Divin. I. 32. *C. Coponium ad te venisse Dyrrhachio, quum praetorio imperio classi Rhodiae praeesset, cum primis* hominem prudentem *atque doctum* etc. et ibid. *Marcumque Varronem et M. Catonem, qui tum ibi erant*, doctos homines, *vehementer esse perterritos.* Nepos Praef. *Neque enim Cimoni fuit turpe, Atheniensium* summo viro, *sororem g. h. i. m.* Orosius VII. 31. *Nepotianus deinde Romae, Constantini sororis filius . . invasit imperium.* Sic Livius XXVII. 34. aliique. Confer quae supra ad cap. V. 4. WOPKENS.

SALTATRICIS FILIO. Quae Νύση fuit appellata. Vide Memnonem cap. 33. ABR. GRONOV.

CAP. VI.

1\. NON DELICTA REGUM. Sallustius in epistola Mithridatis ad Arsacem: *Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et ea vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum* etc. Idem et Iugurtha apud eundem Sallustium 81. 2. BONGARS. — Idem Britanni apud Tacit. in Agric. cap. 30. Nec diversus abit Appianus in fine lib. de Bellis Mithrid. BERNEC.

NEQUE IN SE UNO, SED IN ALIIS QUOQUE OMNIBUS HAC SEMPER ARTE GRASSATOS. Cic. III. ad Famil. Ep. 8. *Quod in te bene merito grati essent.* Liv. XXX. 26. *Se nihil nec institutis populi Romani nec moribus suis indignum in iis facturum.* Plinius XXXV. 10. *Apelles et in aemulis benignus.* Virgil. II. Aeneid. 541.

At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit.

Vid. Not. ad Senec. Nat. Quaest. IV. Praef. GRONOV. — *In se*

uno non reiicio penitus. Suspicor tamen, evenisse hic, quod in superioribus, ut pro *unum* librarius scriberet *uno* cum lineola in littera finali *o*, antiqua ratione. Noster certe alibi semper quartum casum apponit verbo *grassari* et praepositioni *in*, non ultimum. SCHEFF. — Male Schefferus suspicatur legendum *in se unum*, dum silet ad ablativum istum *sed in aliis q. omnibus*. Merito autem ablativus hic placuit Gronovio, cuius allatis exemplis ista addantur ex Nostro: lib. I. 6. *Nepotemque* in illo *magis*, *quam victorem egit*. lib. XI. 15. In matre *liberisque suis regium eius . . animum expertus*. lib. XV. 2. *Quasi parum facinoris* in *ipso primum* rege, *mox* in matre . . *admisisset*. lib. XVI. 4. In illo *subitum se ex socio fecit hostem*. ubi tamen Dorv. 3. *illi*, sed non vere, ut mihi videtur. Sallust. Catil. cap. LII. 12. *Sint . . sane misericordes* in furibus *aerarii*. Valer. Max. IV. 1. 10. *Ne ego* in *tua* persona *et accusatoris et testis et iudicis partes egisse videar*. Ad utrumque illum locum adeantur interpretes. WOPKENS. — Plerique MSS. *in uno se, sed*. pr. Leid. Coll. N. *in uno*, *sed:* pronomine *se* absorpto a sequenti vocula *sed*. Iidem MSS. *hac* (Coll. N. *ac*) *saepe arte gr.* Periz. *hac arte saepe gr.* ABR. GRONOV.

3. CUIUS CLASSIBUS PRIMUM. Pr. Leid. Periz. Coll. N. edit Rom. *primo*. ABR. GRONOV.

4. ET QUOD CUM IPSO DEFORME SIBI PUTAVERANT. Pr. Leid. *et quod cum eo def.* Periz. *et quodcunque def.* Saxo lib. XII. pag. 268. 48. *deforme ducentes*, *pacem censu*, *non armis exquiri*. lib. VII. pag. 121. 43. *deforme existimans ferro petere*, *qui ferrum in se convertere viderentur*. ABR. GRONOV.

5. HUIC IMPUTARI VICTUM HANNIBALEM. Non mala tantum, sed et bona *imputari* dicunt: estque *imputari* hic idem quod acceptum referri. Tacitus I. Hist. 38. *Hoc erit solum certamen*, *quis mihi plurimum imputet*. id est, quis plurimum mihi tribuat, et me sibi devinciat. Plinius XXIX. Hist. Nat. 1. *Stertinius imputavit principibus*, *quod HS. quingenis annuis contentus esset*. Saepe casus tertius omittitur. Plinius Paneg. *Copiam tui*, *non ut imputes*, *facis*. Suetonius Tib. 53. *Imputavit etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit*. Sed discrepant nonnihil ab eo quod Noster dicebat. Cum enim illud, ut dixit, per τὸ acceptum referri explicari possit, haec per τὸ expensum ferre explicanda potius fuerint. VORST. — De Syphace Numidarum rege cf. Valer. Max. VI. 9. ANONYM.

6. MODO. Id est ante annos XVI. Nam ἐν πλάτει, seu παρατατικῶς hoc accipiendum est. Ita Cicero in Bruto de annis XXX dixit *nuper*, et Val. Max. I. 1. 13. agens de supplicio Tullii duumviri, quem Tarquinius rex culleo insutum in mare abiici iussit: *Idque*, inquit, *supplicii genus non multo post parricidis lege inrogatum est*. id est, annis a regifugio circiter LX. ubi nonnullos, contra membranarum fidem, extrita negandi particula vitiose legere *multo post*, ostendit Theod. Marcilius Interpretam. Legis XII. Tabularum, pag. 285. sic Plinius XXXV. 10. fin. *fuit et nuper* etc.

ſempe Neronis tempore, cum scriberet Plinius sub Tito. Livius IX. 7. 6. *sicut magnum modo Pompeium.* id fuit spatium annorum minimum XX. Cic. Offic. II. 21. 9. *modo hoc malum in Remp. invait* etc. *nondum centum et decem anni sunt* etc. BERNEC.

UT NE VICTUM QUIDEM MEMORIAE PATRIS DONARENT. Iuntae: *memoriae avi.* Et hoc ratio postulat. Patris nulla hic fit mentio, ed *avi* et *nepotis.* GRAEV. — In ed. Iuntarum pro *patris* legitur *avi;* quod verum est, et iure a Graevio probatur. Avus erat Masinissa. FABER. — Editio Iuntina teste Graevio pro *patris* habet *avi.* Idque ratio postulare videtur; quia non de filio, sed de nepote praedictum fuerat. *Memoriae alicuius aliquem donare* est parcere alicui propter aliquem. Sic sup. XXXII. 2. 5. *Non tam absolutum regem, quam donatum filio patrem.* VORST. — Iuntae: *memoriae avi.* quod historiam postulare dicit Graevius. SCHEFF. — Hanc locutionem illustrat Cl. Graevius ad Ciceronem lib. V. ad Famil. Epist. 4. *Τὸ avi* etiam exstat in Aldina. ABR. GRONOV.

7. TALES REGES etc. Regii nominis odium quantum Romae fuerit, aliquot Livii locis perspicitur: ut II. 1. 10. III. 38. 2. XXVII. 21. 4. etc. Adde Latini Pacati Panegyr. Theodos. cap. 20. BERNEC.

THUSCORUM. Medicei, Magl. tert. quint. Leid. Periz. ed. Bechar. *Tuscorum,* ut supra XX. 1. 7. et *Tusci* eiusdem libri cap. 5. 1. et 9. ABR. GRONOV.

INTER HAEC. Iuntae et aliae vett. edd. *inter hos.* GRAEV.

ATQUE UT IPSI FERUNT etc. An scribendum, *atque ut, ut ipsi ferunt.* Debet enim sequens *sic* habere, quo referatur. SCHEFF. — Inconsiderate rursum Schefferus, qui legendum coniicit *atque ut, ut ipsi ferunt, conditores* etc. quasi ceteroquin *sic* non habeat quo referatur. Apparet verbis his Iustini nihil esse posse integrius. WOPKENS. — Pr. Med. *aut quod ipsi ferunt.* Secundus, et Magl. sec. Leid. Periz. ed. Bechar. Ven. Med. Paris. *alitos,* ut infra XLIV. 4. 12. *cane alitus.* et apud Livium XXX. 28. *alitus atque educatus.* ABR. GRONOV.

LUPORUM ANIMOS. Hinc *lupi* convitio dicti ab hostibus Romani: ut a Volscis Aequisque ducibus apud Livium III. 66. 5. a Telesino Samnitium duce apud Velleium II. 27. 3. BERNEC.

INEXPLEBILES. *Romani raptores Orbis, quos non Oriens, non Occidens satiaverit* etc. inquit Britannicus ille Galgacus in Tacit. Agric. 30. BERNEC.

CAP. VII.

1. MAIORES SUOS A CYRO. Appianus de Mithridate originis huius auctore, ἀνὴρ γένος βασίλειον Περσικοῦ. Florus lib. III. BONG.

SEU POPULUS EORUM CONFERATUR SUO. Antiquiores typis expressi Becharii, et teste Graevio Iuntarum, *seu populis illorum conferat suos;* quod rectius videtur. Sane Romani varios in ditione sua populos habebant: neque minus Mithridates. VORST.

NICATORE SELEUCO. Appianus Syriac. pag. 124. C. Seleucum i victoriis potius, quam ab occiso Nicatore, cognomentum hoc traxim scribit. Livius XLIII. 19. 9. cohortis regiae meminit, quos *Nicato ras* appellabant. BERNEC.

A CYRO DARIOQUE . . REFERAT. An potius *repetat?* Sed de promiscuo horum verborum usu vide Schulting. ad Senecae Suasor II. pag. 20. WOPKENS.

EARUM SE GENTIUM ESSE. Adde necessario, *regem. Earum se gentium regem esse* etc. FABER. — Nisi legamus cum Fabro, *earum se gentium regem esse, quae* etc. Forma ferme talis huius genitivi erit, qua Livius XXXV. 47. *Quod is vere regum stirpis esset.* lib. XXXVII. 53. *Sin autem Antiochi* partis *fuerit* etc. lib. XXIII. 33. *Quae insulae ad Macedoniam vergunt, ea Philippi regis que eius essent.* WOPKENS. — Scilicet *regem* vel *ducem.* ABR. GRON.

4. MULTOQUE SE TIMIDIUS AC DIFFIDENTIUS BELLA PONTICA INGRESSUM. Saxo lib. XIV. pag. 269. f. *qua fide praesens bellum ingredi vellent.* Pr. Leid. *multumque se tim.* ABR. GRONOV.

SOLITUDINIBUS. Plinius Panegyr. cap. 14. Germaniam veterem *prope infinita vastitate interiacentis soli muniri dirimique* dicit Herodianus lib. II. scripsit Imp. Augustum munivisse imperium, cum aliis rationibus, tum ἐρήμῳ γῇ καὶ δυσβάτῳ, *terra deserta et aegre pervia.* BERNEC.

SCYTHIAE PRAETER ARMA etc. VEL FRIGORIBUS INSTRUCTAE. Vides haec non congruere cum oratione obliqua: itaque aut legendum, *Scythiam instructam;* aut cum Iuntis, *Scythas instructos.* GRAEV.

SCYTHAS . . INSTRUCTOS etc. Cum oratio sit obliqua, necessario admittenda est scriptura Iuntarum apud Graevium *Scythas* .. *instructos.* Longe optima lectio est, et quae in dubium vocari haud possit. Vulgata autem vitiosa est, *Scythias* etc. FABER. — *Scythiae instructae* quo referri possit, non apparet. Legendum ergo *Scythiam instructam:* vel, ut teste Graevio Iuntae edidere, *Scythas instructos.* VORST. — Recte Vorstius observat illud *Scythiae instructae* non habere, quo possit referri, et iam Graevius hoc monuerat. Mallem tamen legere non *Scythiam instructam,* ut ipse, verum *Scythia instructa;* postremo locum totum sic distinguere, et legere: *Multoque se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum: cum ipse rudis ac tyro esset, Scythia praeter arma virtutemque animi, locorum quoque solitudinibus vel frigoribus instructa; per quae* etc. *Scythia instructa* regitur ab *esset,* quod ex praecedenti *esset* intelligendum, atque huc trahendum. SCHEFF.

8. TANTUMQUE SE AVIDA EXPECTAT ASIA, UT ETIAM VOCIBUS VOCET. Lego, *tamque se avida exspectet Asia, ut etiam vocibus vocet.* FABER. — Haec et proxime sequentia orationi indirectae, qua auctor usurum se professus fuerat, minime omnium congruunt. VORST. — Ed. Ald. Iunt. *avide,* Bechar. Ven. Med. Paris. *tantumque avida Asia, ut.* Flor. *tantumque se expectent av. A.* ABR. GRONOV.

UT ETIAM VOCIBUS VOCET. Suetonius in Claudio cap. XV. *Ut*

escendentem e tribunali non solum voce revocarent, *sed . . inter-um pede apprehenso retinerent.* Ovidius Epist. X. 34.

Excitor, et summa Thesea voce voco.

t Metam. X. 8.

Et Orphea nequidquam voce vocatur.

bi nihil erat, cur ob cacophoniam *rogatur* cum aliis MSS. mallet urmannus; ut nec *rogari* in his eiusdem libri vs. 507.

Nec Lucina potest parientis voce vocari.

ide et Ennium apud Cicer. de Divin. I. 20. Wopkens.

Odium Romanorum incussit. Scribe, *inussit.* Cic. I. in Ca-il. 6. *Quae notae domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae st?* et II. 9. *Tantus enim illorum temporum dolor inustus est ci-itati.* Gronov. — Haud opus est cum Gronovio, invitis libris, escribi *inussit*, neque enim infrequentius in hac re alterum verbum st. lib. IX. 7. *Parentarique ei quotannis* incussa *populo super-titione, curavit.* lib. XLII. 5. *Metum Phrahati* incussit, *ne bellum Parthiae vellet inferre.* Sic recte ibi etiam omnes nostri, neque ssentior his, qui ex quibusdam editionibus *iniunxit* reponunt. Vel-ei. II. 126. *Recte faciendi omnibus aut* incussa *voluntas, aut im-posita necessitas.* quem locum recte defendit Burmannus. Ex Curtio, Symmacho, Apuleio et aliis plura adderem, nisi vel Lexica otium mihi huius rei fecissent. Wopkens. — *Inussit* legit Avus ad h. l. et lib. II. Observ. cap. 14. pag. 325. nec aliter sec. Med. Cicero Orat. pro domo cap. 34. *Tantum homines impios ex vetere illa coniuratione inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat.* Abr. Gronov.

Incussit rapacitas . . litium. Haec verba num quis eruditorum suspecta sibi esse significaverit, ignoro, quum sola ad manum sit Burmanni editio. Ferri illa non posse, certum est, in obliqua hac oratione; temerarium tamen adfirmare, scriptum fuisse olim, *adeo illis odium Romanorum* incussisse rapacitatem *proconsulum*, sectio-nem *publicanorum*, calumnias *litium:* licet eo vel simili modo scribi debuisse, negaturum opiner neminem. Caeterum τὸ *incutere* contra Gronovium, *inurere* praeferentem, bene tueri videtur Wopkensius in Misc. Obss. Vol. XIV. pag. 305. Nodell.

9. Caeso rege, cepisse. Dorv. 2. *recepisse*, quemadmodum verbum hoc saepius pro accipere, venire, notarunt Gronovius ad Li-vium XXXIX. 23. Freinshemius in Indice Flori aliique. Sic infra cap. VIII. *Laetus . . quod sine certamine fraternum regnum* rece-pisset. lib. XI. 11. *Inde Rhodum Alexander . . sine certamine* reci-pit. Vellei. Paterc. II. 105. *Subacti Caninefates, Attuarii, Bru-cteri:* recepti *Cherusci* etc. et cap. 106. *Victae gentes pene nominibus incognitae:* receptae Cauchorum *nationes . . fracti Longobardi.* Dicitur autem de his, quo parum aut nihil renixos ditioni subdimus nostrae. Wopkens.

Pontum omnem Scythiamque. Periz. *P. omnemque Scythiam.* Abr. Gronov.

Quam nemo ante transire tuto atque adire. Mallem, *quae nemo*, ut illud *quae* referretur et ad Scythiam et ad Pontum. Nam alias non video, quomodo conveniant duo illa verba sequentia *transire* et *adire*, nisi alterum ad Pontum, alterum ad Scythiam referatur. De sola quippe Scythia praeposterum esset dicere prius *transire*, post *adire*. Scheff.

10. Nam iustitiae . . ne ipsos milites. In exiguo verbulo magnus error; lege *nec*, id est, *ne quidem*. Faber. — *Ne* ita pro *ne . . quidem* dici, haud iniuria statuisse videtur Thom. Munckerus ad Hygin. Fab. CCXX. aliique, quos in partes vocavit Cl. Dukerus ad Flori III. 17. 2. Quapropter vix equidem cum Fabro, refragantibus libris, reposuerim *nec ipsos milites* etc. quamvis ita vocula *nec* occurrat lib. XXX. 2. 1. et alibi. Wopkens. — Bechar. Ald. Iunt. *namque iust. Nec ipsos*, correxit Faber pro *ne ipsos*, suffragantibus iisdem Edd. et MS. Coll. N. *Nec* hic idem valet, quod *ne quidem*, ut apud Lactantium VI. 10. 15. *Cum autem nec multitudinem ipsam viderent contra bestias esse tutam, oppida etiam coepisse munire.* et in L. 4. §. 1. D. de Usu et habit. *Nam per contrarium, quin uxor cum marito possit habitare, nec fuit dubitatum.* Abr. Gronov.

Quod solus regum omnium non paterna solum, verum etiam externa regna hereditatibus propter munificentiam adquisita possideat. Pr. Leid. *non patria solum.* Rupertus in Epistola XII. ad Reinesium pag. 324. de hoc loco scribit: „An merentur traie„ctionem: *non paterna solum hereditatibus, verum etiam externa* „*regna propter munificentiam acquisita obtineat?* an insertam co„pulam: *hereditatibus ac propter munificentiam?* Abr. Gronov.

Colchos. Strabo lib. XII. Bongars.

Bosphorum. Nempe Cimmerium. Bernec. — Hic agitur de faucibus Cimmerii freti, non de angustiis freti Byzantini. Sed vellem hunc errorem ex omnibus libris sublatum esse. Scribi enim debet *Bosporus*, non *Bosphorus*. Faber.

CAP. VIII.

1. Post annos tres et viginti. Pro annis tribus et vig. post sumptum regnum. Simile illi quod XVIII. 3. 5. observatum, *ante annum Troianae cladis.* Vorst. — Sec. Leid. *p. annos XIII. sumti regni.* Abr. Gronov.

2. At in Aeg. mortuo rege Ptolemaeo. Post Ptolemaeum Philometorem ordo successionis regum Aegypti mutatus est: huc usque enim patri filius successerat. At Philometori frater successit Euergetes II. dictus, et Physcon. Strabo lib. XVII. Vide Epitomam Livianam LIX. et Orosium V. 10. Bongars. — Coll. N. *atque in Aegypto.* ed. Rom. *Tunc et in Aegypto rege inter haec Ptolemaeo mortuo.* Abr. Gronov.

3. Laetus igitur hoc solo Ptolemaeus, quod sine certa-

INE FRATERNUM REGNUM RECEPISSET, IN QUOD SUBORDINARI ET A ATRE CLEOPATRA, ET FAVORE PRINCIPUM, FRATRIS FILIUM COGNOERAT. Pr. Leid. *laetus igitur Ptol. hoc solo*, et *cepisset*. Vincenus lib. VI. cap. 89. *Laetus igitur Ptolemaeus, quod sine certamine raternum regnum cepisset, cognoscens, subordinari a matre Cleoatra et principum favore fratris filium*. ABR. GRONOV.

4. INTERFICIT. Vincentius: *interfecit*. ABR. GRONOV.

5. QUI EUM IN REGNUM VOCAVERANT. Idem: *ad regnum*. ABR. RONOV.

OMNIA SANGUINE QUOTIDIE MANABANT. Pr. Leid. *manebant*. Ielius sec. Med. *madebant:* ut supra XXVIII. 4. 7. *suo pariter et ostium cruore madens*. ABR. GRONOV.

6. 7. QUIBUS REBUS etc. Tertullianus Apologet. cap. 37. *Si anta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a obis, suffudisset utique dominationem vestram tot qualiumcunque missio civium: imo etiam et ipsa destitutione punisset; proculdubio expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et tuporem quendam quasi mortuae urbis quaesissetis quibus in ea imperassetis*. BERNEC.

8. LEGATIS ROMANORUM. Meminit huius legationis Strabo lib. XIV. BONGARS. — Valer. Max. IV. 3. 13. Scipionis continentiam laudat, quod hanc legationem, septem tantum servis comitatus, obierit. Plut. Apoph. Rom. cap. 23. BERNEC.

QUI AD INSPICIENDA. Apud Vincentium corrupte legitur: *ad aspienda*. ABR. GRONOV.

9. SAGINA VENTRIS. A qua Ptolemaeus hic, *Physcon* est appellatus, hoc est ventricosus, obesus. BONGARS.

BELLUAE. Medicei, pr. quart. Leid. ed. Bechar. Med. *beluae*. ABR. GRONOV.

10. SUBTILITAS PERLUCIDAE VESTIS. De his vestibus Ceis sive Cois Plinius XI. 22. *In Ceo mulier Pamphilia excogitavit rationem, ut denudet feminas vestis*. et cap. seq. *Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter aestivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes*. In eas graviter invehitur Seneca de Benef. VII. 9. et Epist. 90. et Consol. Helviae cap. 16. Pellucidis vestibus Tarentinos amictos refert Athenaeus XII. 5. pag. 522. Aelian. VII. 9. Hieron. advers. Helvid. sub fin. Dio apud Vales. III. 93. BERNEC.

PRORSUS QUASI ASTU INSPICIENDA PRAEBERENTUR. Vincentius: *prorsus quasi arte aspicienda praeberentur*. In primo Leid. quoque exstat *arte*. ABR. GRONOV.

11. POST DISCESSUM DEINDE LEGATORUM (QUORUM AFRICANUS, DUM INSPICIT URBEM, SPECTACULO ALEXANDRINIS FUIT) IAM ETIAM POPULO PEREGRINO INVISUS. Vincentius: *dum inspiceret urbem*. Pr. Med. ed. Bechar. Ald. Iunt. *Alexandrinis fuit, Ptolemaeus iam etiam pop*. sec. atque ed. Rom. *Alexandrinis fuit, iam etiam Ptolemaeus pop. peregr. inv*. Periz. *peregrino populo*. *Inspicit urbem*, ut apud

Spartianum Severo cap. 17. *Nam et Memphim et Memnonem, et py ramides et labyrinthum diligenter inspexit.* Abr. Gronov.

Matris pellice. Pellicem non dicitur habere vir, sed uxor. Sic Suetonius *pellicem reginae* dixit Caes. XLIX. Anonym.

12. Detrahit. Detrahere est de loco superiore deiicere et amovere. Imagines autem sublimes dedicari solitas, est notum. Aptum ergo verbum, quo in re simili utitur Sueton. Domitian. 13. 4 et inter senatus acclamationes, extincto Commodo, fuit haec: *gladiatoris statuae detrahantur.* Lamprid. cap. 19. Bernec.

Arcessitum maximum deinde etc. Vincentius lib. VI. cap. 94 *Arc. deinde m.* Periz. *et accersitum deinde m.* Abr. Gronov.

Statuas et imagines eius. Vincentius: *statuas eius et im* Abr. Gronov.

13. Filium. Nomine Menephitem, referente Val. Max. IX. 2 Ext. 6. Truculentum hoc facinus memoratur etiam in epitome Livian LIX. Legendum *Memphitem* ex Diod. apud Vales. 354. et 374. Bernec.

In cista compositum. Antiquiores typis expressi *impositum.* Legendum ergo fortasse *in cistam impositum.* Vorst.

Die natalis. Subintellige *lucis.* Plin. XXXVII. Nat. Hist. 2. *Tertio triumpho, quos pridie Calend. Octob. die natalis sui egit, transtulit alveum* etc. Lamprid. in Commodo cap. 10. *Eum etiam, qui Tranquilli librum vitam Caligulae continentem legerat, feris obiici iussit, quia eandem diem natalis habuerat, quam et Caligula.* Cod. Theodos. VI. Tit. XXIX. L. 6. *Felicis natalis nostri die.* Gronov. — Bongarsius edidit *die natalis eius;* idque Berneccerus et alii retinuere: quod miror. Et sane τὸ *natalis* nomen adiectivum, cumque altero convenire hoc oportet casu. Quod *natalem,* subaudito *diem*, dicunt, id saepissime quoque plene *diem natalem* appellant. Vorst. — Frustra Schefferus, quia in quibusdam edd. (ut Dorv. 3. a m. prima) *impositum* exstat, *in cistam impositum* legendum coniicit. lib. XX. 2. *Pulvinaria iis in navi componunt.* Recte autem, secus quam Vorstius putabat, *diem natalis* dici pro die natali, exemplis ostendit Gronovius, quibus addi sequentia possunt. Incertus Paneg. Constantino Augusto cap. XVI. *Ut ipsum* diem natalis *sui ultima sua caede signaret.* Spartianus in Adriano cap. XXVI. *Ante* diem natalis *eius nescio quis* etc. vide et in Caracalla cap. VI. Lactantius I. 20. *Certamque pecuniam reliquit, cuius ex annuo foenore sui* natalis dies *celebraretur.* sic enim bene optimus Bonon. MS. pro *suus natalis dies.* Wopkens. — Ed. Bochar. Flor. Med. Ald. Iunt. *impositum*, et *afferri curat.* Medicei sec. quint. Leid. Magl. Periz. Coll. N. ed. Rom. Flor. Paris. Ald. Iunt. et Vincentius: *die natalis eius.* Auctor Panegyrici Constantino dicti cap. 16. *ut ipsum diem natalis sui ultimi sua caede signaret.* Abr. Gronov.

14. Quae res. Vincentius: *Haec res.* Abr. Gronov.

Luctu incenderetur. Ita et Graeci loquuntur, et, si satis

commemini, Virg. Exemplum Graecum est apud Simonidem, et alios. Sed hic characteres Graecos non habeo. FABER.

15. VERSO IGITUR STUDIO PRINCIPUM AB EPULIS IN EXSEQUIAS. Ita Saxo lib. II. pag. 38. 31. *Convivio in exsequias verso.* Pr. Med. Magl. pr. tert. Leid. Coll. N. ed. Rom. atque Vincentius; *ad exsequias.* ABR. GRONOV.

MEMBRA LACERA. Ed. Rom. Flor. Ald. Iunt. aliaeque; *membra lacerata.* ABR. GRONOV.

CAP. IX.

1. CUIUS IPSIUS VARII ET MEMORABILES CASUS FUERE. Saxo lib. II. pag. 20. 1. *cuius* (Frothonis) *varii insignesque casus fuere.* Medicei, Magl. pr. quint. Leid. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *cuius et ipsius v.* ed. Bechar. *eius: cuius ipsi v.* ABR. GRONOV.

2. UT SUPRA DICTUM EST. Scilicet XXXVI. 1. BERNEC. — Pr. Leid. *sicut iam s. d. e.* In Mediceis, Magl. pr. sec. quint. Leid. Periz. scriptum est, *sicut:* quae particula in simili locutione auctori usitatior est: ut II. 9. 2. *sicuti supra significatum est.* et XXIII. 3. 1. ex Mediceis et Magl. *sicut supra dictum est.* ubi particula *supra* in reliquis exemplaribus tam typis quam manu exaratis desideratur. ABR. GRON.

3. ARSACIDES. Error pudendus; leg. *Arsaces.* Ita alibi Iustinus, et res notissima est. Unde XLI. 5. *Cuius memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent.* FABER.

MISSO IN HYRCANIAM. Supr. XXXVI. 1. 6. Similis magnanimitas Alexandri XI. 9. 15. BERNEC.

CUI ARSACIDES PARTHORUM REX . . . FILIAM IN MATRIMONIUM DEDIT. Appianus de Bell. Syr. pag. 213. de Demetrio scribit: ἐπὶ δὲ Παρθυαίους καὶ ὅδε μετὰ Σελεύκου ἐστράτευσε, καὶ γενόμενος αἰχμάλωτος, δίαιταν εἶχεν ἐν Φραάτου βασιλήΐῳ, (ed. Steph. βασιλέως,) καὶ Ῥοδογούνην ἔζευξεν αὐτῷ τὴν ἀδελφὴν ὁ βασιλεύς. ABR. GRONOV.

4. PRIVATAM ETSI OPULENTAM VITAM PERTAESUS, TACITUS IN REGNUM FUGAM MEDITATUR. Saxo lib. XV. pag. 368. 28. *Fioniensium Iutorumque comitatum pertaesus.* Idem lib. XIV. pag. 270. 49. *fugam meditans.* ABR. GRONOV.

5. GALLIMANDER. Hic Iosepho Καλλίμανδρος dicitur. GRONOV. — Scribendum *Callimander.* FABER. — Sec. Med. sec. Leid. Bodl. Periz. ed. Rom. *Callimander:* ut malebat Faber. Ed. Bechar. Ald. Iunt. *Calimander.* Καλλίμανδρος dicitur Porphyrio in Eusebium pag. 22. 2. ABR. GRONOV.

DUCIBUS. Scil. viae seu itineris ὁδηγοῖς. Ea voce simpliciter utitur quoque Livius XXII. 13. 6. et Suetonius Caes. 31. 3. Recentiores Graeci pro ὁδηγεῖν dixerunt διασώζειν, et duces viae vocarunt διασώστας, item ἀνασώστας. Utuntur et in Latinum corrupta voce δουκάτωρ. Meurs. Glossar. Graecobarb. BERNEC.

6. ARSACIDAE. Legendum, *Arsaci.* FABER.

7. PRAEMIUM FIDEI. Simile exemplum de Mithridate et Attilii libertis habet Appianus Mithrid. 233. pr. et plura in hanc rem Gruterus Dissertatione 48. ad Tacitum. BERNEC.

ARCTIORIBUSQUE CUSTODIIS OBSERVARI IUBET. Periz. *artioribusque studiis.* Medicei, pr. quart. quint. Leid. ed. Bongars. *artioribusque*, ut supra XXVII. 3. 10. *servari eum artissima custodia iubet.* Ammianus lib. XIX. cap. 3. *licet ob custodias artas nullus facile oppidum poterat introire.* Plura exempla collegit Nob. Heinsius in Animadv. ad Tacitum lib. I. Ann. cap. 5. tom. IX. Miscell. Observ. pag. 282. Ed. Bech. Ven. Flor. Med. *et arctioribus custodibus.* Ald. Iunt. *et arct. custodiis.* ABR. GRONOV.

8. DEPREHENDITUR. Acidalius ad Vell. II. 130. 8. monet hic legendum, *reprehenditur*, quod proprium de fugiente verbum. Ita Curtius IV. 14. 3. *reprehensi ex fuga Persae.* hoc est, retracti. Livius aliquoties: ut II. 10. 3. XXXIV. 14. 6. etc. Sueton. Calig. 45. 5. BERNEC. — Recepi ex MSS. et Iuntina *reprehenditur.* quomodo legendum olim divinaverat Acidalius ad Velleium. Curtius: *reprehensi ex fuga Persae.* Phaedrus: *elapsum semel non ipse possit Iupiter reprehendere.* GRAEV. — Recte ex MSS. et ex Iuntina Graevius, *reprehenditur.* Est enim proprium eorum quos certi homines reducunt ex fuga. Id etiam *retrahere* dicebant. Sallust. *Quem pater ex fuga retractum* . . . . in Catilin. et Terent. *retraham hercle fugitivum argentum.* Sed et ita Iustinus XXXVIII. 10. 11. *Ad quem retrahendum cum turmas equitum festinato misisset* etc. Quin hoc libro cap. 9. 6. *Per compendiosos tramites occupatum retrahit.* FABER. — Bongarsius et alii ediderunt *deprehenditur.* Sed legendum sine dubio *reprehenditur:* ut teste Bongarsio in quibusdam MSS. et teste Graevio in editione Iuntina est. *Reprehendere* est rursus prehendere: quae significatio maxime quoque propria est. Vide et lib. de Latinit. F. Susp. pag. 180. VORST. — *Reprehenditur.* Ita Medicei, sec. quint. Leid. Periz. ed. Bechar. Ven. Flor. Ald. Iunt. et priores Graevianae, idemque in aliis MSS. reperisse se testatur Cl. Oudendorpius ad Suetonium Calig. cap. 12. Adde Cl. Dukerum ad Florum III. 16. 6. et Vorstium de Latin. falso susp. cap. 16. pag. 180. ABR. GRONOV.

9. CIVITATEM. Ut alibi, provinciam, rempublicam. *Civitatem* vocat totam Hyrcaniam, non aliquam urbem. FABER.

TALISQ. AUREIS AD EXPROBRATIONEM PUERILIS LEVITATIS etc. Puerilis enim talorum ludus est. Hinc illud Lysandri apud Plutarch. Apophtheg. Lacon. cap. 94. *Pueros talis, viros iureiurando decipi debere.* De talorum tesserarumque iactu plura collegit Hadr. Iunius Animadvers. II. 4. BERNEC. — Sec. Med. *aleisque.* Primus, et Magl. Leidenses, Reg. Bodl. Thuan. Periz. *in exprobrationem.* Saresberiensis lib. I. Policr. cap. 5. pag. 25. *Regi quoque Demetrio in opprobrium puerilis levitatis tali aurei a rege Parthorum dati sunt.* ABR. GRONOV.

10. TAM MITEM IN DEMETRIUM CLEMENTIAM. Valde metuo, ne in vitio cubet hic locus. Ecquid enim *mitis clementia?* cui fini hoc epitheton adiicitur? num quae non mitis clementia? Ergo plane suspicor, Iustinum scripsisse, *tam miram in Demetrium clementiam.* SCHEFF. — Schefferus *miram in D. clementiam*, non *mitem* legendum credebat, quia nulla clementia non mitis est. Sed inanem eiusmodi argumentationem esse, iam vidimus in dictionibus *domita mansuetudo*, lib. XV. 4. et *puer immaturae aetatis*, lib. XXX. 4. Pariter autem Lactantius de Mort. Persec. cap. XXXIV. *Contemplatione* mitissimae *nostrae* clementiae . . *promptissimam in his quoque indulgentiam nostram credidimus porrigendam.* Sic Paulinus Petroc. de vita Martini V. 262.

Immiti feritate *fremens intraverat urbem.*

i. e. magna feritate. Orosius VI. 7. *Quorum adeo* indomita feritas *praedicabatur, ut nunquam in id tempus mercatores ad se admiserint.* Talia sunt *solers industria*, supra lib. XIII. 6. 18. *Secundus favor*, lib. XXXIV. 3. 9. *Infelices miseriae*, lib. XVIII. 7. 14. *Festinata velocitas*, lib. XXXVI. 4. 11. *Velocitas pernix*, lib. XLIV. 2. 5. et innumera alia. WOPKENS. — Periz. *in Demetrio.* ABR. GRONOV.

NON MISERICORDIA GENTIS etc. Eodem respectu, *Arminii coniux et filius non hostiliter habiti* a Romanis: Tacitus I. 10. Sic *Maroboduus Ravennae habitus, si quando insolescerent Suevi, quasi rediturus in regnum ostentabatur.* Idem I. 36. BERNEC.

RESPECTUS COGNATIONIS. Saxo lib. XIV. pag. 280. 13. *sub respectu cognationis.* ABR. GRONOV.

ADVERSUS ANTIOCHUM FRATREM. Qui *Sidetes* dictus est. Eius in Parthos expeditionis meminit Livii epit. LIX. et Orosius V. 10. et Appianus Syr. qui Antiochum victum, sibi ipsi manus attulisse refert. BONGARS.

CAP. X.

2. LXXX MILLIA ARMATORUM. Orosius V. 10. *Centum millia armatorum, ducenta millia amplius calonum atque lixarum, immixta scortis et histrionibus.* BONGARS. — Tacit. Histor. III. 33. 1. *Quadraginta armatorum millia irrupere: calonum lixarumque amplior numerus.* BERNEC.

OCTOGINTA MILLIA ARMATORUM SECUTA SUNT TRECENTA MILLIA LIXARUM. Sec. Med. et Orosius lib. V. cap. 10. *ducenta millia lixarum.* Posterius *millia* ignorant pr. Med. pr. sec. tert. quart. Leid. Coll. N. ed. Bechar. Mediol. XXX. *milia lixarum* Ald. Iunt. Paris. ABR. GRONOV.

SCENICORUMQUE. Hoc MSS. Bongarsiani non agnoscunt; et videtur rectius abesse. SCHEFF.

3. CALIGAS AURO FIGERENT. Caligas inter calceamenta fuisse, vel ex hoc loco manifestum est: et imperite *braccas* sic appellari

vulgo censemus, quarum tamen usum veteres Romanos, Graecos, Hebraeos penitus ignorasse, Casaubonus demonstrat ad Sueton. Aug. cap. 82. Ceterum de hoc calceamentorum luxu multa collegit ex antiquitate Phil. Rubenius in Electis II. 14. Adde quaedam ex Brisson. Antiq. II. 5. et Pancirolli Deperditis pag. 338. et seqq. BERNEC. — MS. *suerent.* Festus in voce *Mustricola: Mustricola est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur.* GRONOV. — *Caligae* hic munimenta pedum: ut vel ex verbo *proculcare* quod sequitur apparet. Valerius Max. IX. 1. Ext. 4. eadem de re agens, *aureos clavos crepidis subiectos* ait. ubi quod Noster *aurum* dicit, *aureus clavus;* quodque *caligam* vocat, *crepida* appellatur. Vide et Nigronium in lib. de Caliga Veterum, et Casaubonum in Suetonii Augustum. VORST. — Hoc *figerent* suspectum est. Ut enim fulmenta solearum figuntur, aut suffiguntur, ita non soleae ipsae, aut caligae. MSS. habent *facerent*, *fierent*, a quo posteriori proxime abest *suerent*, quod itidem in quodam reperitur. Et puto rectissime de caligis usurpari. Suuntur auro, quando fulmenta clavis aureis suffiguntur. Sed fortasse nil in Nostro est mutandum. Nam et Plinius ad hunc ipsum fere modum XXXIII. 3. *Agnonem Toium Alexandri Magni Praefectum aureis clavis suffigere crepidas* solitum ferunt, quanquam libri veteres ibi habeant, *configere*, quod rectius videtur. Neque aliter accipiendum *figere* apud Nostrum, quam ut simplex pro composito *configere*, quod frequenter in talibus usurpant. Sic Columella VII. 3. *Robustam tabulam configunt aculeis.* Nisi quis plane censeat, apud Nostrum primitus fuisse *auro configerent;* post librarium compendiose scripsisse *cofigerent*, cum lineola in *o*, postremo illud *co* a praecedenti *re* absumptum esse. SCHEFF. — Magl. sec. Leid. *suerent.* tert. quart. Coll. N. et C. C. ed. Rom. Saresberiensis lib. VI. Policr. cap. 14. pag. 363. *facerent.* Bechar. Ald. Iunt. aliaeque, *fingerent.* Periz. *auro caligas figerent.* ABR. GRONOV.

CUIUS AMORE POPULI FERRO DIMICANT. Penultimam vocem ignorat Saresberiensis. ABR. GRONOV.

5. ADVENIENTI ANTIOCHO MULTI ORIENTALES REGES OCCURRERE. Sec. Med. *advenienti igitur Antiocho.* Periz. *occurrunt.* ABR. GRON.

6. CUM BABYLONIAM OCCUPASSET. Pr. Leid. *Babilonem.* tertius, *Babylonem.* Ald. Iunt. *Babylonem cum occ.* ABR. GRONOV.

8. COPIARUM PRAEBITIONE. In MS. legitur *exhibitione*, quod praefero, vulgatumque huius habeo pro glossemate, *copiae* de rebus necessariis intelligendae cum ad victum, tum ad alia. SCHEFF. — Magl. et MS. Bong. *copiarum exhibitione.* ABR. GRONOV.

ET DIE STATUTA. De vesperis Siculis, et eiusmodi laniensis improvisis, vide collectanea Camerar. Hor. Subcis. I. 83. BERNEC.

DIVISUM EXERCITUM. Frontinus Strategem. I. 8. 11. Polyb. apud Vales. 37. BERNEC.

9. PROGREDITUR. IN ITINERE. Sec. Leid. Magl. *Progreditur, et in itinere.* ABR. GRONOV.

10. VINCERENT. Forte *vinceret*. FREINSHEM. — Probo conjecturam Freinshemii, et lego, *vinceret*. SCHEFF. — Freinshemio reponenti *vinceret* suffragatur Periz. De Antiochi Sidetae morte Appiani a Bernecc ero laudati verba haec sunt: *καὶ στρατεύει καὶ ὅδε (Ἀντίοχος) ἐπὶ τὸν Φραάτην, τὸν ἀδελφὸν αὐτῶν· ὁ μὲν δὴ Φραάτης αὐτὸν ἔδεισε, καὶ τὸν Δημήτριον ἐξέπεμψεν· ὁ δ' Ἀντίοχος, καὶ ὅς συνέβαλλέ τε τοῖς Παρθυαίοις, καὶ ἡσσώμενος, ἑαυτὸν ἔκτεινεν*. Pro *καὶ ὃς* in Mediceo codice scriptum est *καὶ ὡς*. Hinc forte legendum, *ὁ δ' Ἀντίοχος κακῶς*. *Κακῶς*, *infeliciter*, ut apud Herodotum lib. IV. cap. 205. de Pheretima: *ἀπέθανε κακῶς· ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσεν*. et Aelianum lib. XIII. V. H. cap. 31. *κακῶς ἀπαλλάξας*. Idem quoque lib. X. de Nat. Anim. cap. 34. violenta morte Antiochum periisse tradit: *Καὶ Ἀντιόχῳ δὲ νεοττεύουσα (χελιδὼν) ἐν αὐτοῦ (σκηνῇ) τὰ μέλλοντα οἱ ἀπαντήσεσθαι ὑπηνίξατο· ἀνελθὼν γὰρ εἰς τοὺς Μήδους, εἶτα μέντοι οὐκ ἐπανῆλθεν εἰς τοὺς Σύρους, ἀλλ' ἑαυτὸν κατά τινα ἔωσε κρημνόν*. ABR. GRONOV.

OCCIDITUR. Appianus Syr. pag. 132. b. ipsum sibi manus intulisse scribit. BERNEC.

CUI PHRAHATES EXSEQUIAS. Periz. *cuius Phrahates*. Ald. Iunt. *Phraates*, ubique. ABR. GRONOV.

SECUM ANTIOCHUS ADDUXERAT. Primus Mediceus, Periz. Leidenses et Bongarsiani, *advexerat*. ABR. GRONOV.

11. FESTINATO MISISSET. Saxo lib. XI. pag. 218. 5. *Slesvicum festinato contendit*. et lib. XIV. pag. 252. 39. *festinato post ipsum pervehitur*. ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XXXIX.

CAP. I.

1. OBSIDIONE PARTHORUM LIBERATUS etc. *Obsidio* pro captivitate, ut supra non semel. De initio captivitatis eius Demetrii dixit supra lib. XXXVI. VORST. — Periz. *liberatus deinde ac r. in r.* Coll. N. *liberatus*, *deinde rest. in r.* pr. Leid. *obsidione lib. dein rest. in r.* omissa voce *Parthorum*. ABR. GRONOV.

2. ALTER OCCISUS ERAT, PROSPERE GESSISSIT. Omnino scribendum *cessissent*. VOSS. — Num ille fratris bella gessit? MSS. *gessissent*. Leg. *cessissent*, cum Iuntis. Ita et in MSS. XL. 2. *Quod gesserit Tigrani non daturum*. pro vulgato *quo cesserit Tigrani*. ut I. 10. *Tanta patientia cessisse eo* (regno Persarum) *quod ut eriperent Magis*, *mori non recusaverint*. et lib. XXXIX. 2. *Cedere se illi regno*, *quod Romani occupaverint*. GRAEV. — Illustr. Vossius emendaverat, *cessissent*, quod postea in Ed. Iuntarum seri-

ptum reperit Graevius. Ita etiam emendaverat Bongarsius ante Vossium in Var. Lect. In vulgatis corrupte legitur, *gessisset*. Faber. — Vidit Is. Vossius, legendum esse, *cessissent:* idemque in editione Iuntina manifeste expressum reperit Graevius. Iuvat item coniecturam, quod codices quidam MSS. numero plurali *gessissent* habent. Vorst. — *Cessissent* pro *gessissent* recte emendavit Vossius, cuius coniecturam non solum tuetur editio Iuntina, verum etiam Aldina et sec. Med. *evenissent* Magl. *evasissent* sec. Leid. Utrumque ortum ex glossa *τοῦ cessissent*. *Cessit* pro *gessit* quoque ex MSS. Ovidio restituit Nob. Heinsius lib. II. Fast. vs. 382. Bodl. *egissent*. Abr. Gronov.

Ita Aegypto. *Τὸ ita* supervacuum videtur. Gronov. — Particula *ita* sollicitari, quasi supervacua, non debuit, uti vidimus ad lib. I. 8. 4. et lib. XII. 15. 11. Wopkens.

3. Dum aliena etc. Loci huius est fabula de camelo, qui cornua affectans etiam aures perdidit. Bernec.

Apamenii. Scriberem, *Apameni*. Vid. tamen Steph. de Urbibus. Faber. — Medicei, Thuan. tert. quint. Leid. Bodl. Periz. ed. Ald. Iunt. *Apameni*, ut malebat Faber. Plinius lib. V. cap. 29. *Apamena regio*. et XIV. 7. *Apamenum* (vinum) *mulso praecipue convenire dicitur*. Abr. Gronov.

Per absentiam regis. MS. habet, *per absentiam eius*. rectius opinione mea, quia Demetrius intelligitur, de quo non satis apte praemittitur vox *regis*, quippe quae facilius de alio, quam ipso accipitur. Et persuasum mihi successisse hanc in locum verae ex glossa. Scheff.

4. Immittit. Vide Notam XXXV. 1. 6. Bernec.

Armis peteret. Et composita fabula. Lectio et distinctio haec vitiosa videtur. Datur utique hic ratio, qua subornare illum mercatoris filium potuerit ad petendum regnum. Debet ergo illud *Et* deleri, quod haud dubie factum est ex syllaba proxime praecedente, pro puncto quoque comma scribi, ut *composita* sit non primus, verum sextus casus, modumque significet. Scheff. — Recte Iuntae *et* ignorant. Graev. — Vincentius lib. VI. cap. 87. *qui regnum Syriae et armis peteret, et comp.* ac dein: *et ne Demetrii superbiam paterentur . . . auxiliaque ei ab Aeg. ingentia mittuntur*. Abr. Gronov.

5. Quemlibet regem. Exemplum referendum ad Notam XXXV. 1. 8. Bernec. — In MS. quodam legitur, *quidem libet*. Forte iunxit utrumque Iustinus, et scripsit *nec Syriis quidem quemlibet*. Solent sane illud *quidem* sic libenter usurpare Latini. Scheff. — Sex MSS. ed. Ald. Iunt. *Syris*. Vide supra XXXVI. 2. 2. Abr. Gronov.

Nomen Alexandri imponitur. *Zabinam* cognominatum scribit Ioseph. Antiq. XIII. 17. et Porphyrius subiunctus Eusebio pag. 227. quo nomine fuit martyr quidam apud Euseb. Hist. Eccles. VIII. 19. Bernec. — Scribe, *Nomen iuveni Alexandro imponitur*. Gronov. —

ronovius scribi iubet *Alexandro:* sed nihil mutandum cum codicum uctoritas suadet, tum etiam genitivi istius usus satis frequens. lib. XXXV. 1. *Nomen ei* Alexandri *inditur.* lib. XXXVIII. 1. *Regnum.. lio, imposito* Ariarathis *nomine.. tradidit.* lib. XLII. 2. *Cui res gestae lagni cognomen dedere.* lib. XLIV. 4. *Nomen illi impositum* Habiis. Adde lib. I. 5. *Puer deinde . Cyri nomen accepit.* Tacitus nnal. XII. 55. *Agrestium Cilicum nationes, quibus* Clitarum *cognoentum, montes asperos castris cepere.* Consule et Iacob. Gronoium ad eiusdem lib. XIV. 9. Cum dativo autem Iustin. XLIII. 2. *Vomina pueris alteri* Remo, *alteri* Romulo *fuere.* Sed illic Dorv. 2. *Remus* et *Romulus.* Wopkens.

6. Pervenit. Praestat Iuntinae lectio: *supervenit.* Inopinato enit et peropportune in illo mimo. Haec vis verbi. *Grata superveniet, quae non sperabitur hora.* Sed apud Iustinum saepius occurrit. Graev. — Periz. Coll. N. ed. Rom. *pervenit.* Vincentius: *ad sep. remissum est in Syriam.* Abr. Gronov.

Ad firmandam fabulae fidem. Medicei, Magl. Thuan. sec. quint. Leid. Periz. et Vincentius, *ad confirmandam:* ut apud Macrobium lib. I. Saturn. cap. 17. *Ideo in insula Delo, ad confirmandam fidem fabulae, aedes Providentiae apta religione celebratur.* Abr. Gronov.

Quae res illi magnum favorem popularium conciliavit. Saxo lib. X. pag. 201. f. *quippe spectata patris sanctitas popularium ei favorem conciliaverat.* Abr. Gronov.

Non fictas in eo, sed veras lacrimas. Vincentius: *non fictas in eo lacrimas.* Abr. Gronov.

7. Demetrius autem victus. Appianus Syr. pag. 132. B. *interfectum,* ait, *ab uxore Cleopatra διὰ ζῆλον τοῦ γάμου Ῥοδογούνης, et post eius mortem Seleucum filium ab ea veneno sublatum.* Vide et Epit. Livii LX. Bongars. — De Demetrii caede cum Nostro magis consentit Iosephus Antiq. XIII. 17. Seleucum vero sagitta confossum a matre Cleopatra, modo indicato loco confirmat Appianus. Nam quod de veneno Bongarsius habet, deceptum crediderim voce *ἐπιτοξεύσασα,* et pro ea *ἐπιτοξικεύσασα* legisse. Bernec.

Cum undique circumstantibus malis premeretur. Vincentius: *cum undique a circ.* Abr. Gronov.

8. Religione templi se defensurus. Pr. Leid. Periz. Vincentius: *religione se templi def.* Abr. Gronov.

9. Cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypo fuit. Male. Nam qui a Graecis *Grypos* dicitur, non ea causa ita dicitur, quod nasum magnum habeat, sed quod altum, atque adeo incurvum. Inde est quod Lexicographi veteres, ut Hesychius et alii, vertunt, *καμπυλόῤῥιν,* id est, ad verbum, homo nasi incurvi, ut gryphes, psittaci, et aquilae. Itaque legendum omnino est, *cui propter nasi altitudinem* etc. Hanc nasi formam amabant Persae. Xenophon. Faber. — Verum quaeri posset an hoc doceat vox *altitudinis,* ut significet nasum formae aduncae. Sed nec *altum nasum* apud La-

tinos temere reperias. Et magnitudinis voce potest intelligi, quod aduncum dicitur. SCHEFF.

GRYPO. Ita Vett. et Appianus Γρυπός. Est autem *Grypus* καμπυλόῤῥιν, ὁ ἐπικαμπῆ τὴν ῥῖνα ἔχων. Hesychius. De his cognominibus lege elegantem locum Plutarchi in Coriolano cap. 14. et 15. Huius frater uterinus Antiochus, Κυζικηνὸς dictus, quod Cyzici esset educatus. Lege Appianum extrema historia Syriaca. BONGARS. — Cum in duobus Dorv. et aliis etiam MSS. *Gryphos* sit, non male conieceris *Grypos*, ut dixi ad lib. XIII. 7. 1. WOPKENS. — Sec. Med. *Grypos*, Reliqui MSS. *Gryphos*, *Griphos*, *Grypus* vel *Grippus*, in recto casu, ut supra XXIX. 1. 5. *cui ex facinoris crimine cognomentum Philopator fuit.* Vide paterna ad Gellium lib. XV. cap. 29. ABR. GRONOV.

IUS AUTEM IMPERII. Dubitari queat, an non rectius sit, *vis imperii*, quod magis proprie *nomini regis* opponi videtur. Ita Tacitus Annal. VI. 43. 5. *Neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem: vim in Abdagesis domo.* Item Hist. IV. 11. 4. *Vim Principis amplecti: nomen remittere.* Nec aliter idem auctor Annal. II. 37. 1. III. 60. 1. et XV. 14. 4. et XV. 69. 1. et Hist. II. 39. 1. Possis tamen et vulgatam indidem tueri, ut XV. 31. 2. *apud Romanos ius imperii valet: inania transmittuntur.* Nisi forsan hic quoque *vis* legere praestat. BERNEC. — Quam acute conieceerit Berneccerus, *vis autem omnis imperii penes matrem esset*, ostendere Iuntae, apud quos sic extat, ut et in codice manu descripto. GRAEV. — Magno cum iudicio Berneccerus sic legit: *Vis*, non *ius*, *autem omnis imperii.* optime. Sed et illum MSS. monere poterant; quos tamen, ut est homo ingenuus, ab ipso minime hoc loco consultos puto. In editione Iuntarum ita etiam legitur; quod ipse testatur Graevius. FABER. — Non dubito rectum esse, quod teste Graevio in editione Iuntina est, *Vis autem omnis imp.* et conieceerat ita Berneccerus; *nomenque* et *vim* similiter et a Tacito coniungi docuerat. Sed et codex quidam MS. quem Bongarsius vidit, habet *vis autem.* VORST. — Berneccerus (applaudentibus aliis, inque his N. Heinsio ad Vellei. II. 30.) coniicit, *vis autem* etc. quia ita *vis* opponi solet *nomini*, *imagini*, *speciei* etc. Et adstipulatur cum edit. Iuntina MStus quidam, utque videtur Dorv. 1. Sed ut de emendationis illius necessitate subdubitat idem Berneccerus, ita certior, illa sane foret, si in praecedentibus, sine voce *regis*, scripsisset auctor, *ut nomen penes filium:* ut vox *nomen* cum sequente *vis* pertineret ad genitivum *imperii.* Iam vero satis congrua edita scriptura videtur, praesertim quum sic etiam loquatur Sallust. Iugurth. cap. XIV. initio: *Praecepit ut regnum Numidiae tantummodo procuratione existimarem meum, ceterum* ius *et* imperium *penes vos esse.* Livius XLV. 13. *Masinissam . . usu regni contentum, scire dominium* et ius *eorum qui dederint esse.* et nomina *vis* et *ius* sic tanquam fere synonyma usurpat idem Liv. lib. XXVI. 12. *Qui non sibi honorem adiecisset, sed indignitate sua* vim *ac* ius *magistratui*,

nem gerebat, demisisset. Ius autem *imperii* rursum dixit Noster lib. XXXVIII. 4. *Pro libertate alios, quosdam pro* iure imperii *bellis continuis perseverasse.* Cicero Philipp. Orat. X. cap. 5. *Omne enim exercitus et* imperii ius *amittit is, qui eo imperio et exercitu remp. oppugnat.* Livius IV. 26. *Proditum a Patribus summi* imperii ius, *latumque sub iugum tribunitiae potestati consulatum.* sic ille lib. XXII. 25. et 26. alibique. Tacitus Hist. II. 40. *ubi consiliis vincerentur, ad* ius imperii *transibant.* Atque ita Curtius IX. 18. et alibi. WOPKENS.

HACTENUS CONSTITUITUR, UT NOMEN REGIS PENES FILIUM, VIS AUTEM OMNIS IMPERII PENES MATREM ESSET. Periz. *eatenus constit. Vis imperii*, ut apud Valerium Maximum IV. 1. de Poplicola: *cum, exactis regibus, imperii eorum vim universam, omniaque insignia sub titulo consulatus sui in se translata cerneret.* L. 12. §. 1. D. de Iudiciis. *Item hi* (iudicem dare possunt) *quibus id more concessum est propter vim imperii.* tert. quart. Leid. Cantabr. *filium eius, ius.* Periz. Coll. N. *filium, ius.* Vincentius: *ius autem omnis imp.* Ita supra XXXVIII. 4. 11. *pro iure imperii.* Cicero Philipp. X. cap. 5. *Omne exercitus et imperii ius amittit is, qui eo imperio et exercitu rempublicam oppugnat.* Hegesippus lib. I. cap. 13. f. *Conventum fratrum huiusmodi fuit, ut regno Hyrcanus cederet, atque ad Aristobulum ius omne imperii transiret.* Saxo lib. IX. pag. 168. 19. *universum imperii ius in se ipsum transferre conatus.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. SPERNERE IAM ETIAM IPSUM PTOLEMAEUM. Particulam *etiam* nescit Vincentius lib. VI. cap. 88. Idem: *a quo subornatus fuerat, sup. ins. c.* ABR. GRONOV.

2. RECONCILIATA SORORIS GRATIA. Idem: *reconciliata sibi sorore.* ABR. GRONOV.

TRYPHENAM. Lege *Tryphaenam*, postulante et analogia, sicut *leaena*, et usu apud Petronium: *Lycam Tarentinum esse dominum huiusce navigii, qui Tryphaenam exulem Tarentum ferat.* GRAEV. — Vincentius: *Gryphinam Grypo sub spe nuptiarum.* Medicei, Magl. Leidenses, Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. *sollicitet* pro *sollicitaret.* ABR. GRONOV.

5. FIT DENIQUE INTER REGES PRAELIUM. Medicei, Magl. pr. sec. quart. quint. Leid. Periz. Coll. N. ed. Ald. Iunt. *fit deinde.* Rom. Bechar. Flor. Med. Paris. *Fit deinde inter eos pr.* ABR. GRON.

TEMPLO IOVIS SOLIDUM EX AURO VICTORIAE SIGNUM TOLLI IUBET. MS. et Iuntae: *in templo Iovis.* quod non intellexerunt, qui repudiarunt. *In* saepe ponitur pro *ex.* Florus III. 4. *bibere in ossibus capitum.* hoc est, ex ossibus. Seneca Agamemn. vs. 868.

Merumque in auro veteris Assaraci trahunt.

Cic. I. Fam. Ep. 6. *Me in summo dolore quem in tuis rebus capio,*

Inscriptio antiqua: *Statuam in aere auratam posuere.* GRAEV. — Etiam Franeq. ac Dorv. 3. habent *in templo*, quod in MSto et ed. Iuntina approbabat Graevius. Mihi praeplacet cum duobus Dorv. *ex templo*, vel potius cum aliis MSS. *e templo* legi; quia *tollere simulacrum in templo*, pro, quod erat in templo, durius est. Elliptica tamen vulgatae lectionis forma haud sine exemplo est. Tacitus Ann. XV. 29. *Sublatum* capite *diadema imagini subiecit*. Lactantius epit. LVIII. *Num potes si aut gladium extorseris . . aut* praecipitio *retraxeris . . conservatorem te hominis gloriari.* ubi praepositio *e*, quam addit Heumannus, abesse posse videtur, ut illic videbimus. Ad haec etiam repete, quae supra ad lib. XXXVII. 3. 4. WOPKENS. — Medicei, *e templo.* Magl. sec. Leid. *ex templo.* pr. quintus, Periz. Thuan. Coll. N. ed. Rom. Bechar. Ald. Iunt. Vincentius, *in templo.* ABR. GRONOV.

FACETIS IOCIS SACRILEGIUM CIRCUMSCRIBENS. Exempla talia vide supra XIV. 64. Ceterum an et quatenus templorum opes in bellicas necessitates conferre liceat, docent bene secusve dicta et facta apud Thucydidem II. 4. 7. cum seqq. et IV. 20. 9. Livium V. 50. 7. et XXII. 57. 10. Tacitum XV. 44. 2. Val. Max. VII. 6. 4. etc. BERNEC. — Ioci illi faceti, quos nemo explicavit, sic intelligendi sunt. Ex veterum monumentis, praesertim autem ex Numismatibus, constat, Iovem saepe ita sculptum aut fusum fuisse, ut Victoriae simulacrum vola manus sustineret, porrecto brachio. Ille autem Alexander, de quo Iustinus, rem facete ad iocum traducens, Ecquid videtis, inquiebat, Iovem ipsum Opt. Max. Victoriam mihi ultro offerre, ac me prope invitare, ut eam e manu ipsius tollam, quae scilicet nimio oneri est, eumque in sudorem dare posset, ita grave ac ponderosum est solidum illud ex auro Victoriae simulacrum. Hic iocus, haec irrisio sacrilegi principis fuit. FABER.

6. IOVIS AUREUM SIMULACRUM. Arnobius lib. VI. adversus Gentes pag. 257. hoc sacrilegium tribuit *Antiocho Cyziceno*, *quem ferunt decem cubitorum Iovem ex delubro aureum sustulisse*, *et ex aere bracteolis substituisse fucatum.* BERNEC.

IN FUGAM VERSUS; MAGNA. Vincentius: *in fugam versus est*, *et m.* ABR. GRONOV.

A LATRONIBUS CAPITUR. Cl. Bochartus II. 16. Phaleg. putat hanc historiam pertinere ad Alexandrum Balam, quum Iustinus hic agat de Alexandro, cui cognomen fuit Zabinae. GRONOV.

7. INSIDIIS . . APPETITUR. Vincentius: *oppetitur.* ABR. GRONOV.

QUAE CUM etc. Simillimum exemplum est apud Livium VIII. 18. cuius meminit quoque Val. Max. II. 5. 3. et Orosius III. 10. Plura collegit Ph. Camerarius Centur. I. 9. quibus adde Paul. Diac. II. 15. BERNEC.

CUPIDITATE DOMINATIONIS. Ita supra XXXVII. 1. 4. BERNEC.

VENIENTI AB EXERCITATIONE. Clar. Usserius in Annal. Aetat. VI. pag. 124. mallet, *ab exercitu.* At nihil mutandum: *Exercitatio* enim luctum notat. Sup. XXXVII. 4. *Non in advocationibus sed*, *in*

exercitationibus. Plutarch. in Pompeio pag. 640. *καὶ γυμνάζοντος αὐτὸν ἵππῳ περὶ τὸ στρατόπεδον.* Liv. X. 11. *T. Manlius vix dum ingressus hostium fines, quum exerceretur inter equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus, extemplo prope exspiravit.* GRONOV.

8. PRAEDICTIS IAM ANTE INSIDIIS. Non placet hic *praedictis*, et vitiosum esse, liquet vel ex eo, quia sequitur *iam ante*, quod τῷ *praedictis* otiose apponitur. Malo scribere, *proditis iam ante insidiis.* SCHEFF. — Immerito Schefferus malebat *proditis iam ante insidiis*, quia post *praedictis* otiosum foret *iam ante:* quasi non passim obvii essent eiusmodi pleonasmi. lib. III. 7. *Quod* ante *prospiciens Pericles* etc. Cicero de Harusp. Resp. cap. IX. *Ut . . hanc . . coniurationem non obscure vobis paulo* ante *praedixerint.* Lactantius IV. 18. initio: *quaeque per prophetas suos multis seculis* ante *praedixerat.* et Epit. cap. XLIX. *Ideo prophetas* ante *praemisit, qui* etc. Hirtius de B. Afric. cap. L. *Equitatu* ante *praemisso.* Sulp. Severus Epist. IV. 8. *Quem venturum* ante *praedixeram.* Dictys Cret. IV. 6. *Praedictio* prius *Ulyssi* etc. Adde quae Dukerus ad Flor. II. 12. 14. *Praedicere insidias* supra XII. 2. 3. WOPKENS. — Scheffero emendanti *proditis* abstipulatur Periz. Vincentius: *sed praemonitus Grypus, veluti.* ABR. GRONOV.

POSTREMUM PROLATO INDICE. Magl. Periz. *postremo.* sec. Med. et Vincentius: *ad postremum.* ABR. GRONOV.

QUOD ALII PARAVERAT. Vincentius: *quod filio par.* ABR. GRON.

10. NATUS DEINDE ILLI EST AEMULUS REGNI, FRATER IPSIUS CYZICENUS, EADEM MATRE GENITUS, SED EX ANTIOCHO PATRUO SUSCEPTUS. Periz. *N. deinde est illi.* Magl. *frater eius.* Sec. Med. pr. tert. quart. Leid. Coll. N. *sed Antiocho.* Vincentius: *N. d. illi est regni aem. frater Cyzicenus, ex eadem quippe m. g. sed* etc. ABR. GRONOV.

CAP. III.

1. VIDELICET QUASI QUIETIOR AEGYPTI STATUS, QUAM SYRIAE REGNUM ESSET. Forte leg. *quasi quietior Aegypti status, quam Syriae futurus esset.* GRONOV. — Sec. Med. *scilicet ne quietior Aeg. s. q. Syriae regni esset.* ABR. GRONOV.

3. CYZICENO. Antiochus hic *Cyzicenus* cognominatus fuit, quia Cyzici apud Craterum hospitem fuit educatus. Vide Valesium ad excerpta Porphyrog. ex Diodoro pag. 19. ABR. GRONOV.

EXERCITUM CYPRI SOLLICITATUM. MSS. et Iuntae: *Grypi sollicitatum.* Et hoc verum censeo. Sollicitantur enim exercitus aliorum, ut nostras transeant partes; non vero qui nostris sumtibus colliguntur in aliis regionibus. GRAEV. — In MSS. est *Grippi*, unde facile intelligas scribendum esse *Grypi.* Quod et in editione illa optima Iuntarum apparet. FABER. — Cl. Graevio placet, *exercitum Grypi:* quod in quibusdam MSS. et typis expresso Iuntarum

est. Mihi vero *Cypri* rectum videtur. Paulo post enim eundem illum exercitum, *peregrinos exercitus qui in certamina fratrum adducti sint*, vocat. VORST. — Recte Faber. Nam sollicitantur aliorum exercitus. Si scripsisset *Cypri collectum*, aut *conscriptum*, et libri veteres nihil moverent, vulgatae scripturae non adversaremur. GRAEV.

VELUT DOTALEM. Virgil. IV. Aeneid. 104.

liceat Phrygio servire marito,
Dotalesque tuae Tyrios permittere dextrae.

et IX. 737.

Non haec dotalis regia Amatae. GRONOV.

4. PAR IGITUR VIRIBUS FRATRIS CYZICENUS. Dorv. 2. *Par igitur iam frater Cyzicenus p. c.* sed alterum praestat. lib. XIV. 2. *Qui solus* par *Antigoni* viribus *videbatur*. Avianus Fab. XIII. 11.

Noscea, stultissime, quantum
Discrepet a *tauri* viribus *hircus olens.*

ubi vide dicta. WOPKENS. — Medicei, quart. quint. Leid. Thuan. Bodl. Coll. N. *par igitur iam viribus*. Quintus Leid. pr. Med. *fratrum*. sec. *fratri*. Magl. *par iam viribus frater*. ed. Ald. Iunt. *p. i. viribus fratris iam factus*. Bechar. Med. *p. i. viribus iam factis*. Ven. Flor. Paris. *p. i. v. iam factus*. ABR. GRONOV.

AC VICTUS. Cl. Iensius malebat, *at victus*. ABR. GRONOV.

5. NIHIL ANTIQUIUS QUAM SORORRM CLEOPATRAM REQUIRI IUSSIT. Praetulerim Iuntarum scriptionem: *nihil antiquius quam sororem Cleopatram requiri duxit*. GRAEV. — Pro *iussit* in Iuntina est, *putavit*, *iudicavit*. Male. Neque enim dicimus, *duxit illam requiri*, sed *requirendam esse*. Memoriae certe nulla exempla occurrunt, quae id suadeant. FABER. — Editur vulgo *requiri iussit*. Sed mihi placet quod in editione Iuntina esse testatur Graevius, *req. duxit*. Sensus manifestus est, Tryphaenam nihil antiquius duxisse quam sororem Cleopatram requiri: estque ita *antiquius*, ut alias, adiectivum nomen comparativi gradus. Si autem *iussit* legas, non pro nomine adiectivo, sed pro adverbio habendum erit: idque sine exemplo fere. VERST. — Huic non recte iungitur verbum *iussit*, quod est in vulgatis. Itaque Iuntae ediderunt *duxit* pro eo, quod probarunt viri docti. Ego praefero lectionem MS. in quo habetur, *nihil ante, quam*. Nimirum illi *ante* adscripserat aliquis voculam *prius*, quae deinde iuncta priori, factumque *anteprius*, ita natum *antiquius* ex ingenio emendatoris. Certe verbum *iussit* MSS. servant omnes. SCHEFF. — Tritius est hoc loquendi genus *duxit requirendam*. Sed et illud ferri potest, quod liquebit, si refinxeris infinitum in verbum finitum, *nihil antiquius duxit quam ut requiratur*. Verum non minus insolens est *nihil antiquius iussit*, quam *duxit requiri*. GRAEV. — Verissime Graevius e Iuntina *duxit* pro *iussit* legit, et recte dicitur, secus quam Faber putabat, *nihil antiquius duxit, quam sororem requiri*, pro, quam ut soror requiratur. ut Livius I. 32. *Longeque antiquissimum ratus sacra publica . . facere*. Suetonius

in Claudio cap. XI. *Imperio stabilito, nihil antiquius duxit, quam id biduum . . memoriae* eximere. vide et in Vespasiano cap. VIII. *Omnium primum* quid *reri*, hoc dixit Livius XXIX. 1. Ceteroquin cum in MSto quodam sit, *nihil ante quam s. C. r. iussit,* coniiceres *nihil prius, quam s. C. r. iussit.* i. e. nihil prius egit, quam ut . . iuberet. Livius XXXV. 11. *In eos se impetum facturum, et* nihil prius *quam flammam tectis iniecturum.* Sed alterum obtineat. Wopk.

6. Repudiatam a fratre, contra. Flor. Ald. Iunt. *rep. a fratre, et contra.* Abr. Gronov.

Post victoriam in feminas saevitum. Eaedem editiones et Periz. *post victum hostem;* idemque in tribus Dorvilianis exstare monuit Cl. Wopkensius ad II. 8. 5. Abr. Gronov.

Quas sexus ipse et periculis bellorum et saevitiae victorum eximat. Ita optimi scriptores. Gellius lib. IV. cap. 20. *tum noxae iam destinatae exemtus est.* et Orosius lib. II. cap. 18. *equi velocitate morti exemtus.* Quart. Leid. *et saevitia:* quae constructio Livio in primis placuit, ut lib. XIX. cap. 41. *ibi quoque circumsessus, adventu fratris obsidione eximitur.* XXXVII. 22. *Daedala et quaedam alia parva castella obsidione exemerunt.* Ibid. cap. 26. *socios obsidione eximere.* et Ovidio lib. II. Epist. ex Ponto II. vs. 112.

Eximat ut Scythici me feritate loci.

atque Ammiano, ut lib. XVIII. cap. 2. *nisi quos exemit discrimine temporis obscuritas, occiderunt.* et cap. 8. *Hoc periculo murorum nos propinquitas eximebat.* XXIX. 5. *ipse equi pernicitate aegre discrimine mortis exemtus est.* Petrus Chrysologus Homil. I. *Census filium tulit e gremio patris, eiecit de domo, exemit patria.* Abr. Gronov.

8. Quippe ipsius, quae tam cruente saeviat, sororem equidem germanam esse. Malim ego interpungere et scribere, *quippe ipsius, quae tam cruente saeviat, sororem; et quidem germanam esse.* quomodo erit oratio non paulo vehementior. Neque enim soror uterina tantum, aut eodem patre, sed matre diversa erat edita: sed utroque parente eodem nata. Dicitur enim a *germine germanus.* Festus: *Germen est, quod ex arborum surculis nascitur: unde et germani, quasi eadem stirpe geniti.* Modius. — Ald. Iunt. *cui tam cr. saeviat.* Pr. Med. pr. quint. Leid. Bodl. *sororem et quidem g. e.* atque ita Modius legendum coniecerat: *equidem* hic idem est, quod *quidem*, ut apud Curtium lib. V. cap. 13. *cognoscit Alexander non equidem vinctum regem, sed in periculo aut mortis esse, aut vinculorum.* Abr. Gronov.

Accedere necessitudinem sanguinis. Nec forsan male Franeq. *a. necessitatem s.* quemadmodum Vorstio non displicebat, quod in sequentibus his, *His tot necessitudinibus sanguinis adiicit* etc. *necessitatibus* habent antiquae editiones, quibus etiam subscribit Dorv. 3. cum alio MS. De promiscuo harum vocum usu videatur Cortius ad

Sallust. Catil. cap. XVII. 5. *Necessitudo* tamen est lib. XI. 3. 1. et lib. XII. 15. 9. Wopkens.

Sororem equidem germanam esse. *Equidem* pro plane, profecto. ut lib. XXXVIII. 5. *Nam bellum* equidem *iam tunc secum ab illis coeptum, quum* etc. Sallustius Catil. LII. *Iam pridem* equidem *nos vera rerum vocabula amisimus.* et ibid. *Quare vanum* equidem *hoc consilium, si periculum ex illis metuit.* Sic alii: ut non opus sit, cum Modio rescribi *sororem, et quidem germanam.* Nec semper *germana* dicitur utroque parente eodem nata, ut hanc vocem explicat vir ille doctus, sed saepe etiam tantummodo uno, ut Nepotis interpretibus aliisque observatum. Cum porro in Dorv. *vero* non compareat ante *consobrinam*, inque 1. *vero* habeatur pro *deinde*, hinc divinare liceat, *suam consobrinam, liberorum vero communem materteram.* Pro *deinde* ceteroquin melius esset *denique.* Wopkens.

9. His tot necessitudinibus sanguinis. Antiquiores typis expressi, *necessitatibus.* Nec est hoc insolens *necessitatem* pro necessitudine poni, ut in Notis ad Val. Max. docuimus. Vorst.

10. Sed quanto G. a. t. soror muliebri pertinacia. Auctor supr. XXII. 4. 13. *Feminarum contumaces animi.* Elliptice dictum *quanto*, pro *quanto magis.* Bernec. — *Quanto* Berneccerus dictum putat per ellipsin pro *quanto magis.* Sed statuendum potius, *quanto* et *tanto* esse posita pro *quantum* et *tantum.* Saepe enim talia permutantur. Vide Scioppium Ep. 5. Parad. Literar. Vorst. — Dorvill. 2. *Tanto magis soror*, ut post *quanto* nonnunquam sequitur *tanto magis.* Vulg. Interpretatio Exodi I. 12. Quanto*que opprimebant eos*, tanto magis *multiplicabantur et crescebant.* Tacitus Ann. III. 46. Quanto *pecunia dites et voluptatibus opulentos*, tanto magis *imbelles Aeduos, evincite.* Sed recte sub utraque voce *quanto* et *tanto*, *magis* intelligendum relinquitur. Fulgentius Mythol. I. 27. initio: Quanto *enim sapiens pro viri sui salute suam opponit animam pignori*, tanto *maligna ad mariti mortem etiam suam vitam reputat nihili.* Lactantius V. 7. *Et* quanto *frequenter impellitur*, tanto *firmiter roboratur.* Ad quorum locorum alterum Munckerum, alterum Bunemannum consule. Frustra autem Vorstius adsensum denegabat Berneccero, *tanto* et *quanto* pro tanto magis et quanto magis accipienti, potiusque pro quantum et tantum posita esse statuit: quis enim satis Latine dicat *tanto abnuit*, pro tantum vel tantopere? Wopkens.

Itaque vocatis ipsa militibus. Forte leg. *itaque vocatos ipsa milites mittit.* Gronov. — Ablativum hunc absolutum vindicavimus iam ad lib. II. 4. contra virum summum, tentantem *vocatos ipsa milites mittit.* Ceterum pro *mittit* Dorv. 1. habet *misit*, quod melius congruit cum frequente praeterito imperf. *confoderent.* Sed frequentissima haec enallage. supra cap. 1. immittit *iuvenem . . qui regnum Syriae peteret.* lib. II. 15. Mittunt *ergo legatos, qui* monerent *ne monumenta . . exstruant.* lib. V. 10. *Legatos ad Lacedaemonios* mittunt, *qui ex manubiis portionem . .* peterent. lib. VIII. 3. *Per regna*

mittit. . . *qui opinionem sererent* etc. lib. XIV. 6. subornat *parentes interfectorum, qui..crudelitatem mulieris* accusarent. sic lib. XXX. . 18. lib. XXXI. 1. 2. lib. XXXIV. 3. 1. lib. XXXV. 1. 6. lib. XXXVIII. 2. 3. et alibi. Ita Livius lib. XXXV. 29. *Unum de auxiliaribus* . . mittit *ad eum, qui pro comperto* afferret etc. lib. XXXVI. 13. mittunt *ad Philippum, qui* moneret *ne* etc. et cap. 15. *Ne tamen temere coepta segnitia insuper* everteret, *nuntios in Aetoliam* mittit, *ut omni contracta iuventute* convenirent. et cap. 16. *Nuntium* . . mittit, *ut hanc saltem sibi operam eo bello* praestarent. Sallust. Iug. cap. LXII. Mittuntur *ad imperatorem legati, qui Iugurtham imperata facturum* dicerent, *ac sine* etc. ubi ne, invitis libris, cum Cortio exstirpemus *qui dicerent.* Catilina cap. XLIV. *Volturcium* . . mittit, *uti* . . *societatem* confirmarent. cum nota Cortii. Adde Oudendorpium ad Caesar. Gall. I. 8. WOPKENS.

11. EVELLERE. Scribendum, *avellere;* et mox, *cum exsecratione parricidarum.* GRONOV. — Gronovius scribendum ait *avellere*, subaudiens, credo, a simulacro deae, quod amplectebatur. Sed non minus recte *evellere* hic est abripere, abstrahere, eruere, nempe ex templo. supra cap. 2. *Cum ipsius Iovis aureum simulacrum infiniti ponderis tacite* evelli *iussisset.* Vulg. Int. Exodi XXI. 14. *Ab altari meo* evellas *eum, ut moriatur.* 2. Peralipom. VII. 20 Evellam *vos de terra mea, quam dedi vobis.* Gregorius Turon. Franc. H. VI. 11. *Nec unquam Massiliensem* (lege *in Mass.*) *urbem suo potiretur dominio, nisi hic* evellatur *ab ea.* et lib. VII. 22. Extrahite *inimicum generationis nostrae,* evellite *homicidam a sacro dei altario.* Ex promiscua autem vi praepositionum *a* et *e*, eadem verbi *avellere* potestas. Hyginus Fab. CXX. *Ipsa coepit signum Dianae* avellere. Virgilius Aeneidos II. 165.

Fatale aggressi sacrato avellere *templo*
Palladium etc.

Seneca in Medea 949.

Iam iam meo rapientur avulsi *e sinu.*

Augustinus de C. D. lib. XVIII. 47. extrem. *Quibus* avulsis *de sedibus propriis. . . usquequaque crevit ecclesia.* vide Vulg. Int. Iobi XVIII. 14. WOPKENS.

TUNC CLEOPATRA EXSECRATIONE PARRICIDARUM, MANDATA VIOLATIS NUMINIBUS ULTIONE SUI, DECEDIT. Malim interpungi, *Tunc Cleopatra, exsecratione parricidarum mandata violatis numinibus ultione sui, decedit:* id est, parricidis summa mala imprecando et ominando mandata v. n. u. s. Amare ita Iustinum ablativos duriuscule coniungere, ad haec lib. XXXII. 4. modestia *sua Demetrius veniam patri* . . patrocinio *pudoris obtinuit.* ac saepissime alibi vidimus. sic etiam Lat. Pacatus in Paneg. cap. XX. *Denique ipsum illum Tarquinium* exsecratione *postrema hoc damnaverunt maledicto, et hominem* . . *vocaverunt Superbum.* Eleganti tamen coniectura Gronovius legit *Tunc Cleopatra cum exsecratione parricidarum, mandata* etc. Atque ita lib. XXXVIII. 10. *Tradentes se regnaque sua cum exse-*

cratione *superbiae Persicae.* Hoc placet, licet alibi praepositio modo addatur, modo reticeatur. ut Cicero pro Sextio cap. XXXI. *Exierunt malis ominibus atque* exsecrationibus *duo Vulturii paludati: quibus* etc. Velleius II. 46. *Hunc proficiscentem in Syriam diris cum* ominibus, *tribuni pl. frustra retinere conati.* ubi Burmannus excidisse aliquid putat, quod mihi non videtur. Adde quae supra ad lib. X. 3. 3. et lib. II. 5. 3. WOPKENS. — Sec. Med. corrupte *in obsecratione*, pro *in exsecratione.* ed. Ienson. Bechar. Mediol. Paris. Ald. Iunt. *in ultionem sui.* ABR. GRONOV.

12. TRYPHAENAM QUAE. MSS. una voce auctius legunt vel *impie namque*, vel *impiam quae*, quod posterius rectum, nec fortassis hic omittendum. SCHEFF.

CAPIT. Sec. Med. et Leid. *cepit.* ABR. GRONOV.

CAP. IV.

1. CUM GRAVARETUR SOCIO REGNI. Lege cum Gronovio: *gravaretur socium.* GRAEV. — Emendavit iam supra Gronovius, *gravaretur socium.* FABER. — Gronovius legendum censet *socium*, quomodo sup. XX. 2. 11. *longinquam militiam gravati*, pro longinqua mil. grav. ad quem locum Notas vide. VORST.

ARCESSITO MINORE FILIO ALEXANDRO. Contra ius gentium, et nominatim Aegyptiorum. Nam etiam apud hos viguisse ius primogeniturae, nec a Ptolemaeis introductum, sed ab ultima Pharaonum memoria observatum fuisse, patet ex his quae leguntur Exodi XI. 5. *Occidam omne primogenitum, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio eius, usque* etc. BERNEC.

2. NEC FILIUM REGNO EXPULISSE CONTENTA, BELLO CYPRI EXSULANTEM PERSEQUITUR. UNDE PULSO, INTERFICIT. Vincentius lib. VI. cap. 94. *sed nec filium . . persequitur. Unde eo pulso, interficit.* ABR. GRONOV.

QUOD VIVUM EUM E MANIBUS DIMISISSET. Decem MSS. ed. Bechar. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Vincentius, *eum e manibus emisisset.* Periz. *eum manibus emisisset.* ABR. GRONOV.

3. TERRITUS HAC MATRIS CRUDELITATE. Sec. Med. *perterritus.* ABR. GRONOV.

5. OCCUPATA AB EODEM INTERFICITUR. Saxo lib. VI. pag. 106. 35. *ab eodem occupatus occiditur.* ABR. GRONOV.

SPIRITUMQUE NON FATO, SED PARRICIDIO DEDIT. Ita Quinctilian. Declam. VI. 9. *Tulerit sane filius noster merito poenas*, dederit spiritum supplicio, *nihil de praeteritis loquamur.* Velleius II. 35. *Quippe fortissime dimicans, quem* spiritum *supplicio debuerat*, proelio reddidit. Val. Max. II. 7. Ext. 2. *Ut* spiritum poenae impenderent, *quem pugnae acceptum ferre dubitassent.* et lib. III. 5. 3. *Foedae ac sordidae* intemperantiae spiritum reddidit. Seneca Octavia 829.

Tandem dolori spiritum reddat meo,
Iramque nostram sanguine extinguat suo.

ero Philipp. X. cap. 10. *Non est . . Romani, dubitare eum spi*-um, *quem naturae quisque debeat*, patriae reddere. WOPKENS.

6. QUAE ETIAM MATREM. Medicei, Magl. Leidenses, Bodl. Po-. ed. Rom. *quae et m.* ABR. GRONOV.

ALTERI EREPTO REGNO. Bodl. *alt. adempto r.* ABR. GRONOV.

CAP. V.

1. NAM UBI PRIMUM. *Primum* nescit Periz. ABR. GRONOV.

SCELERE FILII. Ed. Ven. Flor. Mediol. Paris. Ald. Iunt. *per*-*lus filii.* ABR. GRONOV.

QUI NEQUE CUM MATRE. In MS. quodam legitur, *quod neque*, de suspicor, lectionem veram esse *quia neque.* SCHEFF. — *Qui* ut qui, quippe qui, cum quibusdam codd. in *quod*, vel ex hefferi sententia in *quia* mutari, nihil opus est, ut ostendunt quae tavi ad lib. XVII. 2. 14. WOPKENS. — Medicei, Magl. sec. quint. id. Bodl. *quod neque*, iidemque, praeterquam sec. Leid. et Bod-nus, cum pr. quarto Leid. ed. Rom. *neque a fr.* Schefferus pro *od* malebat *quia.* ABR. GRONOV.

2. FRATER EIUS EX PELLICE. Ptolemaeus Apio dictus, populum m. testamento heredem reliquit. Eusebius in Chronicis. BONGARS. m Appianus in fine Mithrid. BERNEC. — Vide Tacit. Ann. XII. et Henr. Valesium ad Ammian. Marcell. pag. 248. GRONOV. — dicei, quintus Leid. *pelice*, et §. 6. iidem *pelicibus.* et supra XXVI. 46. cum tert. Leidensi, *pelice:* ut in lege Numae apud llium lib. IV. cap. 4. PELEX. ABR. GRONOV.

HEREDE POPULO ROMANO INSTITUTO, DECEDIT. Participium *in-stituto* ignorant Ald. Iunt. *decessit* eaedem cum Bechar. Flor. Me-diol. Ven. Paris. ABR. GRONOV.

3. PROVINCIA FACTA. Eius regni civitates liberas esse senatus voluit. Liviana Epitome libri LXX. contra auctorem nostrum. BON-GARS. — Sigonius de Antiquo Iure Provinciar. VIII. 16. contradi-ctionem hanc ita conciliat: Cyrenaeos, liberos a senatu relictos, post a tyrannis oppressos esse: atque inde populum Rom. Cyrenaicae in provinciam redigendae occasionem arripuisse. BERNEC.

CRETA CILICIAQUE. Bellum piraticum et maritimum, a P. Ser-vilio, qui, expugnato Isauro arce Ciliciae, *Isaurici* cognomen repor-tavit, coeptum Pompeius confecit, mira felicitate et celeritate, intra XL. diem nimirum, aut, ut alii, XLIX. Vide Plutarchum, Appia-num, Ciceronem pro lege Manilia. Cretam Q. Caecilius Metellus debellavit, qui inde *Creticus.* Florus III. 7. BONGARS.

4. QUO FACTO etc. MS. quidam, *quo pacto*, quod videtur re-ctius. Mallem tamen scribere *quo fato*, quia supra de fortuna Ro-manorum coepit loqui. SCHEFF. — Frustra, ut iam ad Flori Pro-

ocm. n. 2. Dukerus indicavit, Schefferus legi mavult *quo fato.* Praestaret cum Dorv. 2. alioque MS. reponere *quo pacto*, ut lib. XXIV. 8. Quo pacto *evenit, ut nemo ex tanto exercitu . . superesset.* Sed non sollicitandum *quo facto*, i. e. post quae vel quamobrem. Hyginus Fab. CV. Quo facto, *Palamedes, dolo Ulyssis deceptus, ab exercitu universo innocens occisus est.* Nepos in Lysandro cap. 1. Quo facto, *Athenienses se Lacedaemoniis dediderunt.* in Datame cap. 5. Quo facto, *cuncti ad eum opprimendum consenserunt.* in Hamilcare cap. 1. Quo facto, *quum paene omnia in Sicilia Poeni amisissent, ille* etc. in Pausania cap. 2. Quo facto, *domum revocatus, accusatus capitis, absolvitur.* ubi minus bene vulgo legitur *In quo facto.* in Hannibale cap. 3. Quo facto, *is hodie saltus Graius appellatur.* ubi non suspicarer cum Bosio *a quo facto.* Consule etiam Intt. Frontini Strat. II. 8. 2. Wopkens. — Mediceì, ed. Ven. Med. Paris. *quo pacto.* Ven. Med. *vicinitate Romana arctata.* Flor. Paris. Ald. Iunt. *cum unitate Romana arctata.* Magl. *artata sunt.* Sec. Med. omittit vocem *bellis*, et pro *artata* dat *coartata.* Abr. Gronov.

Bellis quaerere. Forte, *bello quaerere.* Gronov. — Licet *finitima bella* pro cum finitimis, Noster dicat lib. I. 1. cum Livio, Suetonio, Val. Maximo, aliisque; *finitimis* tamen intellexerim potius populis hominibusve *finitimis*, ut lib. XXXVIII. 10. 1. lib. XLII. 3. 1. et alibi. Atque ita de personis phrasis ista *incrementa quaerere* venit lib. XXV. 4. *incrementa, quae de* Romanis *voluerat, de* ipso *quaesiturum.* Non tamen esse puto, cur contra fidem codicum *bello* cum Gronovio pro *bellis* mallemus: passim enim sic ambigue quodammodo loquitur Iustinus. ut lib. XLI. 1. *A Romanis* (sc. hominibus) quoque *trinis bellis . . lacessiti* etc. lib. XXIII. 1. *Et pacem cum his* (hominibus) *aequis legibus fecerant.* lib. V. 4. *Quibus rebus destitutis Lacedaemoniis, Alcibiades* etc. Caesar B. Gall. I. 10. *Compluribus his proeliis pulsis* etc. Plura supra ad lib. XII. 16. 6. et lib. IX. 7. 12. Wopkens.

In perniciem mutuam. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *in perniciem suam.* Abr. Gronov.

5. Assiduis praeliis consumpti. Atqui praecedit, *et Syriae et Aegypti regna*, quo hoc referendum. Num ergo Noster rem, quam verba, magis habuit in animo, cum ista scriberet, et pro regnis, incolas regnorum intellexit: an potius scripsit *consumpta*, idque post mutatum est in *consumpti* propter sequens *in*, quod ab *i* initium habet? Scheff. — Pr. Med. quint. Leid. *consumpta*, quomodo legendum suspicabatur Schefferus. Abr. Gronov.

6. Quorum rex Erotimus. Non dubito quin hic sit *Aretas*, ut ab aliis vocatur. Meminit eius saepe Iosephus: erat autem hic filius Obodae, ut testatur Stephanus, in *Αὔαρα.* Vorst. — Pr. Med. quint. Leid. Bodl. ed. Flor. *Hierotimus.* Periz. ed. Bechar. Ven. Med. Paris. Ald. Iunt. *Herotimus.* Abr. Gronov.

Divisis exercitibus. Praefero, quod in multis MSS. legitur, *diversis*. Scheff.

COMMENTAR. IN LIB. XL.

CAP. I.

1. Filiis inimicitiis parentum succedentibus. More priscorum Germanorum, apud quos *suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quam amicitias necesse est.* Tacitus Germ. cap. 21. Quomodo Cato maior, quum in adolescentem, qui defuncti patris inimicum involverat infamia, in foro post iudicium ambulantem incidisset, dextera data dixit: *ita parentibus esse parentandum: non agnis, non haedis, sed inimicorum lacrimis damnationibusque.* Plutarchus in Catone maiore cap. 28. Seneca tamen de Ira II. 34. pronuntiat *nihil iniquius, quam aliquem heredem paterni odii fieri.* Bernec. — Antiquiores typis expressi *filiorum:* ut *inimicitiis*, quod expressum est, sit sexti casus; et *inimicitiis* tertii casus sit subaudiendum. Si legatur *filiis inimicitiis parentum succedentibus*, est hoc concise dictum pro *filiorum inimicitiis parentum succedentibus;* et simile illis quae supra ad I. 7. 14. et II. 14. 10. notavimus. Vorst. — Impressi veteres habent *filiorum*, quod nonnulli probant. Atqui *filiorum succedentibus* non congruit. Puto, Iustinum scripsisse, *et mox filiorum, iis inimicitiis parentum succedentibus*. Librarius rudis illud *iis* emendationis gratia putavit adiectum, quasi pro *filiorum*, *filiis* esset scribendum, atque sic mutato illo, hoc *iis* penitus exclusit. Scheff. — Cum in antiquioribus editionibus legatur *filiorum*, laborarunt viri docti in hoc loco constituendo et explicando. Discutientur omnes nebulae, si cum Iuntis legas, *et mox filiorum inimicitiis succedentibus.* Ex margine irrepsit *parentum.* Facile enim intelligebatur filios hos esse eorum fratrum, qui mutuis odiis flagrarant. Graev. — Recte quidem dicitur, filii *succedunt inimicitiis parentum.* ut lib. XXXII. 4. *Cum* imperio *Philippi patris* successissent. lib. XIX. 1. *Qui . . sicut generi, ita et* magnitudini *patris* successerunt. passimque ita cum dativo rei construitur hoc verbum. Sed quum ablativus ille absolutus post haec *Mutuis fratrum odiis* sit incongruus, praestat omnino cum Dorv. 3. a manu sec. et veteribus edd. rescribere, *et mox filiorum inimicitiis, parentum succedentibus.* Sensus: Cum per mutua fratrum odia, ac deinde etiam filiorum inimicitias, quae parentum inimicitiis succedebant, inexpiabili bello etc. Wopkens. — Ita sec. Med. tert. quart. Leid. Periz. Verum pr. Med. sec. quint. Leid. ed. Rom. *filiis inimicorum par. succed.* Bechar. Ven. Flor. Paris. Mediol. *filiorum inimicitiis*

parentum succedentibus. Aldina et Iuntina: *odiis, mox et filiorum inimicitiis succedentibus.* ABR. GRONOV.

ET REGES ET REGNUM SYRIAE CONSUMTUM ESSET. Existebat adhuc Antiochus, Antiochi Cyziceni filius: quem regem sumere, eique tutorem dare, donec adolevisset, utique potuissent. VORST. — Magl. *et reges, et regum filii, et regn. S. c. e.* ABR. GRONOV.

AD EXTERNA POPULUS AUXILIA CONCURRIT. Sec. Med. *decurrit.* *Concurrere ad aliquem* idem valet, quod *iungere se*, vel *iungi alicui*, ut XLII. 1. 11. *Cum ad eum certatim principes iuventutis concurrerent. Decurrere* vero *ad aliquem* significat *auxilium alicuius implorare*, ut supra XIV. 2. 6. *Omnia igitur circumspicienti optimum visum est ad Alexandri Magni Argyraspidas decurrere.* XX. 2. 11. *Quo metu territi Locrenses ad Spartanos decurrunt.* XXVII. 3. 6. *ad Ptolemaeum hostem, cuius fidem tutiorem quam fratris existimabat, decurrit.* et XXVIII. 1. 11. *Olympias, Aetolis partem Acarnaniae eripere volentibus, ad regem Macedoniae Demetrium decurrit.* Saxo lib. III. pag. 42. 3. *siquidem a Baldero praelio superatus, ad Gevarum decurrere necesse habebat.* et lib. XIV. pag. 272. 49. *At Sueno non contentus semel Saxonibus supplicasse, iterato ad Henricum decurrit.* ABR. GRONOV. — Cum Florentino etiam Dorv. 2. *decurrit* exhibet pro *concurrit:* et verbum hoc opem implorantis esse proprium, ostendit Abr. Gronovius ad h. l. ut et Graevius ad lib. XIX. 1. WOPKENS.

PEREGRINOSQUE SIBI REGES CIRCUMSPICERE COEPIT. Pr. quart. Leid. Coll. N. *circuminspicere;* nec aliter supra XIV. 2. 6. Thuan. MSS. Bongars. *omnia igitur circuminspicienti.* XX. 3. 4. pr. Med. *paucitatem suam ciucuminspicientes.* et XXI. 5. 10. pr. tert. Leid. Coll. N. *neque honesta, sed tuta consilia circuminspiciebat.* et XXII. 5. 4. tert. quart. Leid. Coll. N. *odio diuturni imperii extera auxilia circuminspicientibus.* Iidemque XXXI. 1. 8. *novas belli causas circuminspicere.* Livius lib. I. cap. 30. *circuminspicere et ipsi externa auxilia.* Ita duo MSS. Florentini. Adde notam Nob. Heinsii ad Prudentii Psychom. vs. 235. et parentis ad Ciceronem lib. I. ad Fam. epist. 9. ABR. GRONOV.

2. ARCESSENDUM CENSERET. Sec. Leid. Periz. *censerent.* Plautus Trinummo Act. I. Sc. I. vs. 12.

> *Nimioque hic pluris pauciorum gratiam*
> *Faciunt pars hominum, quam id, quod prosit pluribus.*

Livius V. cap. 40. *magna pars tamen earum in arcem suos prosecutae sunt.* ibid. *inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas.* Tacitus lib. I. Annal. cap. 4. *Pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.* ABR. GRONOV.

3. IN TIGRANEN. Tigranes Syria ultra Euphratem et Cilicia potitus, *rex regum* dictus est: Appianus Syriac. pag. 118. Strabo lib. XI. f. Eo a Lucullo superato, Antiochus, *Εὐσεβής*, hoc est, *Pius* dictus, Cyziceni filius, *ἦρχε τῶν Σύρων ἑκόντων.* Duxerat is patris uxorem Selenen, quam deinde Tigranes interfecit. Strabo XVI. BONGARS.

4. Per octodecim annos tranquillissimo regno potitus est. Pr. Med. Magl. sec. quint. Leid. *per decem et octo*. pr. tert. et Coll. C. C. *per decem et novem*. sec. Med. *per decem septem annos*. et cap. seq. §. 3. idem, XVII. *annis*, *quibus* etc. primus, et quint. Leid. *decem et septem annis q*. Periz. Magl. *decem et octo annos*, (Magl. *annis*,) *quibus*. Simsonius Chron. A. M. 3922. legit, *quatuordecim annos*, atque etiam Tollius ad illa Appiani de Bell. Syr. pag. 190. *Μαγαδάτην στρατηγὸν ἐπιτάξας (Τιγράνης) ἄπασιν ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα.* Idem pag. 215. *προσθετέον ἐστὶ τοῖς διακοσίοις ἑβδομήκοντα ἔτεσι τὰ Τιγράνου τεσσαρεσκαίδεκα.* Verum Appianum et Iustinum inter se conciliat Eminentissimus Norisius Cenotaph. Pis. Dissert. II. pag. 222. Abr. Gronov.

CAP. II.

3. Ademit Pompeius. *Ὅτι τοὺς Σελευκίδας ὑπὸ Τιγράνους ἐκπεσόντας οὐκ εἰκὸς ἦν ὅτι Συρίας ἄρχειν μᾶλλον, ἢ Ῥωμαίους Τιγράνην νικήσαντας.* Appianus Syr. pag. 119. B. De Luculli autem et Pompeii rebus in Syria contra Mithridatem et Tigranem gestis, lege praeter Appianum, Plutarchum in utriusque vita, et Dionem. Bongars.

Alieni operis praemia. Fabius apud Livium X. 24. 8. *quam arborem conseruisset, sub ea legere alios fructum, indignum esse* dixit. Bernec.

4. Ut habenti regnum non ademerit. Quomodo haec stare possunt cum superioribus, ubi dicit, a Lucullo *regem Syriae appellatum?* An hoc proprie et stricte accipiendum de appellatione nuda, non immissione simul in regnum? videtur: sed sic legerem, *ut habenti regnum non adimeret*. Scheff. — Hoc est, igitur ut Antiocho regnum Syriae, si illud adhuc haberet, adimere noluisset (Pompeius), ita hoc ei non redditurum, postquam illo Tigrani cedendo satis ostendisset se id tueri non posse. Non puto necesse esse, ut cum Scheffero legamus *adimeret*. *Habenti*, pro illi si haberet. De quo participiorum usu vide Vorstium ad lib. VIII. 2. 1. et Gronov. ad Livium XXXI. 42. et *ademerit* pro ademisset. Wopkens.

Quo cesserit etc. Non improbo; quia tamen quidam MSS. habent *quod gesserit*, suspicor scripturam veram esse, *quod cesserit*, regnum scilicet. Scheff. — Magl. *ita quod cess. T. non daturum regnum, quod t. n.* Periz. mendose, *ita contrario Tigrani non d. se regnum, quod t. n.* Abr. Gronov.

5. Redigit. An *redegit?* ut respondeat superioribus *ademit*, *respondit*, propter insertam coniunctionem *atque*. Scheff. — Consentit Iuntina. Graev. — Ut Schefferus coniecit legendum *redegit*, ita cum Iuntina etiam Dorv. 1. et 2. recteque iam sic editum. Wopkens.

Paullatimque Oriens Romanorum, discordia consanguineo-

RUM REGUM, FACTUS EST. Magl. *paulatimque oriens, disc. cons. regum, Romanorum factus est.* ABR. GRONOV.

COMMENTAR. IN LIB. XLI.

CAP. I.

1. PARTHI. Vide Strab. lib. XI. et Dionysium, et quae in eum notavit Eustathius, et Agathiam lib. II. et Iornandem, qui hunc locum citat ex Trogo Pompeio. Strabo eos dicit ἀντιπάλους τῶν Ῥωμαίων κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. BONGARS. — Adde cum primis Amm. Marcellinum XXIII. 16. BERNEC.

2. SCYTHICO SERMONE PARTHI EXULES. Cum Parthi *Scythicae*, seu ut Iornandes de Reb. Get. cap. 6. specialius exprimit, *Gothicae*, hoc est, Germanicae sint originis, a vero non abludere videtur amici mei veteris, Casp. Simonis Franci, linguarum et politioris litteraturae scientissimi, coniectura, dictos Parthos, quasi *die fahrter*, sive *fahrende*, hoc est, vagabundos, errones, non inusitata litterarum *p* et *f* commutatione. Quomodo dicimus *die fahrende Schuler*. Affinis eidem originationi vox Hispanica *farandulero*. Certe minus absurdum hoc etymon, quam commentitium illud Graecorum, Parthos dictos ἀπὸ τοῦ πορθεῖν, quod vastando omnia perdant: habuit autem Parthica lingua multa communia cum Germanica. vide Reineccii partem III. pag. 213. m. BERNEC. — Plerique MSS. *exsules Parthi dicuntur*. Suidas v. Σώστρις. καὶ κατῴκισεν ἐν τῇ Ἀσσυρίων χώρᾳ Σκυθῶν ἄνδρας μυριάδας φ', οἵτινες ἐκλήθησαν Πάρθοι, ὅ ἐστι Περσικῇ γλώσσῃ Σκύθαι, καὶ μέχρι σήμερον ἔχουσι τὴν στολὴν καὶ τὴν λαλίαν καὶ τοὺς νόμους τῶν Σκυθῶν. ABR. GRONOV.

3. INTER ORIENTIS POPULOS. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *inter orientales p.* ABR. GRONOV.

4. CUM IMPERIUM ORIENTIS etc.

sic omnia verti
Cernimus, atque alias assumere pondera gentes,
Concidere has.

Ovid. Metam. XV. 420. BERNEC.

6. AD TANTAM EOS FELICITATEM PER VIRTUTEM PROVECTOS. *Per virtutem* desideratur in Iuntis, et posset non incommode abesse. Dein iidem cum aliis impressis: *ut non immensa tantum iam ac profunda camporum.* GRAEV. — Ex ratione debent haec verba *per virtutem* deleri; et in edit. Iuntarum non apparent. FABER. — *Per virtutem* abest teste Graevio ab editione Iuntina. Et videtur sane glossema esse, quod ex margine irrepserit in textum. VORST. — Non sane merebatur illud *per virtutem* (pro quo Dorv. 2. nec

male *virtute*) cum Iunt. edit. expungi, ut Fabro aliisque visum. ib. II. 15. *Quod non* virtute, *sed imbecillitate sociorum, potentiam quaererent.* lib. V. 11. *Revertentesque . . per tanta itineris spatia* virtute *se usque terminos patriae defenderunt.* Flor. II. 6. 30. *Sed libertate donati fecerant se* virtute (sic enim malim, quam *de servitute*) *Romanos.* Cicero III. Catilin. cap. ultimo: *ut ea* virtute, *non casu, gesta videantur.* Seneca H. Oetaeo 1834.

Non est gemendus, nec gravi urgendus nece,
Virtute *quisquis abstulit fatis iter.*

A. Victor Vir. Illustr. cap. LVIII. *Cohortes octo, obsidione vallatas, consilio et* virtute *servavit.* Nepos de Regibus cap. 1. *Quorum uterque privatus* virtute *regnum est adeptus.* Velleius I. 1. *Qui se etiam a Pyrrho Achillis filio,* virtute *vindicavit.* ubi Heinsius immerito *pari virtute v.*, ut illic iam monuimus. Wopkens. — *Ad tantam eos felicitatem provectos.* Ita Thuan. ed. Rom. Ald. Iunt. At sec. Med. *ad t. eos felicitatem virtute prov.* Reliqui MSS. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Bongars. *ad t. e. felicitatem per virtutem provectos.* Bechar. *profectos*, male. Abr. Gronov.

7. Trinis bellis per maximos duces. Crassum et Antonium: tertium adhuc quaero. An Cesennium Paetum? Sed is inferior aetate Trogi. Itaque *binis* forte rectius legas. Bernec. — „Legunt, „*binis*. Nam Cesennii Paeti dedecus, de quo Tacitus, nescisse Tro„gum. Sed tamen de suo aliquid admetiri solet Iustinus." Haec scribit Cl. Rupertus in Epistola XL. ad Reinesium pag. 324. MS. Coll. N. *ternis bellis.* Abr. Gronov.

8. Et opulentissimum illud urbium. Scribe, ut est in aliis, *et opul. illud urb. mille.* Bongars. — Strabo XV. pag. 686. ex Apollodoro. *Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίους ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν.* Sed inter has pleraeque Indiae. Gronov. — MSS. *opulentissimum illud*, unde Bongarsius, *opulentissimum illud urbium mille*, ut legi ait in quibusdam. Mallem tamen credere, Iustinum transposite scripsisse, *opulentissimum illud mille urbium*, vel ob hanc solam causam, quoniam alias vocabulum *illud* non fuisset abolitum, si simillimum ei *mille* non arctissime habuisset sibi coniunctum, per quod extinctum est. Scheff. — Magl. *op. mille illud urb. Bactr.* ed. Rom. *op. illud urbium mille B.* quod in quibusdam MSS. reperit Bongarsius. Ald. Iunt. *illud mille u. B.* Abr. Gronov.

Longinqua bella vicisse. Multum dubito, Iustinum sic scripsisse, certe *vincere bella* num reperiatur alibi usurpatum ignoro. Nec est oppositio, quam hic facere Iustinus videtur inter *imperium Bactrianum*, et *longinqua bella.* Itaque crediderim, fuisse olim, *quam longinqua bello vicisse.* ut *longinqua* referatur ad *imperia* vel *regna*, de quibus praecedit. Ita enim elegans existit oppositio inter *emergere inter regna*, in quibus constituti erant Parthi, et *vincere longinqua*, a quibus procul aberant. *Bello* quoque *vincere* convenientissimum, et receptissimum loquendi genus, Nostro etiam alibi usitatum. Scheff. — Schefferus se ignorare fatetur, an *vincere*

bella ita alibi legatur; ideoque credit, fuisse olim, *quam longinqua bello vicisse*; ut in voce *longinqua* ex praecedentibus, *inter Ast et Medica Persicaque . . regna, et . . Bactrianum imperium*, subaudiantur *regna* vel *imperia*. Sed ut *victor* et *victoria belli* frequens Latinis scriptoribus dictio est, ita nec plane damnandum *vincere bella*, putant Vorstius de Latin. F. Susp. cap. XV. et Barthius ad Claudianum de B. Getico 570. quia sic Vetus Epigramma in Lucani Pharsaliam (apud Barth. Adv. VI. 2.)

Si volui patriae servire: domestica bella
Qui vincit, *laudis deterioris erit.*

Ennius apud Cicer. de Senect. cap. V.

Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
Vicit Olympia, *nunc senio confectu' quiescit.*

et Claudianus de B. Getico 570.

Credite nunc omnes, quas dira Britannia gentes,
Quas Ister, quas Rhenus alit, pendere paratas
In speculis: uno tot praelia vincite *bello.*

Neque ullum in loco Iustini deprehendo dissensum librorum. Adde (quod etiam ad lib. II. 15. 8. notasse memini) saepius ita de *bello* aut *pugna*, tanquam de bellantibus, pugnantibus, sermonem fieri. Valer. Flaccus VII. 629.

Totique occurrere bello
Ipse cupit.

Boëtius Consol. V. Metro 2.

Ubi versa sequentum
Pectoribus figit *spicula* pugna *fugax.*

Fulgentius Mythol. II. 7. *Ideo etiam et diu in certamine dicitur desudasse; quia rara est* pugna, *quae cum concupiscentia vitiisque* congreditur: *sicut Plato in moralibus ait: Sapientes viri maiorem cum vitiis, quam cum inimicis pugnam gerunt.* Sed illic omnino scripserim: *quia dura* (non *rara*) *est pugna, quae cum concupiscentia vitiisque conseritur.* ut *conserere pugnam*, Livius XXI. 8. lib. XXVIII. 14. et alibi dixit. WOPKENS.

9. PRAETEREA CUM. Hoc *praeterea* vitiosum esse, mihi non est dubium, cum significatio hic eius nulla sit. Rectius scriberetur *praesertim:* verum ita scripsisse Iustinum haud contenderim. SCHEFF.

CUM GRAVIBUS SCYTHICIS, ET VICINALIBUS BELLIS ASSIDUE VEXATI. MSS. *Cum gravibus Scythis, et vicinalibus bellis assidue vexati.* hoc est, cum vexarentur a Scythis, qui iis graves erant, et vicinalibus bellis. Superius IV. 3. *Catinienses quoque cum Syracusanos graves paterentur.* Horat. III. 5.

adiectis Britannis
Imperio gravibusque Persis.

et I. Carm. 9.

Quo graves Persae melius perirent.

GRAEV. — Quod Graevio placet *gravibus Scythis* cum MSS. legi, hoc quidem nostris non firmatur, uti nec plerisque, quod puto, aliis,

norum equidem lectionem haudquaquam postposuerim. Pro *variis* *ericulorum certaminibus* haud inconcinne Dorv. 2. *variis periculo*-*um casibus*. ut Hirtius de B. Alex. cap. VII. *Ut ad extremum ca*-*um periculi omnes deducti viderentur*. ubi similiter loqui Livium I. 13. Catullum Carm. XXIII. 11. et Curtium IV. 10. observat eru-itissimus Davisius. et repete quae nos ad lib. XXVII. 1. 5. Sed recte e habet *periculorum certaminibus*. Livius XXVIII. 19. *Accende*-*antur animi et* certamine *laboris ac* periculi, *atque ipso inter se onspectu*. Et *periculorum certamina* sunt, quae Livio VI. 17. et VIII. 24. *Periculorum discrimina*. Similique perissologia *belli cer*-*amen* dicitur lib. II. 3. 11. ubi vide notata. Eodem ferme sensu cribi potuisset *periculis ac certaminibus*, prout Livius XXXVII. 59. *Recordatione rerum et aestimatione* periculi certaminisque etc. Sunt utem Iustini verba ita, ni fallor, interpungenda . . *bella vicisse*. *Praeterea cum . . urgerentur; hi domesticis seditionibus* etc. Wopkens. — Sec. Med. ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. *Scythis*, quod lteri praefert Cl. Graevius. Idem vir Cl. in Epistola ad Nic. Heinsium tom. IV. Syll. Epist. pag. 706. scribit: „Legistine *vicinalis?* „meae sane memoriae non occurrit. Forte scripsit Iustinus, *vicino*-„*rum bellis*. Exciderat *orum*, et ex sequentis vocis initio *bellis* „videtur natum *alibus*, sed nihil definio, nec mihi satisfacio." Vide supra ad XXXI. 2. 3. Abr. Gronov.

10. Inter Hyrcaniam et Dacas et Areos et Spartanos et Maianos. Ut nihil pudet haec tam manifesta errata in libris publicare, cum nemo nesciat esse falsa. Legendum est *inter Hyrcaniam et Daas*, *et Areos*, *et Carmanos*, *et Margianos*. Quis unquam *Spartanos* in Asia posuit? *Maianos* autem gentis nomen non facile reperias apud Geographos. In Margiana autem Ptolomaeus et *Daas* et *Tapuros* et *Massagetas* ponit. Glarean.

Et Dahas, et Areos, et Spartanos, et Maggianos. Vett. librorum MSS. lectionem exhibui. Legendum autem, *et Dahas*, *et Arios*, *et Arianos*, *et Margianos*, ex Strabone, Ptolemaeo, et Plinio VI. 25. ubi *Parthi*, inquit, *habent ab ortu Arios*, *a meridie Carmaniam et Arianos*. Bongars. — Hanc emendationem Bongarsii confirmat et Salmasius in Solinum pag. 1198. A. 2. Bernec. — Codices MSS. teste Bongarsio habent, *et Dahas et Areos*, *et Spartanos*, *et Maggianos*. Putat autem Bongarsius, pro *Areos* legendum esse *Arios*. Verum si hic ita legendum sit, supra quoque XIII. 4. 22. legendum ita erit. Quia vero supra *Arei* sunt tolerati, et hic tolerari, credo, possunt. Graece dicuntur *Ἄρειοι*. Unde Latine aeque *Arei* atque *Arii* dici possunt. Porro *Arianos* et *Margianos* pro *Spartanos* et *Maggianos* legendum esse facile accredo. Vorst. — *Spartanos*. Sic alicubi memini legere. Barbarum nomen; sed hic nulli esse Spartani possunt. Ortelius putabat legendum esse *Arianos*, qui populi Caudusiis finitimi sunt. Faber.

Dahas. Ita et supra XII. 6. 18. ut apud Virgilium VIII. Aen.

728. *Indomitique Dahae.* Flor. Ald. Iunt. Paris. *Dacas.* Bechar. *Dachas.* sec. Med. *Daas.* Abr. Gronov.

Arios. Medicei, tres Leid. Magl. Bodl. Periz. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Areos*, ut supra XIIII. 4. 21. *Arei.* Abr. Gronov.

Spartanos. Sec. Med. *Sparnos.* Strabo lib. X. pag. 508. *τοὺς δὲ οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας, Δάας οἱ νῦν προσαγορεύουσι τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους.* ubi MS. *Σπάρνους.* Idem pag. 511. *Καὶ τῶν Δαῶν οἱ μὲν προσαγορεύονται Ἄπαρνοι.* ubi vir summus observat, *Πάρνους* et *Ἀπάρνους* dici, ut *Μάρδους* et *Ἀμάρδους*. *Aparnos* utroque loco dat versio vetus: atque ita etiam scripsisse videtur Iustinus. Abr. Gronov.

11. Intercedentibus. Hoc est, vetantibus, vox tribunitia. Intercedimus verbo: prohibemus manu et opere. Bernec. — Magl. *deinde interced.* ed. Rom. *deinde non interdicentibus.* Abr. Gronov.

In tantum protulere. *In tantum* plena locutio pro *tantum.* Sic et infra XLIIII. 3. 13. *In tantum enituerunt.* Et indicat Scioppius, *quantum*, *tantum*, et id genus alia regulariter cum praepositione, figurate vero sine praepositione dici. Livius XXII. 27. *In tantum suam virtutem enituisse.* Virgilius VI. Aeneid.

> *Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos*
> *In tantum spe tollet avos.*

Vide Scioppium Parad. Literar. Ep. 5. quam sub nomine Paschasii Grosippi edidit. Vorst.

Ut non immensa tantum ac. Periz. *ut non mersa tantum* ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald Iunt. *ut non immensa tantum iam ac.* Abr. Gronov.

Profunda camporum. Vide Flori Indicem, quem brevi dabit Freinshemius, in *Diversa terrarum.* Ita supra XXXVIII. 1. 8. legendum videbatur *incerta belli;* quod ipsum est in Tacito IV. 23. 6. Bernec. — Cl. Pricaeus ad Apuleium Met. I. legit, *immensa tantum iam ac porrecta camporum.* Porro *immensa camporum* auctor dixit, ut Cicero II. de Nat. D. 39. *Immensitates camporum.* et 64. *immensa camporum.* Gronov.

Ardua montium. Tacit. XI. Ann. 9. *ardua castellorum.* et Varro II. de Re Rust. *montium arduitatem* dixit. Gronov. — Revocant haec mihi in mentem locum istum Minucii Fel. Octav. cap. XVII. *Quid loquar apte disposita recta montium, collium flexa, porrecta camporum.* ubi pro *recta montium* tentare non debui *ardua*, aut quod post etiam cogitabam, *erecta montium.* Scilicet tum nondum incideram in haec Livii XXI. 36. *Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atque ita* rectis *saxis, ut aegre expeditus miles . . demittere sese possit.* lib. XXXVIII. 20. *Animadvertit meridiana regione terrenos et placide acclivos ad quendam finem colles esse; ad septentrionem arduas et* rectas *prope rupes.* Wopkens.

12. Pleraque finium. Vocem *finium* glossatoris puto esse

tractam huc ex superioribus, *fines deinde*. Scheff. — Scheffero glossatoris illud *finium* esse videbatur, quod mihi non satis placet. Nec si quid movendum esset, delerem hanc vocem, sed potius in *nimia* transformarem. Wopkens.

CAP. II.

1. Administratio gentis sub .. regibus fuit. Saxo lib. XIV. pag. 260. 41. *administratio deinde provinciae sub nostris regibus esse coepit*. Abr. Gronov.

2. Proximus maiestati regum populorum ordo est. Scribe, *optimatum ordo est*. Supr. I. 9. *Ostanes optimatibus Persarum rem indicat*. et XLII. 5. de Phrahate: *cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret*. Vide Strab. XI. pag. 515. Gronov. — Mihi nihil certius, quam vocem *populorum* esse vitiosam. Quales enim illi *populi*, et quis unquam *ordinis* vocabulum usurpavit de populo? Quid vero substitui pro eo debeat, in hoc defectu historiae Parthicae, nondum potui videre. Nisi *optimatum* velis, ex lib. XLII. 5. 2. Scheff. — „*Philosophorum* legit Henninius in litteris ad „nos Kal. Decembris MDCCI. ex Strabonis libro XI. Etiam apud „Chinenses sapientissimi dicti Mandarini rebus praesunt.“ Haec Cl. Hensius. Verba Strabonis haec sunt pag. 515. *Εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα, μὴ ταυτολογεῖν δόξωμεν· τοσοῦτον εἰπόντες μόνον, ὅτι τῶν Παρθυαίων συνέδριόν φησι Ποσειδώνιος εἶναι διττόν· τὸ μὲν συγγενῶν, τὸ δὲ σοφῶν καὶ μάγων, ἐξ ὧν ἀμφοῖν τοὺς βασιλεῖς καθίστησιν.* Lege cum Casaubono, *καθιστᾶσιν*. Abr. Gronov. — Cf. Heeren de Trog. Pomp. Font. et Auct. Vol. I. pag. XCIII. Fr.

Rectores in pace habent. Ed. Ven. Med. Flor. Paris. Ald. Iunt. *habentur*. Abr. Gronov.

3. Et utrisque. Forte *ex utrisque*. Freinshem. — Mallem *utrimque*. Gronov. — *Et utrisque mixtus*. Ita Bongarsius et post eum alii edidere. Maior et Sichardus ediderant *et ex utroque*. At Becharius *utrinsque:* qaod ad τὸ *utrisque* propius accedit. Ego cum Freinshemio legendum puto *ex utrisque*. Solent enim *utrique* plurali numero dicere pro *uterque*. Exempli gratia *utrique Dionysii* pro uterque Dionysius. Vid. Ind. in Nepotem. Vorst. — Legunt alii *ex utrisque*. Puto iunxisse Iustinum et scripsisse, *et ex utrisque*. Scheff. — Sic etiam nostri MSS. neque opus est cum viris doctis rescribi *et utrimque mixtus* vel *ex utrisque mixtus:* solet enim ita praepositio *ex* omitti. lib. XXIV. 7. *statuasque .. solido auro fusas esse*. Paulinus Nolanus Poëmate V. 47.

Si te dominique Deique
Unigeni cognosco patrem, mixtumque duobus
Qui super aequoreas volitabat spiritus undas.

Tacitus Hist. V. 5. *Qui deum imagines mortalibus* materiis .. *effin-*

gant. Min. Felix cap. VII. *utrum* elementis *concretus, an concinna-tus* atomis. Cicero N. Deor. II. 10. *Quae neque conglaciaret fri-goribus, neque* nive *pruinaque concresceret.* ubi *in nive* cum Bube-rio reponendum esse, non puto. Ampelius Libro Memor. cap. VIII. *Ibi est Nilus* aere *factus, cuius facies* smaragdo *limpido, brachia ex ebore.* Capitolinus in Maximinis cap. XXIV. *Ponte itaque cu-pa facto* etc. Florus III. 5. *statim ponte* navibus *facto* etc. ubi frustra Heins. *e navibus*, uti et Burm. praepositionem istam ingerit in hoc Phaedri Fab. LIX.

Detracta pelle *sibi fecèrunt tympana.*

Prudentius Cathemer. II. 71.

Ebenoque *crystallum facis.*

Idem hymno III. 97.

Nos igitur tua sancta manus
Caespite *composuit madido.*

et vs. 119.

Tegmina suta parant foliis.

Lactantius V. 8. *Monumentum . . tanquam* coeno *aedificatum.* quod emendandum Heumanno non fuisse, illic etiam satis ostendimus. Fulgentius Mythol. II. 10. *Ille* adamante *catenas effecit.* At exem-plorum non est finis. WOPKENS. — Magl. *Medumque medius, utro-que m.* pr. Med. Peris. ed. Ald. Iunt. *Medumque medius* (Ald. *Me-dicum medius*) *et utrisque m.* Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *Medumque* (Flor. Paris. *Moedumque*) *medius, et utriusque mixtu.* ABR. GRONOV.

4. VESTIS OLIM SUI MORIS, POSTEAQUAM ACCESSERE OPES, ut MEDIS PELLUCIDA. Iulianus ὁ παραβάτης, in Oratione de Constantii gestis: διασώζουσι καὶ ἀπομιμοῦνται τὰ Περσικὰ, οὐκ ἀξιοῦντες ἐμοὶ δοκεῖ, Παρθυαῖοι νομίζεσθαι, Πέρσαι δὲ εἶναι προσποιούμενοι ταῦτα τοι καὶ στολῇ Μηδικῇ χαίρουσι. Statim post apud Iustinum sequitur: *Armorum Scythicus, ac patrius mos.* Quod forsan Trogi aevo verum fuit, sed Iuliani non item. Ait enim ille, quod Parthi ἐς μάχας ἔρχονται, ὅμοιοι Μήδοις, ὅπλοις τε ἀγαλλόμενοι χουσοῖς καὶ ἐσθήμασι ἐπιχρύσοις, καὶ ἁλουργέσι. VOSS.

FLUIDA. Tacitus Germ. cap. 17. *Veste distinguuntur, non flu-tante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta.* Herodianus IV. 20. de Parthis Antonini dolo oppressis: *Nec evadere fuga poterant impediente cursum fluxa veste ad pedes deducta.* Lucanus VIII. 367.

Illic et laxas vestes, et fluxa virorum
Velamenta vides.

De vestitu Persarum ac Medorum, unde Parthi suum accepere, multa Brissonius Regn. Pers. lib. II. BERNEC. — Hinc Apuleio Flor. cap. 5. dicuntur *fluxi vestium Arsacidae. Posteaquam accessere opes,* sci-licet *iis,* quod pronomen eleganter subintelligi solet. Vide Avum ad Livium lib. XXXVIII. cap. 17. ABR. GRONOV.

5. MAIOREM PARTEM SERVORUM HABENT. MSS. praeferunt, *ser-vitiorum.* Quod probo. Ita enim semper solet Iustinus. VOSS. —

ithe et MS. *servitiorum.* Sic scripsit Iustinus XXII. 6. *Eodem* igestis etiam servitiis, hoc est, servis. Ita et *ministeria* pro mitris Tacit. XIII. Annal. *opera* pro operariis Horat. *accedas opera* ro nona Sabine. *Famulatio* pro famulis Apul. VI. Met. et Grae- *θεραπεία*, Matth. XXIV. 45. pro *θεράποντες*. *matrimonia* Iusti- ı XII. 3. pro uxoribus, et mille talia. Graev. — MSS. *servirum:* familiaris Iustino loquendi ratio. Et docti viderunt. Faber. Codices quidam MSS. quos Bongarsius vidit, et typis expressus itarum teste Graevio, *servitiorum:* id quod a stylo Iustini minime iorret. Vorst.

Servitiorum habent. Ita Medicei, Coll. N. sec. quint. Leid. Ald. Vide notam Graevii ad h. l. et Reinesii epistolam XLVII. Rupertum pag. 391. Abr. Gronov.

Hos pari ac liberos suos cura habent. Male verbum *habent* tribus Dorv. aliisque praetermissum fuit. Livius II. 47. *Saucios* *ites curandos dividit Patribus. Fabiis plurimi dati: nec alibi* iore cura habiti. lib. XL. 4. *suum sororisque filios in eadem* habat cura. ubi *in* forsitan glossatoris est. Sallust. Iugurth. cap. V. m . . *eodem* cultu, *quo liberos suos, domi* habuit. Wopkens. — ibum *habent* desideratur in Thuaneo, sec. tert. Leidensi. Peris. a na manu: *liberos suos currere et eq.* sec. Med. *hos pariter ac l.* ıs *curare et eq.* ed. Rom. *hoc pariter ac liberos suos currere, et* *it.* Zonaras lib. III. Annal. cap. 15. *καὶ (ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐφή-* ης) *ὁδοιπορίαις καὶ δρόμοις ἐγύμναζε.* Abr. Gronov.

Equitare et sagittare. Et hoc ex instituto Persarum hausere, quibus Herodotus I. 136. *Liberos suos, a quinto anno incipien-* *usque ad vicesimum, tribus tantum instituunt, equitare, arcu* *ittas excutere, vera loqui.* Porro ne quis de Latinitate verbi *ittare* dubitet, utitur eo quoque Curtius VII. 5. 64. Bernec.

6. Ita plures in bello equites regi suo praebet. *In bello* supra n. 2. *Ex hoc duces* in bello, *ex hoc rectores* in pace *ha-* *t.* Dorv. tamen tres: *ita plures in bella e. r. s. p.* Quod V. in Observatt. Misc. Vol. V. pag. 169. conferebat cum his Lucani 492.

Piceo iubet unguine tactas
Lampadas immitti iunctis in bella *carinis.*

Livius 8. 25. *In fidem venerunt, arma virosque ad bellum pol-* *ntes.* lib. XLIII. 19. *Ne quis ullam rem in bellum magistra-* *ıs Romanis conferret, praeterquam quod senatus censuisset.* pkens. — Medicei, quint. Leid. *in bella.* [Cf. Misc. Obss. in t. vett. etc. Amstelodam. Vol. V. Tom. II. pag. 169. sq. Fr.] supra III. 5. 6. ex Bodl. et Peris. *ut in supplementum exer-* *ıs servos suos manumitterent.* Vulgo, *ad supplementum.* L. 7. 11. D. de Donat. *si maritus pecuniam uxori in unguenta dede-* Abr. Gronov.

Soli quadringenti liberi fuere. Ed. Med. Iunt. aliaeque, *soli* *CC. l. f.* Abr. Gronov.

. 7. COMINUS IN ACIE PRAELIARI, AUT OBSESSAS EXPUGNARE URBES NESCIUNT. Ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. c. *in a. praeliari nesciunt, obsessasque exp. u.* Saresberiensis lib. VI. cap. pag. 364. *Solent non in acie cominus praeliari, sed quoad pos hostem eminus laedunt: obsessas urbes mora et viribus nesciunt pugnare.* Haec Iustini verba, atque etiam pleraque ex seque transcripsit Regino lib. II. Chron. pag. 90. ubi Hungarorum m describit hoc modo: *Cominus enim in acie praeliari, aut obs expugnare urbes nesciunt. Pugnant autem procurrentibus e aut terga dantibus: saepe etiam fugam simulant; nec pugnare possunt. Ceterum intolerandi forent, si quantus est impetus, tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certa praelia deserunt, ac paullo post pugnam ex fuga repetunt, cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit* paullo post: *super illos* (leg. *equos*) *ire, meditari, consister colloqui solent: liberos ac servos suos equitare et sagittare m industria docent. Ingenia illis tumida, seditiosa, fraudul praecocia: quippe eamdem ferocitatem feminis quam viris gnant; semper in externos aut in domesticos motus inquieti, tura taciti, ad faciendum, quam ad dicendum proniores.* GRONOV. — Lucanus VIII. 377.

Non aries illis, non ulla est machina belli:
Haud fossas implere valent: Parthoque sequente
Murus erit, quodcunque potest obstare sagittae.

Tacitus XII. 45. 4. *Nihil tam ignarum barbaris, quam mach menta et astus oppugnationum.* Adde de Gothis Marcellinum X 18. et 22. BERNEC.

PUGNANT AUTEM PROCURRENTIBUS EQUIS etc. Praestat li sequi, qui legunt: *Pugnant aut procurrentibus equis, aut te dantibus.* GRAEV. — Iuntarum editio teste Graevio pro *autem* het *aut:* idque convenienter τῷ *aut*, quod sequitur. VORST. Ita quatuor MSS. ed. Rom. Bechar. Mediol. Regino et Saresberie Thuan. Periz. verum Medicei, Magl. quart. Leid. Bodl. et reli editiones: *pugnant aut proc.* quod recte vulgato praeferunt Gra et Vorstius. Similiter cap. 3. §. 8. *semper aut in externos au domesticos motus inquieti.* ubi Magl. dat, *semper autem*, sed ABR. GRONOV.

FUGAM SIMULANT. Tacitus VI. 35. 2. *cum Parthus sequi fugere pari arte suetus, distraheret turmas, spatium ictibus q reret.* Atque de hac fugae simulatione capiendum illud Pro tii II. 8. 54.

Parthorum astutae tela remissa fugae.

Quem ad locum vide notata ab eruditissimo Gebhardo: quibus a Lucanum VIII. 376. Plutarchum Crasso cap. 46. Appianum Pa pag. 144. C. Ceterum hoc astutae fugae genus tribuit etiam Ath Thucydides III. 15. 18. Persis Xenophon lib. III. Exp. Cyr. p 306. D. Thessalis Curtius III. 11. 27. Germanis, et praecipue Ca

itus I. 56. 8. et Germ. 6. 8. Sed et Plato in Lachete Scytha- exemplum, qui fugientes, non stantes, cum hoste pugnant, cit contra fortitudinis imperfectam illam descriptionem, quod sit is, qua quis in acie stans, fortiter pugnat. Homerus item Iliad. 108. Aeneam hoc nomine commendans, *μήστωρα φόβοιο, fu- di rite peritum*, appellat. BERNEC. — Apud Saresberiensem vi- editum est, *saepius etiam simulantibus fugam*. ABR. GRONOV.

8. SIGNUM IN PRAELIO NON TUBA, SED TYMPANO DATUR. Coll. eriz. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Bechar. Bon- *Signum his in praelio.* pr. Med. quint. Leid. Bodl. *Signum his raelium.* Saresberiensis: *Signum his ex antiquo more non tuba, tympano datur.* Appianus de Bell. Parth. pag. 237. *Πάρθοι οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν εἰς μάχην, ἀλλὰ ῥό- βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείνοντες ἤλοις χαλκοῖς, ἅμα πολ- θεν ἐπιδουποῦσι.* ABR. GRONOV.

NEC PUGNARE DIU POSSUNT etc. Facit tales et Germanos Ger- cus apud Tacitum II. 14. 8. ipseque Tacitus Germ. 4. 2. Par m Gallorum in Livio X. 28. 4. et Floro II. 4. 2. BERNEC.

QUANTUS HIS IMPETUS EST, VIS TANTA ET PERSEVERANTIA ESSET. *tui* non tam apte *vis* opponitur, quam *perseverantia*, quoniam *petu* maxime vis horum hominum valebat. Atque ita nomina *et impetus* solent saepe iungi. Livius X. 34. *Postumius Milio- oppugnare adortus; vi primo atque impetu, deinde* etc. Ci- in Oratore cap. LXVIII. *Ut aliter in ea nec impetus ullus nec se possit.* Vide pro Cluent. cap. XLVI. Hinc melius haec ita t Saresber. Policrat. VI. 14. *Si quantus est eorum impetus, esset perseverantia.* Sic Livius XXVII. 16. *Proelium in aditu maiore* impetu, *quam* perseverantia *commissum est.* Verum serim potius leviore mutatione, *si quantus eis impetus et vis, et perseverantia esset.* Ceterum Dorv. 1. *Si quantus est his us vis, t. e. p. esset.* 2. *Si quantus eis impetus inest, tanta verantia esset.* 3. *Si quanta est impetus vis, tanta et p. e.* obus aliis, *si quanta his in impetu vis, t. e. p. e.* Horum nihil aeque arridet. WOPKENS. — Pr. Med. Bodl. quint. Leid. *anta est his in* (Med. *his est in*) *impetu vis, tanta.* ed. Rom. *anta est impetus vis, tanta.* Regino: *si quantus est impetus, anta et p. e.* Saresberiensis: *nec pugnare diu possunt, quia rabiles essent, si quantus est eorum impetus, tanta esset per- antia.* ABR. GRONOV.

9. UT, CUM MAXIME VICISSE TE PUTES, TUNC TIBI DISCRIMEN UNDUM SIT. Saxo lib. V. pag. 95. 21. *quo fit, ut, cum victo- tibi cessisse putes, discrimen immineat.* ABR. GRONOV.

10. LORICAE PLUMATAE. Hoc est, ex laminis ferreis in modum e factis consertae. Virgilius Aen. XI. 770.

Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squammis auro conserta tegebat.

Servium vide: praeterea Turnebum Advers. XI. 25. Lipsium de

Mil. Rom. III. 6. et Stewechium in Veget. III. 23. BERNEC. — In certus auctor apud Suidam v. Θώραξ. Θώραξ δὲ ἱππέως Πάρθ τοιώσδε ἐστί. Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ πρόσω στέρνα (MS. Leid. στέρ τε, καὶ μηροὺς, καὶ χεῖρας ἄκρας, καὶ κνήμας καλύπτει· τὸ δ ὄπισθεν νῶτά τε, καὶ τὸν αὐχένα, καὶ τὴν κεφαλὴν ἅπασαν. π ρόναι δέ εἰσι πρὸς ταῖς πλευραῖς πεποιημέναι, αἷς ἑκάτερον τῶ μερῶν συμπορπηθὲν ὅλον σιδηροῦν ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν ἱππέα. κω λύει δὲ οὐδὲν ὁ σίδηρος οὔτε τὰς ἐκτάσεις τῶν μελῶν, οὔτε τ συστολάς. οὕτως ἀκριβῶς πρὸς τὴν τῶν μελῶν φύσιν πεποίητ ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὸν ἵππον ὁμοίως σιδήρῳ πάντα μέχρι τῶν ὀνύχ διότι οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος ἂν εἴη τῶν ἰδίων ὅπλων, εἰ ὁ ἵππος αὐ τοῖς προαπόλοιτο. ABR. GRONOV.

CAP. III.

1. NEC ULLA DELICTA ADULTERIO GRAVIUS VINDICANT. Qu Leid. *delicta quam adulteria.* ed. Bechar. Ven. Flor. Mod. Ald. ha *adulteriis.* ABR. GRONOV.

2. FEMINIS NON CONVIVIA etc. Vide Notam VII. 3. 3. BERN

3. VENATIBUS. De Parthorum acri studio venandi meminit Herodianus lib. VI. Unde Vononem apud Augustum, cui a Ph hate obses datus fuerat, educatum, petitum Roma acceptumque r gem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum tamen asperna Parthos Tacitus Annal. II. 1. narrans, addit: *Accendebat dedig tio et ipse, diversus a maiorum institutis, raro venatu,* s *equorum cura.* Suetonius in Calig. cap. 2. ait, *Regum regem* (h est, Parthicum) *ad indicium maximi luctus, exercitatione ven abstinuisse.* BERNEC.

5. SEPULTURA etc. Etiam inhumanus hic humandi ritus Parthos defluxit a Persis, de quibus Herodotus I. 140. eamque p stremis quoque Persarum temporibus in usu fuisse patet ex Proc lib. I. Pers. et Agathia lib. II. Consulendi Cicero Tuscul. I. 44. 45. Ioh. Kirchman. in Append. ad lib. de Fun. Rom. cap. 2. C. B thius Adversar. XLIX. 10. BERNEC. — Perperam puto hunc mor Parthis attribui, cum is Hyrcanorum proprius sit. Scio quidem id fere Herodotum asserere de Persis: οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρ Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ. De ca bus nescio, an verum sit. De avibus constat. Quamvis idem hab et alii. Moris enim semper fuit Persis, sive Parthis, ut immat morte defunctis, os oculosque lacte oblinerent: inde equo imposit instigatoque eo, corvorum praedae exponerent. Quod si ab iis, q bus eius rei negotium incumberet, animadversum fuisset, dextr eius oculum prius a corvis maceratum, felicem iudicabant: sin si strum, contra. Cum senibus aliter agebatur. Eos enim ad mont deferebant, fameque enecabant: et omnes, qui hoc fato defunger tur, felices existimabantur. Strabo, qui Caspiis illud tribuit, vi tur haec duo mortis genera confudisse. Ait enim lib. XI. Κασ

τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη λιμοκτονήσαντες, εἰς τὴν ἐρημίαν ἐκτιθέασιν. ὅποθεν δὲ σκοπεύοντες, ἐὰν μὲν ὑπ' ὀρνίθων κατασπωμένους ἀπὸ τῆς κλίνης ἴδωσιν, εὐδαιμονίζουσιν· ἐὰν δὲ ὑπὸ θηρίων κυνῶν, ἧττον· ἐὰν δ' ὑπὸ μηδενὸς, κακοδαιμονίζουσι. Videsis Petrum Teicheram in compendio Mircondi. Voss.

6. In superstitionibus atque cura Deorum praecipua omnibus veneratio est. Insigniter hunc locum restituit Gronovius, qui legit: *In superstitionibus atque cura deorum praecipua amnibus veneratio est.* hoc est, praecipue religiose amnes et fluvios venerantur, quod ex Herodoto, Plinio, Tacito, Arnobio et aliis probat scriptoribus IV. Observatt. 10. Graev. — Praeclara Gronovii emendatio apud Vossium, *amnibus veneratio est:* nam et Parthi et Scythae et omnes ferme Septentrionales populi fluvios venerabantur. Faber. — Certissima est emendatio Gronovii, pro *omnibus* legendum *amnibus* censentis. Persas et Parthos veneratos fuisse fluvios variis veterum testimoniis ostendit ille lib. IV. Observatt. cap. 10. Ceterum inepta quoque locutio esset, si dixisset, praecipuam omnibus venerationem esse, id est, praecipuam omnes venerationem habere in superstitionibus et cura Deorum. Quid illud est, venerationem esse alicui in superstitionibus, in cura Deorum? Veneratio Deorum enim, superstitio, et cura Deorum, unum et idem sunt. At recte et concinne dictum fuerit, *in superstitionibus et cura Deorum praecipuam amnibus venerationem esse*, id est, inter superstitiones et culturas Deorum apud Parthos, praecipuam amnes seu fluvios venerationem habere, seu praecipua veneratione eos frui. Vorst. — Verissima lectio est, *amnibus*, quod Cl. Gronovius primus ostendit. Scheff. — Pr. Med. quint. Leid. Bodl. ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *in superstitionibus ad curam deorum.* Rectius, ut opinor. Sensus est, Parthos in superstitionibus, praeter deos, amnes quoque religiose venerari solitos fuisse. Livius XXVI. 1. *Praelium non solito modo clamore ac tumultu est coeptum, sed ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum aeris crepitu edidit clamorem.* Abr. Gronov.

8. Ad faciendum, quam etc. Sallustius Catil. 8. 6. de Romanis: *Optumus quisque facere quam dicere malebat.* Amm. Marcellin. XXI. 8. *Plus audire quam loqui militem decet, actibus coalitum gloriosis.* Adde notam II. 10. 23. Bernec.

9. Principibus metu, non pudore parent. *Pudor* sic saepe amorem honesti et aequi vel curam officii sui denotat. Apuleius Florid. II. pag. 12. *Nullo, nisi tuo anno, ad coërcenda peccata plus* pudor, *quam* timor, *valuit.* Caes. B. Gall. I. 40. *Ut quam primum intelligere posset, utrum apud eos* pudor *atque officium, an* timor *valeret.* Terentius Adelph. I. 1. 32. Pudore *et liberalitate liberos retinere, satius esse credo, quam* metu. Curtius VIII. 14. *Porus tamen cum paucis, quibus* metu *potior fuerat* pudor, *colligere dispersos* etc. Velleius II. 5. *Tantum effecit mixtus* timori pudor, *spesque desperatione quaesita.* Vide et Livium XXVII. 12. Haec

partim etiam observata video ab Intt. Sallustii Iug. cap. C. Confer lib. XXI. 5. 9. et Senec. in Thyeste vs. 215. WOPKENS.

PRINCIPIBUS METU, NON PUDORE PARENT. Saresberiensis: *princ. metu, non pudore vel religione parent.* ABR. GRONOV.

IN LIBIDINEM PROIECTI. Quo argumento dissuaserunt amici Pompeio fugienti Corneliam uxorem formosam ad Parthos ducere. Plutarch. Pomp. cap. 126. et Appianus Bell. Civil. lib. II. BERNEC.

FIDES DICTIS PROMISSISQUE NULLA. Io. Sarisber. Policr. VI. 14. ita haec citat: *Fides dicti promissique n.* Atque ita genitivum hic pro dativo habent etiam Dorv. tres, nisi quod in 3. a manu secunda sit, *dictis promissisque.* Primus autem et sec. plenius, *dicti, facti promissique.* Voluisse credo *dicti, pacti promissique.* WOPKENS. — Pr. Med. sec. quart. quint. Leid. Periz. et Saresberiensis: *dicti promissique.* ed. Rom. *dicti facti.* ABR. GRONOV.

QUATENUS EXPEDIT. Pestilens Lysandri dictum apud Plutarchum Apophtheg. Lacon. cap. 94. *Veritatem nihilo meliorem esse mendacio: sed utriusque dignitatem et pretium usu definiri.* BERNEC.

CAP. IV.

1. NULLO MACEDONUM DIGNANTE PARTHORUM IMPERIUM. *Dignari* pro, sua cura aut amore dignum iudicare. Ruffinus H. Eccl. X. 10. *Quique cum . . mulieri munera deferri iuberet, illa horum, inquit, o rex, nihil captiva* dignatur. Prudentius Cathem. XI. 82.

Peccantem diu
Dignatus *orbem viseret.*

Paulinus Nol. Poëm. V. 53.

Confessam dignere *animam.*

Contrarium *dedignari* infra XLIII. 2. Schefferus glossatori tribuendam suspicatur vocem *externo*, quia nullus socius est domesticus aut non externus: sed vanam istam argutiam satis reluunt, quae notavi ad lib. XXXVIII. 9. 10. WOPKENS.

STAGANORI. Legendum *Statanori*, ut supra XIII. 4. 22. cui tamen Drancas et Areos tribuit, (ut et Diodorus XVIII. 3.) Parthos autem Nicanori assignavit. Diodorus Parthiam et Hyrcaniam Phrataferni evenisse refert: et Strabo a Macedonibus Hyrcaniam Parthiae iunctam scribit. BONGARS. — MS. *Staganori.* Iuntae: *Stasanori.* optime, ut supra XIII. 4. GRAEV. — *Statanori* emendavit Bongarsius pro *Staganori*, sed et *Stasanori* probum est, et ex analogia linguae Graecae, ut *Phthisanor*, et alia eius formae. FABER. — Rescripsi audacter *Stasanori* ex editione Iuntina, quae teste Graevio ita habet. Bongarsius edidit *Staganori.* Sed addit tamen legendum esse *Statanori*, ut supra XIII. 4. 22. legitur. Sed et Graevius pro *Stasqnori*, quod in editione Iuntina ipsa reperit, cum Bongarsio *Statanori* legendum putat. Verum quidni ipsum *Stasanori* reponamus, postquam editionem Iuntinam sic habere, ceterosque omnes tum La-

tinos, tum Graecos, qui eius hominis mentionem fecere, sic eum appellare scimus? Vide et supra Notas ad XIII. 4. 22. VORST.

EXTERNO SOCIO. Vocabulum *externo* mihi suspectum est, cum omnes socii sint externi, sic accepto externorum vocabulo. Num apposuit glossatorum aliquis, quia praecedit, *nullo Macedonum*? SCHEFF.

2. DEDUCTIS. Forte *diductis*. FREINSHEM. — Placet mihi quoque, quod visum est Freinshemio, *diductis*. Noster ipse supra XV. 4. 23. *et cum de praeda non convenirent, iterum in duas factiones diducuntur*. SCHEFF. — *Diductis* pro *deductis* malebat Freinshemius, cuius coniecturae adstipulatur tertius Leid. *seductis* ed. Bechar. ABR. GRONOV.

3. PRONEPOTE SELEUCO. Male. Nepos enim fuit, ipso Iustino teste. Hic enim Seleucus, Antiochi filius est XXVII. 1. 1. hic vero Seleuci primi sive Nicatoris XVII. 2. 10. FREINSHEM. — Periz. *nepote*, ut malebat Freinshemius. Idem MS. cum tert. Leid. *primi defecere*. Matthaeus Westmonasteriensis Aet. V. cap. 13. *Ab hoc proinde Seleuco* (Antiochi M. filio) *Parthi defecere, et Arsacen regem sibi constituere*. ABR. GRONOV.

BULSONE, M. ATTILIO. Vett. plerique, *Bulsione*. Legendum *Vulsone*. In Fastis est *C. Attilius*, non *M. Attilius*. [In fastis Capitolinis a Pighio suppletis, est *M. Attilius*.] Constitutum est Parthorum imperium, et conditum, Seleuco Callinico Asiam obtinente. Strabo XI. Eusebius Chronico. Lubet adscribere ortum regni Parthici ex Georgii Monachi Chronico, cuius mihi copiam fecit praestantissimus vir Fr. Pithoeus. *Συρίας καὶ Ἀσίας δ' ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ἐπικληθεὶς Καλλίνικος, ὁ αὐτὸς καὶ Σέλευκος*. et paulo post: *Ἐπὶ τούτου τοῦ Ἀντιόχου Πέρσαι τῆς Μακεδόνων καὶ Ἀντιόχων ἀρχῆς ἀπέστησαν ὑπ' αὐτοὺς τελοῦντες ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου· διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀρσάκης τις καὶ Τηριδάτης ἀδελφοὶ, τὸ γένος ἕλκοντες ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου, ἐσατράπευον Βακτρίων, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακεδόνος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς· ὃς Ἀγαθοκλῆς ἐρασθεὶς Τηριδάτη, ὡς Ἀριανός φησι, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν νεάνισκον σπουδάζων ἐπιβουλεῦσαι, διαμαρτήσας ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ, καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν, ἔτη β, καὶ ἀναιρεῖται, καὶ μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ.* Integrum locum adscripsi, quia editus non est, et narrationem continet memoria dignam. BONGARS. — Hisce Suidas obstrigillat, qui scribit, *Arsacem Parthum, imperio Persarum potitum anno* 293. (scilicet ab initio Cyri) *eiectis Macedonibus, regnum Parthis tradidisse*. Atque ille annus 293. abest a Consulatu Vulsonis et Reguli (quem Noster terminum statuit) annis 17. Maior discrepantia apud Ammianum Marcellinum XXIII. 16. qui Seleucum Nicatora ab hoc Arsace debellatum perhibet, ac tum Arsacidarum imperium iniisse. Tacitus Hist. V. 8. 4. sub Antiocho Epiphane hoc contigisse refert. BERNEC. — Periz. *L. Manlio Bulsione, M. Aquilio Regulo*. Ed. Bechar. Ald. Iunt. *Lucio* (Ald.

Iunt. L.) *Manilio Pisone*, (Ald. *Vulsoné*) *Attilio Regulo.* Medicei, tertius Leidensis, *M. Atilio.* Cicero lib. III. de Off. cap. 26. *M. Atilius Regulus cum consul iterum in Africa* etc. Epit. Livii lib. XVIII. *Atilius Regulus consul.* Polybius lib. I. cap. 26. *Μάρκος Ἀτίλιος καὶ Λεύκιος Μάλλιος.* Appianus de Bell. Pun. pag. 4. *Ἀτίλιος Ῥῆγλος.* Orosius lib. IV. cap. 10. *Alter deinde Atilius Regulus et Manlius Vulso ambo iterum consules.* ubi Franc. Fabricius notat: „Horum consulum nomina in meo manuscripto Iustini lib. „XLI. integra sunt, nisi quod pro *Vulsone* more antiquo scriptum „est *Bulsone:* unde in vulgatis factum est *Pisone.*" Abr. Gronov.

5. Theodotus. Straboni lib. XI. pag. 355. 20. *Διόδοτος.* Bongars. — Sec. Med. Periz. *Diodotus.* *Διόδοτος* a Strabone lib. XI. pag. 515. quoque rex Bactrianorum appellatur. Prologus huius libri: *ut a Diodoto rege constitutum imperium est.* Paullo post tamen iidem MSS. dant *Theodoti*, et *Theodoto.* Abr. Gronov.

6. Arsaces, vir, sicut incertae originis, ita virtutis expertae. Georg. Monachus in allato iam modo loco dicit, Arsacem et fratrem Tiridatem ab Artaxerxe, Persarum rege, genus ducere. Bernec. — Doctissimus Schicardus in Tarich regum Persiae, putabat originem trahere Arsacem a Dario Codomanno: quod tamen non videtur. Nam in Chronico Persico, quod penes Cl. Erichmannum est, dicitur esse ex semine Chaichosrou, qui est Cyrus. Pater vero eius vocatur Darius quidam. Quae potuit erroris causa fuisse. Voss.

7. Parthos ingressus. Credo legendum, *Parthos aggressus.* Faber. — A Fabro, legendum credente *aggressus*, merito dissentit Cortius ad ista Sallustii Iug. cap. XXVIII. *Igitur Calpurnius . . acriter Numidiam* ingressus est: *multos mortales et aliquot urbes pugnando capit.* Dictys Cret. II. 18. ingressusque *eorum regionem . . magnam vim praedae abstulit.* Sic lib. III. 7. apud eundem, et saepius de hostili ingressu intelligendum venit hoc verbum. *Parthi* autem (ut passim incolas pro illorum regione sumi, Tennul. ad Frontin. I. 4. 1. aliique monuerunt) pro Parthia ponuntur. ut cap. VI. *Sicuti in* Parthis *Mithridates, ita in Bactris Eucratides . . regna ineunt.* lib. XII. 3. *Haec cum nuntiata in* Parthis *Alexandro essent.* ubi aliquot MSS. *in Parthia*, ut lib. XLII. 4. 11. quibus tamen morem gerere necesse non est. Florus IV. 2. 51. *Ut . . pulsus . . fugam in* Parthos, *Africam vel Aegyptum agitaret.* Conferatur Velleius II. 5. *Penetratis omnibus Hispaniae* gentibus. Gratius Cyneg. 174.

Atque ipsos libeat penetrare Britannos.

ubi non cum Burmanno malim *adque ipsos.* Wopkens.

Andragoram. Unum ex Andragorae posteris, de quo sup. XII. 4. 12. quem Arrianus lib. III. *Ammynapen* vocat. Georgius hunc vocat *Agathoclem.* Bongars.

8. Ita duarum civitatium. Civitates hoc loco sunt regiones, ut supra, *poenalem civitatem*, id est, *Hyrcanos.* Faber.

Imperio praeditus. Sallustiana phrasis: Catil. 51. 1. *Qui imperio praediti, in excelso aetatem agunt.* Bernec.

10. Quem diem Parthi etc. Sallustius Iug. cap. XLIX. *Illum diem aut omnes labores et victorias confirmaturum* (lego *consummaturum*) *aut maximarum aerummarum* initium *fore.* Tacitus Annal. XII. 34. *Illum* diem . . *aut recipiendae libertatis, aut servitutis aeternae* initium *fore.* ubi cave cum nonnullis vocem *initium* eliminatam velis. Wopkens.

CAP. V.

2. Urbem quoque nomine Daram in monte Taborteno. Haec nomina mihi plane suspecta. Strabo lib. XI. Parthorum optima inquit loca *Arïa* et *Mariana.* Ptolemaeus *Dornam* in Niphate monte ponit supra Assyriam: item in ipsa Assyria *Dartheno*, in Susiana *Deram* ad montem. Forte de hac nunc loquitur. Glarean.

Daram in monte Zapaortenon. Scripturam veterem expressi, ut ex ea veram lectionem quilibet assequi conetur. Pro *Daram* putavi aliquando legendum *Choaram* ex Plinii VI. 15. sed videat lector, an ex cap. 16. facilius possit erui vera lectio. *A Caspiis*, inquit, *orientem versus regio est Zapavortene dicta, et in ea fertilitatis inclytae locus Darieum dictus.* Ibi Hermolaus *Dasan* hoc loco legit, non *Daram.* Bongars. — Vide Salmas. in Solin. 982. B. quem refutat Petavius in Miscell. Exercit. pag. 382. Bernec. — Supra quoque meminit *Darae*, ut nos ostendimus. Hoc vero loco pro *Dara* doctissimus Schicardus ex sua Tarich Persica, putabat rescribendum, *Asca*, quod reperisset Arsacem urbem condidisse, quam de suo nomine appellarit أشك. Sed haec alia est. Dara enim ad Caspias pylas, haec vero in Hyrcania. Videtur huius meminisse Isidorus Characenus: *Ἐντεῦθεν Ἀσταυηνὴ σχοῖνοι ξ΄. ἐν ᾗ κῶμαι ιβ΄. ἐν αἷς σταθμοὶ ιβ΄. πόλις δὲ Ἀσαὰκ, ἐν ῃ Ἀρσάκης πρῶτος βασιλεὺς ἀπεδείχθη καὶ φυλάττεται ἐνταῦθα πῦρ ἀθάνατον.* Ita enim legendus est illê locus. Alii tamen *Arsaciam* vocant urbem illam, et eandem ac Ragas, Europum, Duram faciunt. Sed plures suo nomine insignitas urbes constat Arsacem condidisse. Verum haec confusissima. Alibi de iis erit fusior dicendi locus. Voss. — Legendum videtur, *in monte Zapaorteno.* Regio *Zapaortena* vocatur a Plinio VI. Nat. Hist. 16. Gronov. — Lucas Holsteinius legendum existimat, in monte *Apovartenon.* Ἀποναρτικὴ fuit Parthiae regio, ut auctor est Isidorus Characenus, corrupte apud Plinium scribitur *Zapavartene* pro *Apovartene.* in hac situs est mons *Apavartenon* dictus. Graev. — Pr. quint. Leid. Bodl. *in monte Aparteno.* sec. Med. *in monte Apaorteno.* Periz. *Daran in monte Apartheno.* Abr. Gronov.

3. Ut tutela loci nullis defensoribus egeat. Vix ita

scripsit Iustinus. Quam enim horrida ista, et inconvenientia: *locus cingitur rupibus, ut tutela loci non egeat defensoribus?* et quid est, *tutela eget defensoribus?* Itaque persuasum habeo, adscripsisse aliquem in margine, velut argumentum eorum, quae verbis hisce proponuntur, *tutela loci*, quasi diceret, agitur hic de tutela loci, sive quomodo is locus redditus sit tutus. Postea id argumentum transumptum esse in ipsum textum. SCHEFF. — Verba *tutela loci* delet Schefferus, tamquam de margine ingressa. Primo nempe offendebatur repetitione ista, *locus ita cingitur rupibus, ut tutela loci* (pro illius) *nullis defensoribus egeat.* Sed ea hic ingratior non est, quam qua saepius alibi usos fuisse scriptores quosque probatos, demonstravimus ad haec lib. XVI. 4. *Diu* re *in senatu tractata, cum exitus* rei *non inveniretur.* Adde quae ad Cicer. N. Deor. II. 9. Deinde nimis horridum pleonasmum hunc putat, *tutela loci nullis defensoribus eget*, id est, *locus nullis defensoribus eget.* Satis hoc sane ταὐτόλογον: sed nonne per easdem ambages Iustinus dixit lib. XXXVI. 4. *In Syria regni mutatio* (pro *regnum*) *inter novos reges alternabatur.* Ammianus XXI. 4. *Ut securitatem suam provinciarumque* (i. e. se provinciasque) *locaret in tuto.* Lactantius Epit. LIX. *Sed origo huius mali* (i. e. hoc malum) . . *ab ignoratione veri Dei nascitur.* Rursus Ammianus XXXI. 3. *Cuius parvi filii Viderichi nomine* curam *susceptam Alatheus* tuebatur *et Saphrax.* Salvianus Gub. III. pag. 78. *Ut salva intuitus incolumitate* (i. e. salvo intuitu) *pulveris labem in se oculos non reciperet.* Min. Felix cap. XXI. *Inventis frugibus utilitati hominum* (i. e. hominibus) *profuere.* Ruffinus H. Eccl. II. 12. *Interea cum . . per dies singulos religionis propagarentur augmenta.* i. e. propagaretur religio. lib. IV. 1. *Ecclesiarumque profectus crescebat in dies.* i. e. crescebant ecclesiae. lib. V. 16. *Et inde deductus ad terram, finem vitae* (i. e. vitam) *exitu pessimo terminavit.* Nec minus durum hoc Taciti Ann. III. 3. *Magnitudinem mali* perferre *visu non* toleravit. Auctor de C. Corr. Eloq. cap. III. *Atque ideo* maturare *libri huius editionem* festino. ad quem locum adi, sis, nostram notam. WOPKENS. — Vocem *tutela* hoc loco sexti casus esse existimabat Cl. Iensius, scilicet ut *per tutelam loci*, quae sunt rupes, nullis defensoribus egeat. ABR. GRONOV.

4. IAM FONTIUM AC SILVARUM. Iuntae: *Nam fontium et sylvarum.* Sed nihil muta. *Iam* saepe venuste usurpatur in connexionibus. Cic. I. de Orat. *Iam vero narrationem quod iubent verosimilem* etc. Idem III. de Finibus: *Iam membrorum, id est, partium corporis alia videntur propter eorum usum natura esse donata.* GRAEV. — Angl. illud *iam* non agnoscit. Ego tamen in vulgatis nihil mutem. Solent enim optimi scriptores hac particula sic uti, ut a glossatore vix videatur intrusa. Ipse Noster superius IV. 1. 16. in descriptione Siciliae: *Iam ipsa Italiae Siciliaeque vicinitas, iam promontoriorum altitudo ipsa ita similis est* etc. Locus nostro huic simillimus. SCHEFF.

6. Arsacis nomine. Apud Parthos inquit Strabo XV. pag. 483. 88. Ἀρσάκαι καλοῦνται πάντες· ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρώδης, ὁ δὲ Φραάτης, ὁ δὲ ἄλλό τι. Bongars. — Servius ad illa Virgilii Aen. XII. 529.

Murrhanum hic, atavos et avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque actum genus omne Latinos etc.

Hoc est, inquit, *cuius nomine maiores omnes Murrhani dicti sunt, et reges fuerunt. Scimus enim plerumque solere fieri, ut primi regis reliqui nomen etiam possideant: ut apud Romanos Augusti vocantur: apud Albanos Silvii: apud Persas Arsacidae: apud Aegyptios Ptolemaei: apud Athenienses Cecropidae.* Modius. — Adde eundem Servium in Aeneid. VI. 760. Curtium VIIII. 12. 23. Amm. Marcellin. XXIII. 16. Suidam in *Arsaces*. Isidorum Origin. IX. 3. et Freinshemii Indicem in *Regis*. Bernec.

7. Huius filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine. Alii huius Arsacis non meminerunt. Persae tamen norunt. Quemnam vero *Pricipatium*, aut *Pampatium*, Iustinus vocet, ignoro. An est *Pharnapatius?* In Parthicorum sane regum catalogo, quem habeo, a Clar. Ioanne Elichmanno, nihil simile apparet. Lubet hic eorum nomina apponere, quoniam non parum lucis Graecorum Historia inde potest mutuare. Mancus namque multis in locis fuit catalogus ille, quem edidit Schicardus; quod vel hinc apparebit. *Askan filius Darii est primus Asfaniensium rex, et totam familiam ab eo denominant. Tempus regni eius X anni. Ascan, filius Ascan, regnavit annis XX. Behran, f. Siabur, XI annis. Belas f. Behram XV annis. Hormoz f. Belas XIX annis. Nuscha f. Belas XVII annis. Feruz filius Hormoz XII annis. Chosrû f. Belas XIII annis. Ardavan f. Belas XIII annis. Ardavan f. Asfan XV annis. Belas f. Asfan XII annis. Gjudar fil. Asfan XXX annis. Barsehi f. Gjudar XV annis. Gjudar filius Mehras II annis. Beri filius Gjudar XV annis. Gjudar filius Beri, II annis. Beri f. Gjudar XX annis. Ardavan XXXI annis. Et hic ultimus Asfaniensium est, quem Ardxir Babek e medio sustulit.* Tempus autem imperii Parthorum sive Asfaniensium circiter CCL annorum faciunt: iuxta alios vero CCCCXXX annorum. Voss.

Antiochum. Magnum nempe, Seleuci Callinici filium, de quo supra XXIX. 1. 3. et toto lib. XXXI. Bernec.

8. Priapatius. Gronovius lib. IV. Obs. cap. 10. censet, legendum esse *Phriapitus*, aut certe *Parapitus*; quoniam Arrianus in Parthicis apud Photium commemoret Φριάπιτον quendam, et apud Xenophontem lib. IV. Hist. Gr. *Parapita* Persicum mulieris nomen sit. Sed non magna eorum nominum est differentia; nec mirum, si in literis vocalibus Iustinus ab aliis nonnihil discrepet. Vorst.

Nam omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Caesares Augustosque, cognominavere. Posteriora Trogi non esse, suspicabatur Cl. Rupertus in Epist. XL. ad Reinesium pag. 324. Abr. Gronov.

9. HIC ACTIS IN REGNO QUINDECIM ANNIS DECESSIT. Magl. *viginti annis.* Peris. *XXV. annis.* Thuan. Ald. Iunt. aliaeque, *duodecim annis.* ABR. GRONOV.

MORE GENTIS. *More gentium* hic legendum censuit Bongars. Not. ad XXI. 1. 2. BERNEC. — Bongarsius ad lib. XXI. 1. 2. rescribendum hic putavit *more* (vel *iure*) *gentium*, quia genti huic ille mos, maximis natu regni deferendi, communis erat cum reliquis gentibus. Sed vix satis valere hanc rationem puto. Livius XXIX. 29. *Maior ex duobus filiis eius Capusa . . paternum imperium accepit. Caeterum quum magis iure* gentis, *quam auctoritate inter suos aut viribus obtineret regnum; exstitit quidam* etc. *More gentis* dixit Noster, ut lib. XXXVI. 2. *Septimum diem* more gentis *sabbatum appellatum . . ieiunio sacravit.* lib. XLIII. 3. *Quam,* more gentis *electo inter epulas genero, nuptam illi tradere parabat.* WOPKENS.

MARDOS, VALIDAM GENTEM, BELLO DOMUIT. Mardos in Characem urbem transtulisse, auctor est Isidorus Characenus: *Εἰς δὲ τὴν Χάρακα πρῶτος βασιλεὺς Φραάτης τοὺς Μάρδους ᾤκισε.* Ita lege. VOSS.

NEC MULTO POST DECESSIT MULTIS FILIIS RELICTIS. Ob praecedens illud *multo*, praestat cum vetere ed. nec non MSS. Franeq. ac Dorv. 1. et 3. legere *pluribus filiis.* ut *plures* pro compluribus, multis, dixit lib. XI. 15. *Emensus deinde* plura *millia passuum* etc. ubi videatur Schefferus. Livius XLII. 58. *Proximi cornibus constiterant regii equites, et, mixtum genus, delecta* plurium *gentium auxilia.* Tacitus Hist. II. 4. *De se per ambages interrogat, caesis* pluribus *hostiis.* ubi cum Rhenano reponi *compluribus* haud opus est. Hyginus Fab. CLXVIII. *Danaus Beli filius ex* pluribus *coniugibus quinquaginta filias habuit.* A. Victor de V. ill. cap. III. *Leges quoque* plures *et utiles tulit.* cum nota Arntzenii. WOPKENS. — Medicei, Magl. Leidenses, Thuan. Coll. N. *pluribus filiis rel.* Confer notam Schefferi ad XI. 15. 5. ABR. GRONOV.

10. FRATRI POTISSIMUM. *Gala rege mortuo, regnum ad fratrem eius Desalcem, praegrandem natu (moris ita apud Numidas est) pervenit.* Livius XXIX. 29. 3. Attamen plurium gentium iura nepoti favent, subscribente Lycurgo, qui regnum Charilao fratris filio cessit, quod in manu eius erat, omnium gratia tenere. Noster supr. III. 2. 5. Plutarchus Lycurg. cap. 4. Cui simillimum Ferdinandi, Aragoniae et Siciliae regis, exemplum refert Th. Fazellus de Reb. Siculis decad. posterior. lib. IX. BERNEC.

MITHRIDATI. Sextum ab Arsace facit Orosius V. 4. BONGARS.

PLUS REGIO, QUAM PATRIO etc. Metius ad Imp. Tacitum apud Vopiscum cap. 6. *Ingens est gloria morientis principis, rempub. magis amare quam filios.* Apud Tacit. I. 42. 1. Germanicus: *Non mihi uxor aut filius patre et repub. cariores sunt.* BERNEC. — *Plus regio quam patrio deberi nomini ratus.* Ita Magl. ed. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. Verum Bechar. Med. *plus regno:* idemque

in exemplari typis excuso reperit Bongarsius. Rom. *deberi se n. r.* sec. Med. *plus regali q. p. debere se nomini ratus.* Abr. Gronov.

CAP. VI.

1. Eucratides. Eius meminit Strabo initio lib. XV. et lib. XI. Bongars.

Magni uterque viri. Periz. *magni utrique viri*, idemque in duobus codicibus reperisse se testatur Cl. Oudendorpius ad Caesarem de B. G. I. 53. 4. Abr. Gronov.

3. Sogdianorum et Drangaritanorum. Scribe, *Drangianorum.* Voss. — MS. et Iuntae: *Sogdianorum et Arachotorum et Drangianorum.* Arachoti sunt Arachosii. Nam Arachosia dicitur et Arachotis, et incolae Arachoti. vide Strab. et Steph. superius XIII. 4. corrupte legitur *Aracossi* pro *Arachoti*, aut *Arachosii.* Graev. — Voss. *Drangianorum.* Vere. Faber. — Codex MS. teste Bongarsio, et typis expressus Iuntarum teste Graevio, una voce amplius, *Sogdianorum et Arachotorum et Drangianorum.* Ἀραχωτοὶ *Arachoti*, ut Arrianus appellat, seu Arachosii, et supra XIII. 4. 22. nominantur: quanquam ibi ex editionibus vulgaribus *Aracossi* retentum. Sed et qui hic *Drangaritani* vocantur, iam supra memorati, et quidem *Drancae* appellati videntur. Vorst. — Mihi duorum populorum vocabula videntur coaluisse in unum. Unius certè verum nomen non *Drangaritani*, verum *Drangae.* Itaque quod reliquum est in hac voce, pertinet ad gentem aliam. Quale autem illud fuerit, nunc non est otium inquirere. Scheff. — Sed cum Iuntae quoque *Drangianorum* legant, merito illos sequimur. Graev. — Cum Graevio post *Sogdianorum* addiderim *et Arachotorum*, et lectio illa MSti et Iunt. editionis firmatur Bodleiani ac trium Dorv auctoritate, qui et *Aracatorum*, *et Arcadorum*, *et Archocum*, vel *et Archanorum* exhibent. In sequentibus autem eruditissimus Holstenius ad Stephan. Byzant. pag. 103. haud iniuria non dubitat rescribere, *et Drangarum*, *Ariorum*, *Indorumque*, quia Drangaritanorum nusquam fit mentio, Bactrianorumque vicini fuerunt Arii. Adde quod ita quoque supra lib. XIII. 4. hos iunxit Iustinus: *Arachosii Gedrosique Sibyrtio traduntur: Drancae et Arei Stasanori.* Wopkens. — Meliores MSS. *et Aracatorum et Dranganitanorum*, vel *et Arachotorum et Drangaritanorum*, pro quo *Drangarum et Ariorum* venuste restuit Holstenius in Castig. ad Stephanum Byzant. v. Δράγγαι. *Drancae* et *Arei* iunguntur quoque supra XIII. 4. 22. Ald. Iunt. *Arachotorum et Drangianorum.* Abr. Gronov.

Ab invalidioribus. Videri possit *validioribus* scribendum, quia validiorem invalidi non opprimunt. Sed retinenda lectio vulgata; nam *invalidiores* debent intelligi non respectu eius temporis, quo Bactriani redditi erant exsangues per bella cum Sogdianis et aliis, sed reliquorum omnium, quibus semper Bactriani eos superabant viribus. Scheff.

4. Adsiduis eruptionibus vicit. Orosius lib. VI. cap. 21. Hi *Vaccaeos adsiduis eruptionibus populantur.* Abr. Gronov.

5. Per sanguinem eius currum egit. Iunge Tulliae exemplum apud Livium I. 48. et Florum I. 7. 3. ubi Freinshem. Bernec.

7. Bacasin. Forte decurtatum est ex *Bacabasum.* Faber. — Sec. Med. *Bacensem.* Bodl. quint. Leid. *Vagasin.* Periz. *Vacassem.* ed. Bechar. Ven. Med. *Bachasum.* Flor. *Bacasum.* Paris. Ald. Iunt. *Baccasum.* Abr. Gronov.

8. Elymaeorum rege. De horum potentia et viribus, quibus freti Parthorum imperia contemnebant, Strabo lib. XVI. pag. 512. 36. Bongars.

Usque ad flumen . . adversa valetudine correptus decedit. Medicei, Bodl. Reg. tres Leid. Thuan. *usque flumen*, ut infra XLII. 2. 9. *a Cappadocia usque mare Caspium.* Periz. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *arreptus*, eaedemque editiones, et sec. Med. Coll. N. pr. Leid. Ald. Iunt. *decessit.* Abr. Gronov.

9. Adversa valetudine arreptus. In MSS. legitur *correptus*, quod sine dubio est praeferendum. Factum autem ex eo *arreptus*, quia littera initialis *c* per praecedentem finalem *e* ob similitudinem omissa est. Tum enim ex *orreptus*, quod remanserat, *arreptus* per emendationem scilicet est formatum. Scheff. — *Correptus* stabilit etiam Iuntina. Sic supra XXIII. 3. Suet. Iul. cap. 72. ut notavit Schefferus in auctario notarum. Graev.

COMMENTAR. IN LIB. XLII.

CAP. I.

1. Post necem. *Nex* raro exemplo de morte naturali. Nam in fine libri praecedentis dicitur, hunc *fato decessisse.* Ita Seneca Consol. ad Marciam cap. 21. fin. *Fata nobis sensum nostrae necis auferunt.* et Sueton. Caes. 5. 2. *Post necem Consulis* Lepidi, quem morbo extinctum constat ex Floro lib. III. fin. Bernec.

Rex constituitur. MSS. plures Bongarsiani habent, *rex statuitur*, quam proinde lectionem puto esse veram. Nam et alibi sic Noster; ut XII. 4. *Parthis deinde domitis praefectus his statuitur ex nobilitate Persarum Andragoras. Tò constituitur* est glossatoris. Scheff. — In tribus etiam Dorv. est *statuitur*, quod cum Bongarsii MSS. reponendum credidit Schefferus. Sed ut *constituere regem* lib. I. 10. et alibi dixit Iustinus, ita *constituitur* aliquomodo hic praeferendum ob vicinum verbum *statuisset.* Res tamen levior est. Wopkens.

2. Dolentes tantum iis itineris. Lege, *dolentes tantum*

sibi itineris etc. Faber. — *Iis* pro *sibi*: quae pronominum permutatio in auctoribus est frequens. Contra *sibi* et *suus* dicunt pro *illi* et *illius*. Vid. lib. de Latinit. f. susp. cap. 5. Vorst. — Faber legit *tantum sibi itineris f. e.* Vorstius *iis* pro *sibi* Iustinum posuisse putat. Arbitros huius litis sequamur MSS. Franequeranum ac Dorv. 3. qui ellipsi peruſitata pronomen illud omittunt. Wopkens. — Pronomen *iis* abest sec. Med. Magl. Thuan. sec. tert. quart. Leid. Bodl. nec male. Abr. Gronov.

Pro vexatione. Vexatio pro incommodo, labore. Frontinus Strat. I. 4. 5. *Autophradates Perses, quum in Pisidiam exercitum duceret . . simulata vexatione traiiciendi, instituit reducere.* cum nota Oudendorpii. Wopkens.

3. Adversus eos. Ed. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *adv. Scythas.* Abr. Gronov.

Hymerum quemdam. Athenaeo lib. X. est Ἵμερος. Eum vide. Voss. — Scripseram in libro meo, *Himerum.* Sed ita prior, in sue, Vossius, et sic legendum. Adde quod ita in Impressis quibusdam legitur, et Graeca origo approbat. Faber.

Pueritiae flore. Claudian. in Eutrop. I. 342.

Parthica ferro
Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram,
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri servire iuventam.

Bernec. — Curtius VII. 9. *Comitem Excipinum dedit, admodum iuvenem, aetatis flore conciliatum sibi.* Livius XXI. 2. *Medius Asdrubal inter patrem et filium octo ferme annos imperium obtinuit, flore aetatis, uti ferunt, primo Amilcari conciliatus.* Wopkens. — Livius lib. XXI. cap. 2. *flore aetatis primo sibi conciliatus.* Plura exempla congessit Mercerus ad Nonium Marcellum pag. 96. Abr. Gronov.

Importune vexavit. *Importunus, importune,* et *importunitas,* verba sunt quae in tyrannum accidunt, et extremae atque effrenatae impotentiae odorem habent. Cicero, Livius, Florus. Faber.

4. Ipse autem Phrahates exercitum etc. Non temere utendum milite qui causas habet cur animo sit a nobis alieniore. Polybius V. 54. pr. simile huic nostro proponit exemplum Molonis, Susianae et Babyloniae populis recens a se nec opinata victoria subactis, infeliciter utentis adversus Antiochum regem, a quo ipse antea defecerat. Bernec.

5. Cum inclinatam Parthorum aciem vidissent. Saxo lib. V. pag. 89. 40. *inclinatam Hunnorum aciem conspicatus.* Adde lib. VII. pag. 122. 30. et lib. XIV. pag. 255. 50. Abr. Gronov.

Captivitatis ultionem . . ipsius Phrahatis cruenta caede exsecuti sunt. Idem lib. IV. pag. 62. 1. *quam* (ultionem) *se parum bello exsequi posse credentes.* et lib. VIII. pag. 156. 26. *fraternam ultionem, quia viribus nequibat, fraude exsequi pertentabat.* Abr. Gronov.

CAP. II.

1. Contenti victoria. MSS. mei Fuldenses mira syntaxi, *contenti victoriae:* de qua locutione nos cum Deo alibi. Modius. — Huius locutionis exemplum vix aliud invenias: nisi quod Claudius IC. etiam ita locutus est L. 37. §. 4. in fin. D. de Legatis III. *Quoniam in his expressit, ut contentus esset patris dimidiae dotis.* Bernec. — Thuan. MSS. Fuldenses, pr. Leid. *victoriae.* Plura huius constructionis exempla sollegit Nob. Heinsius ad Velleium II. 88. 2. Livius lib. XXIV. cap. 29. *libertatis contentus.* Abr. Gronov.

Depopulata Parthia. Ed. Flor. Ald. Iunt. *populata P.* Abr. Gronov.

2. Sed Artabanus bellum Colchatariis. *Colchatarii* qui sint, non est clarum. Strabo lib. XI. Chalachanen ponit extra Armeniae montes, de qua hic eum loqui nunc puto. Item post aliquot versus Iustinus Armeniorum regem *Arteadisten* nominat: quem Plutarchus *Artuasden.* Strabo iam dicto libro *Artabasden* Tigranis filium appellat. Sed in barbaris non est multum momenti. Glarean. — Mallem, quod habent MSS. Bongarsiani: *Sed et Artabanus.* ut fieret respectus etiam ad Phrahatis breve imperium. Cui alias hoc opponitur, si non ita scribatur, cum tamen oppositio sit nulla. Scheff.

Thogariis. Ita libri veteres, quidam tamen *Teogariis:* unus *Thocaris. Tocharios* Scythicum genus commemorat Plinius VI. 17. et *Τοχάρους* Dionysius Periegetes, et Ptolemaeus. Bongars. — Antiquiores typis expressi *Colchatariis:* et paulo post *Artoadisti* pro *Ortoadisti.* Vorst. — Sec. Med. tres Leid. Bodl. Coll. N. et C. C. ed. Rom. *Tocharis.* Abr. Gronov.

3. Cui res gestae Magni cognomen dedere. Recte Latineque dictum, *cui Magni cognomen dedere*, ut vidimus ad lib. XXXIX. 1. 5. Nec tantum infitiatus fuerim, a Iustino scriptum fuisse, prout volunt cum Dorv. 3. impressi veteres, *c. r. g. Magnum c. d.* Ut enim dicimus est *illi nomen Petrus*, ita quoque *habet ille nomen Petrum.* Hyginus Fab. XCVIII. *Quibus nomina imposuerunt Herculi filio* Telephum . . *Atalantes autem* Parthenopaeum. Tacit. Hist. V. 2. *Solymos . . conditae urbi* Hierosolymam *nomen e suo fecisse.* ubi frustra est Pichena. Minuc. Felix cap. VIII. *Diagoras Melius, cui* Atheon cognomen *apposuit antiquitas.* Florus III. 7. *Nec quicquam amplius tamen de famosa victoria, quam* cognomen Creticum *reportavit.* utrobique vide commentatores. Livius XXXV. 47. *Qui . . filiis duobus* Philippum *atque* Alexandrum, *et filiae* Apamiam nomina *imposuit.* Quem locum iam adductum cerno a Gronovio ad Liv. I. 3. ubi omnino consulendus. Nota quoque quae Acidal. ad Vellei. II. 12. 5. Wopkens.

Claritatem parentum. Cicero Offic. III. 13. *Si quis ab ineunte aetate habet causam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam* etc. Adde supr. Notam ad XXIX. 1. 9. Bernec. — Saxo praef.

pag. 2. m. *Ita antecessorum famam atque opinionem operum magnitudine supergressus.* ABR. GRONOV.

6. ORTOADISTI. Ἀρταουάσδης Armeniae regis nomen est in Strabone lib. XI. et Plutarcho in Antonio cap. 66. De Armenia lege Strabonem lib. XI. Plinium VI. 9. Dionysium et Eustathium: qui in magnitudine ab auctore nostro dissentiunt. BONGARS. — Iuntae: *Artoadisti.* quod propius ad verum accedit. Appellatur enim, ut ex Strabone et Plutarcho Bongarsius ostendit, *Artavasdes*, sicut et qui Tigrani postea successit eiusdem nominis fuit, ut ex Iosepho et aliis liquet. GRAEV. — In MSS. *Arthoadisti*, unde sane pronum Bongarsio fuit restituere ex omnibus historicis, *Artavasdi*, quo nomine multi Armeniorum reges olim dicti. FABER. — Iuntae *Artoadisti*, quod factum ex *Artavasde*, vero nomine, ut ex Strabone ac Plutarcho docet Bongarsius, Graevius arbitratur. SCHEFF. — MSS. *Arthoadisti*, vel *Artadisti.* Vetustae editiones, *Artoadisti.* ABR. GRONOV.

7. ORIGO EIUS PAULLO ALTIUS REPETENDA EST. Orosius lib. VII. cap. 9. *namque ut paullo altius repetam.* ABR. GRONOV.

8. CUM FINES EIUS POST PARTHIAM. MSS. Bongars. *Cum fines post Parthiam.* Forte leg. *cuius fines post Parthiam.* GRONOV.

9. UNDECIES CENTUM MILLIA PATET. Rideas magnitudinem, quam tribuat Armeniae. Sed haec alibi. VOSS.

10. AB ARMENIO. Armenum vocant Strabo, et Eustathius, ἐξ Ἀρμενίου πόλεως Θετταλικῆς. Stephanus ex Antipatro, Rhodium fuisse dicit. BONGARS. — Vincentius lib. II. cap. 69. sec. Med. Coll. N. *Armeno.* et cap. 3. 8. sec. Med. *Armenus.* Straboni lib. XI. pag. 530. Ἀρμένιος et Ἄρμενος dicitur. Symeon Logothetes Annal. cap. 1. Ἀρμένιοι δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ Ἀρμενίου τινὸς οὕτω καλουμένου, τοῦ ἀπὸ Ἀρμενίας πόλεως Θετταλίας γενομένου, ὃς Ἰάσονι συνεστράτευσεν. ABR. GRONOV.

QUEM CUM PERDITUM etc. His illustrandis faciunt illa Valerii Flacci lib. I. Argonaut. vs. 20.

super ipsius ingens
Instat fama viri, virtusque haud laeta tyranno.
Ergo anteire metus, iuvenemque extinguere pergit
Aesonium: letique vias ac tempora versat etc.

Eadem via grassati, per speciem honoris suspectos aut aemulos amoliri tentarunt, Saul Davidem, Ioseph. Antiq. VI. 11. Cumani Aristodemum, Dionys. Halic. VII. 4. Hiero Polyzelum fratrem, Diodor. XI. 48. Dionysius Leptinem fratrem, Aeneas Poliorcet. cap. 10. Alexander Clytum, Curt. VIII. 1. 46. BERNEC. — Pro *perditum* Dorv. 1. et 3. *perdere*, ut lib. VIII. 4. 5. et lib. XII. 6. 16. In Oxon. autem aliisque *perditum invenire:* unde *perditum ire* vult Ger. Vossius ad Val. Flacc. I. 30. ut Apuleius Metam. VI. pag. 129. *Non enim te tantum, verum etiam me* perditum ibis. A. Victor Caesar. cap. IV. *Quo commento . . quos vellet*, perditum ibant. Ita Terentius aliique. *Perditum* tamen *cupere* dicere quoque potuit Iu-

stinus, ut *urbi*, *saluti suae consultum velle*, lib. XVIII. 4. et lib. XI. 14. et Livius XXXIX. 11. *Opus esse sibi ea conventa dixit.* Terentius And. IV. 1. *Si omnes hunc coniectum in nuptias vellent.* et infinita talium participiorum exempla. Wopkens. — Magl. pr. Leid. Periz. 'ed. Bechar. Ven. Med. *perdere*. Coll. N. et C. C. *perdere invenire.* MSS. Bongars. quart. Leid. *perditum invenire:* nec aliter tertius, in quo quinque priores litterae, tamquam superfluae, lineola subductae erant; ut eruditus amanuensis existimaverit, Iustinum scripsisse, *perditum ire:* quomodo hoc loco etiam legendum coniecit Gerardus Vossius ad Valerium Flaccum lib. V. Argon. vs. 30. Ita auctor supra XXXVIII. 5. 16. *quia ultum iverit se.* et cap. 7. 7. *quas non expugnatum eant*, *sed possessum.* Prolog. lib. XVII. *quibus* (auxiliis) *iret contra Romanos defensum Tarentum.* Livius lib. XXVI. cap. 27. *ut sibi Romam ad senatum ire liceret oratum*, *si qua misericordia tandem flecti possent*, *ne se ad ultimum perditum irent.* lib. XXXII. cap. 22. *neu pertinacia sua gentem universam perditum iret.* lib. XXXIX. cap. 10. *pudicitiam*, *famam*, *spem vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.* Hegesippus lib. I. cap. 28. *nec tamen invidiam evasit*, *quod regnum praereptum ire Hyrcano adfectaverat.* et cap. 41. *dicens*, *pro hospitii munere gratiam se lucis repraesentare*, *quam exceptum ire filii pergerent.* Saxo lib. V. pag. 90. 32. *Audiens Alricus interemtionem filii ultum ire deproperat.* lib. VI. pag. 107. 10. *tam inusitatae praesumtionis audaciam ultum ire deproperat.* et lib. XIV. pag. 270. 43. *si in cives ac propinquos pugnatum issent.* Ioannes Saresberiensis fine prologi libri VII. Policrat. *in quo quidem me praestitum ire obsequium tam malis quam bonis arbitror.* Abr. Gronov.

11. Principes iuventutis etc. *Iuventus* hic de virili aetate dicitur: unde mox hi ipsi *fortissimi viri* audiunt. Romanis *Iuniores*, ex instituto Servii, ad annum XLV., ultra *Seniores*. Dionys. Halic. IV. 20. et Liv. I. 43. 1. Hinc Plinius in Panegyr. cap. 8. Imp. Traiano *iuventam* tribuit: qui tamen agebat aetatis annum XLIV. et cap. 22. factis tribus aetatis gradibus, inquit: *te parvuli noscere*, *ostentare iuvenes*, *mirari senes.* Itemque cap. 69. consulatus candidatos, *iuvenes* vocat: at illi utique iam viri. quomodo Suetonio Aug. 34. 3. Germanicus post susceptos iam aliquot liberos, *iuvenis* dicitur. Ita Tibullo I. 4. 33. *iuvenis est ein altlechte Frauw uber ihr viertzig Jahr.* Nam adolescentiores uxores *puellas* appellari patet ex Horatio, Ovidio, Seneca. Quin et Pythagoras in Diog. Laertio, virilis et constantis aetatis hominem *νεανίαν* vocavit. Et Herodianus sub initium lib. IV. *οἱ τῆς Συγκλήτου ἐπίλεκτοι νεανίαι*, *Senatorii ordinis lectissimi iuvenes.* Bernec. — De expeditione Argonautica loquitur Iustinus; quare falsum est quod legis, ut ex toto orbe iuventus concurrerit. Nulli enim huic interfuerunt, nisi qui Graeci nominis erant, ut ex Apollodoro, Apollonio Rhodio et aliis constat. Id cum ita sit, scribendum est, *totius Graeciae*; quis enim credat in re adeo pervulgata, et quam in scholis pueri discebant,

Iustinum ita turpiter lapsum fuisse? Dicetur tamen contra, Iustinum ipsum pauculis post lineis, dicere, multitudinem ex *omnibus gentibus* sequutam esse Iasona, cum Colchidem repetivit. Fateor; sed in Graecia quot gentes? quot populi erant? Itaque gentes illae erant non homines Siculi, non Itali, non Asiatici etc. sed Graeci. FABER. — Hyperbolici usus vocis *orbis* immemores librarii in Dorv. 3. aliisque dederunt *urbis*, et Faber *totius Graeciae* legendum putavit. Sed ita mox, cum *ingenti multitudine*, *quae . . ex* omnibus gentibus *quotidie confluebat*. lib. VIII. 2. *Illum ultorem sacrilegii*, *quod* orbis *viribus expiari debuit*. lib. XI. 14. *Persepolin . . illustrem refertamque* orbis *terrarum spoliis*. Dictys Cret. VI. 4. *Aventes dignoscere*, *cuius gratia* orbis *pene* omnis *ad bellum conspirasset*. Sulp. Severus Dial. I. 20. *Frequentabatur a populis ex* toto *ad eum* orbe *venientibus*. Neque adeo mihi respuenda videtur ista scriptura Senecae in Thyeste 180.

Fremere iam totus tuis
Debebat armis orbis etc.

ubi vide Gronov. nec non illustrissimum Grotium de I. B. ac P. II. 22. 13. WOPKENS.

EX BELLO TAM PROFUNDAE BARBARIAE. Saxo lib. XIV. pag. 329. 15. *profundae barbariae piratae*. ABR. GRONOV.

THESSALIA PULSUS, MAGNA VI CUM INGENTI MULTITUDINE. Malim cum Franeq. ac Dorv. 1. et 3. *a Peliae filiis Thessalia magna vi pulsus*, *cum ingenti* etc. WOPKENS. — Magl. quart. Leid. Periz. Bodl. *Thessalia magna vi pulsus*, *cum ing. m.* In sec. Mediceo τὰ *magna vi* desiderantur. ABR. GRONOV.

QUAE AD FAMAM VIRTUTIS EIUS . . CONFLUEBAT. Livius XXXV. 3. *Affluente quotidie multitudine* ad famam *belli spemque praedae*. lib. XXXVI. 12. Ad spem *vulgatae clementiae aliquot populi Acarnaniae defecerunt*. lib. XXXVIII. 4. Ad famam *oppugnationis Ambraciae Stratum . . convenerant Aetoli*. vide et lib. XXVIII. 5. et 46. Florus III. 21. 11. *Itaque* ad nomen *tanti viri late concurritur*. Confer quae ad lib. XII. 1. 6. et lib. XXIV. 6. 6. WOPKENS.

MEDEA. Cuius historiam, praeter Euripidem et Apollonium Rhod. habet Ovidius Metamorph. lib. VII. Cicero de Nat. Deor. III. et pro Lege Manil. cap. 9. BERNEC. — Medea per divortium decesserat ab Aegeo, rege Athenarum. Vid. sup. II. 6. 14. VORST.

MEDIO PRIVIGNO. Ita boni libri, unus *Medo*, quomodo eum Strabo, Stephanus et Eustathius vocant. BONGARS. — Hesiod. in Theog. 1001. Μήδειον illum appellat. GRONOV.

SOCERUMQUE ETIAM REGNO PULSUM RESTITUIT. Scribe, *socerumque Aeëtam regno pulsum restituit*. Vide Hygin. Fab. 27. GRONOV. — Tetrum ulcus in hoc loco est, quod a nemine animadversum et sanatum fuisse vehementer miror. De illo nuper scriptum est ad Graevium nostrum, sed antea ad Borellum; Epistola est in fine harum notularum. [Nos illam repraesentavimus in DOCT. HOM. PRAEFATT. supra Part. I. pag. 84. et sq. FR.] Sed absolvamus cetera, et hinc

tandem emergamus; nam paucula supersunt. FABER. — Verissimam Gronovii et Fabri emendationem *socerumque Aeëtam regno p. r.* firmant 1. et 2. dum scribunt *socerumque* Oëtam *r. p. r.* WOPKENS.

CAP. III.

1. ET FILIUM AEGIALIUM. Hic Apollonio, et Straboni lib. VII. est *Absyrtus*. BONGARS. — Quidam impressi, *et filium Oetae*. Male. Alii, *filium Aetae*. Male positum pro *Aeëtae*. Sed est glossema. Nam praecessit, *eius*. Hoc pertinet ad emendationem, quae a me in extremo fine posita est. FABER. — Num reperiatur usquam *Aegialius* ignoro. *Aegialeus* legitur, sed Adrasti filius. Num errore glossatoris adscriptum in margine, ac dein transsumtum in textum? Ita malo credere. Nam *eius* Fabri nimis longe abit a vocabulo *Aegialium*. SCHEFF. — Ut Munckerus ad Hygin. Fab. XXIII. malebat *Aegialeum* scribi, sic recte nunc ex MS. Florentino atque ed. Romana emaculabat A. Gronovius. WOPKENS. — Sec. Med. *filium Aegaei Aegialeum*. Magl. *filium Aegialeum*. Thuan. *f. Aegealium*. tert. Leid. *f. Aegeialium*. ed. Ven. Flor. *filium Oeaetae Aegialum*. Paris. *filium Aeëtae Aegialeum*. Cicero lib. III. de Nat. D. cap. 19. *Quid huius* (Medeae) *Absyrtae fratri, qui apud Pacuvium Aegialeus? Sed illud nomen veterum litteris usitatius*. ABR. GRONOV.

2. PRIMUSQUE HUMANORUM POST HERCULEM. *Humani* pro hominibus. Cicero XIII. 21. *Possum falli ut humanus*. Ovidius lib. II. Fast. *Pulcher et humano maior*. Lucretius lib. III.

Et saepe usque adeo mortis formidine vitae
Percipit humanos odium lucisque videndae.

Pari modo vernaculum nostrum *mensch* proprie nomen adiectivum est pro *mennisch*, nihilque aliud quam humanum et ad hominem pertinens significat; sed ex adiectivo factum deinde est substantivum: ut in cap. 2. Obs. in Ling. Vernac. demonstravimus. VORST. — Dorv. 2. *Primus hominum post* etc. Sed ut *divus* pro deo, sic *humanus* pro homine aliquando dici videtur. Livius VIII. 9. *Conspectus ab utraque acie, aliquanto augustior* humano *visus, sicut* etc. cum nota Gronovii. et Lucretius (iam a Vorstio allegatus) lib. III. 80.

Intereunt partim statuarum et nominis ergo,
Et saepe usque adeo mortis formidine vitae
Percipit humanos *odium lucisque videndae,*
Ut sibi consciscant moerenti pectore letum.

ubi tamen Gassendus coniicit *ingratos*: ego mallem *insanos*. WOPKENS. — Ald. Iunt. *primusque hominum*. Male. Vide Avum ad Livium lib. VIII. cap. 9. Magl. pr. quart. Leid. ed. Rom. *Liberum patrem*. ABR. GRONOV.

COELI PLAGAM. An *soli* legendum? FREINSHEM. — Suspicatur Freinshemius, *soli plagam* legendum. Mihi vocula *coeli* ab inepto glossatore intrusa videtur, qui alias nisi coeli plagas nescivit. SCHEFF. —

Quod Freinshemius *eam soli plagam*, Schefferus *eam plagam*, deleta voce *coeli*, legendum coniiciunt; equidem fide codicum singularem hanc formam adservandam potius crediderim, qua *coeli plaga* dicuntur populi sub illa coeli plaga, ut Deuteron. IV. 32. *Interogate de diebus antiquis . . a summo* coelo *usque ad summum eius.* Matthaei XXIV. 31. *Et congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis* coelorum *usque ad terminos eorum.* Sic *aliud coelum*, pro regione sub alio coelo, dixit Florus in his IV. 12. 62. *Et tamen ipse hominum color ab alio venire* coelo *fatebatur.* pro quo cum quibusdam libris *ab alio venire sole* legendum, nondum dixerim. Sic enim et Horatius I. epist. 11.

Coelum, *non animum, mutant, qui trans mare currunt.*

Integritatem loci Iustini agnovisse, nunc etiam video erudit. I. F. Reitzium in Ambiguis pag. 103. Wopkens.

3. Frudium et Amphistratum. Straboni et Eustathio Ῥεκὰς καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι, a quibus populi isti *Heniochi* dicti. Solinus cap. 20. Ammian. Marcell. XXII. 15. *Amphitus et Telchius Spartani, aurigae Castoris et Pollucis.* Bongars. — Antiquitus impressi *Phrygium* habent, manifestis vestigiis verae lectionis, quae est *Rhecium.* Salmas. in Solin. 193. F. 1. Bernec. — Iuntae: *Recam et Amphistratum.* Strabo sane et Eustathius *Recam* appellant. Graev. — Becharius et Maior pro *Frudium* edidere *Phrygium.* In quo Salmasius vestigium esse putat verae loctionis, quae sit *Rhecium.* At Iuntae teste Graevio manifeste *Recam* habent, quod cum appellatione Strabonis et Eustathii, utpote quibus Ῥεκὰς est, optime omnium congruit. Vorst.

Recam. Bongarsius ex Strabone et Eustathio ita restituit; quae vera lectio est. Quin et ita scriptum fuisse in editione Iuntarum notat Graevius. Antea legebatur *Frudium*, quod monstrum unde advectum fuerit nescio. Faber. — *Recam* ex Strabone et Eustathio restituerunt viri docti pro vulg. *Frudium*, vel, ut plerique MSS. habent, *Phrigium*, *Fudium*, *Fraudium.* ed. Ald. Iunt. *Rhecan.* sec. Med. *Ericam*, quod ad sinceram scripturam accedit proxime. Ceterum aurigas Dioscurorum *Amphitum et Thelchium* vocat Plinius VI. Hist. Nat. 1. et Ammianus XXII. 18. a Bongarsio laudatus, *Amphium et Telchium.* ubi pro *Telchius* ex ed. Rom. et sex MSS. Ammiani, atque codicibus Solini, quibus usus fuit Delrio, *Cercius* restituit Valesius. Abr. Gronov.

4. Qui Herculem. Tacitus Annal. VI. 34. Hiberos et Albanos Thessalis ortos scribit. Bongars. — Plinius VI. 13. m. Nostro propius accedens, *Albanos ortos ab Iasone* dicit. Bernec.

Fratres salutavere. Franeq. cum aliis plenius *ut fratres salutavere.* Frustra quidem. Sic lib. I. 10. *Ut confestim equis desilierint, et Darium* regem *salutarint.* Curtius VI. 11. *Quum primum Iovis* filium *se salutari iussit rex.* Livius III. 29. *Ut proficiscentem eum* patronum *salutaverint.* sic ille lib. I. 6. et 7. Val. Maximus VI. 9. 12. *Cum egens ambularet*, dives *ab occurrentibus*

salutabatur. Sic Tacitus aliique. Ita *aliquem increpare ignarum, alienigenam* etc. Tacitus Annal. VI. 12. et Hist. I. 44. *Dignari filium*, Curtius V. 10. 28. *Commendare iuvenem*, Horat. I. epist. 15. 21. *Levare regem*, Gregorius Turon. H. Franc. III. 30. extr. et lib. VII. 10. et 14. *Provehere*, *promovere consulem*, *rectorem* etc. Ruffinus Hist. Eccl. VIII. 17. et IX. 10. Ammian. XXII. 1. et 3. Aur. Victor Epit. cap. XXXV. 7. *Amare filium*, Capitolinus in M. Antonio cap. XVIII. *Quum igitur in amore omnium imperasset, atque ab aliis modo frater, modo pater, modo* filius, *ut cuiusque aetas sinebat, et diceretur et* amaretur. Verum illic cum nonnullis mallem, *et diceretur et haberetur*. ut Cic. pro Archia cap. ultimo: *Qui semper apud omnes sancti sunt* habiti *atque* dicti. Sic Arnob. lib. III. pag. 112. et alii. Wopkens.

5. Iasoni totus ferme Oriens, ut conditori, divinos honores templaque constituit. Orientales enim servitio nati, et summi adulandi artifices, principes suos adorabant, et pro Diis habebant. Curtius meus: *Persas non solum pie, sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere: maiestatem enim imperii, salutis esse tutelam*. quem tamen morem etiam Romani excepere; apud quos ille, qui, si Diis placet, dominus audire nolebat, ut Deus colebatur; templisque et aris honorabatur: cuius tamen rei invidiam ut non nihil mitigaret, non soli sibi permisit templa statui, sed coniunctim sibi et urbi Romae. Ita enim a communi Asiae Pergami statutum templum illi, de quo vide Tacitum Annal. lib. IV. ubi elegantissimus Lipsius etiam denarios extare hodieque ait, cum forma ipsius templi et inscriptione COM. ASIAE. ROM. ET AVG. id est, Commune Asiae Romae et Augusto. item lapides in quibus legatur FLAMINI. ROM. ET AVG. Modius.

Templaque constituit. Ἰασόνια vocat Strabo, et Ἰασόνια ἡρῶα, τιμώμενα σφόδρα ὑπὸ τῶν βαρβάρων. qualia multa regali everterunt: Parmenion autem id, quod erat Abderis, diruit. Bongars. — De his capiendus Tacitus VI. 34. 6. *Multa de nomine Iasonis* (scil. appellata templa sacellaque) *celebrari*. Bernec. — Iunge Strabonem lib. XI. pag. 526. et pag. 531. Abr. Gronov.

Parmenion. Periz. *Parmenio*, ut supra XII. 1. 3. Abr. Gronov.

Post multos annos. Quot annos? Circiter DCCCC. Faber.

6. Medius aemulus virtutis eius. MSS. ed. Ald. Iunt. *Medus*, et supra cap. 2. 12. *Medo*. Flor. *Moedus* et *Moedo*. Hygino fab. 26. 27. et 275. quoque *Medus* dicitur. Bodl. Periz. *virtutum eius*. Abr. Gronov.

In honorem matris Medeam urbem condidit. Sec. Med. Magl. tert. quint. Leid. *Mediam*. Ed. Rom. Flor. Ald. Iunt. *in honorem matris Medeae Medeam* (Flor. *Maedeae Maedeam*) *urbem condidit*. quomodo ex coniectura legit Munckerus ad Hyginum fab. 26. Abr. Gronov.

Regnumque ex nomine suo Medorum constituit. Florentina,

regnumque e (ita etiam Ald. Iunt.) *nomine suorum Moedorum. const.* Abr. Gronov.

Sub cuius maiestate. Orientis postea imperium fuit. Ald. Iunt. *sub c. mai. omne postea Or. imp. f.* Ven. Flor. Paris. *sub c. mai. omne postea imp. f.* Abr. Gronov.

7. Albanis vicinae Amazones sunt. Sec. Med. *Albani vicini Amazonum sunt.* Abr. Gronov.

Thalestrem. De qua supr. II. 4. 33. et XII. 3. 5. Bernec.

8. Armeniam condit. Lego cum nostris codd. *Arm. condidit.* Wopkens. — Plerique MSS. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Paris. et Rabanus Maurus lib. XVI. de serm. propr. cap. 2. *condidit.* Abr. Gronov.

9. A cuius montibus. MSS. illud *a* non agnoscunt; itaque crediderim, Iustinum scripsisse, *e cuius;* verum illud *e* a sequenti altera *c* absumptum esse. Scheff. — Sic etiam nostri MSS. nec quia in nonnullis desideratur praepositio, ideo cum Scheffero coniiciendum, *e cuius montibus* etc. Cicero pro Cluent. cap. XVI. *Cum omnis ab his fraus, omnes insidiae . . nascerentur.* pro Rabirio cap. XII. *Omnia denique ab his mimorum argumenta nata sunt.* de N. Deor. II. 23. *Illud quod erat a Deo natum, nomini ipsius Dei nuncupabant.* ubi vide. Confer quae de permutatione harum praepositionum Latinis perfrequenti, supra ad lib. XI. 10. 3. et lib. XXXVII. 8. 4. Wopkens.

Tigris. Praeter Strabonem lege Plinium VI. 27. et Solinum cap. 40. et libellum Plutarchi de Fluviis. Bongars. — Adde Diodorum XIX. 17. Curtius IV. 9. 34. a celeritate fluxus ita dictum ait, quia Persica lingua *Tigrim* sagittam appellant. Bernec.

Sub terras mergitur. Eiusmodi fluminum, terras subeuntium, et post longius intervallum emergentium, exempla vide apud Plinium II. 103. pr. et III. 16. pr. Strabonem lib. VI. pag. 190. 1. Curtium VI. 4. 6. etc. Bernec.

In regione Sophene emergit. Ald. Iunt. *Sophenes.* Margo Paris. „Videtur pro eodem ponere Tigrin et Euphraten, cum tamen „Scriptura eos pro diversis ponat." Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. A senatu Parthico, regno pellitur. Est qui interpretetur *a senatu* (scil. Romano) *Mithridatem depulsum Parthico regno.* Verum non dubie *senatu Parthico* legendum, de quo supr. XLI. 2. 2. Bernec.

2. Orodes. Ab hoc fratrem regno pulsum scribit Appianus in Parthica et Syriaca Historia: sed in hac Ἡρώδης editum est. Plutarcho in Crasso cap. 33. dicitur Ὑρώδης, in Antonio cap. 48. Ἡρώδης. Bongars.

Diu obsidet . . in deditionem. Sec. Med. Paris. Bodl. ed. Flor. Ald. Iunt. *obsedit.* sec. Med. *ad deditionem.* Abr. Gronov.

4. Plus hostem, quam fratrem cogitans. Simile fere in Tacito XII. 14. 8. Adde Notam ad XIX. 2. 6. Bernec.

Bellum cum Romanis gessit. Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *bella*. Athenaeus lib. VI. cap. 14. ex Nicolai Damasceni libro XIV. Crassum ab Andromacho Laodiceno, qui eum adulari solebat, et quicum consilia sua communicare solebat, Parthis proditum fuisse, narrat. Abr. Gronov.

Crassumque. Praeter Plutarchi Crassum, de hoc bello videndi, Liv. epit. CVI. Appianus Parthic. Florus III. 11. Eutropius VI. 31. Orosius VI. 13. Tangit etiam Plinius II. 56. et V. 24. Lucanus passim: Propertius IV. 6. 83. Bernec.

5. Huius filius Pacorus. *Πάκορος* in Graecis codicibus legitur. Quidam *Pacorus*, ut apud Horatium lib. III. Carm.

Iam his Monaeses et Pacori manus
Non auspicatos contudit impetus.

Idem de Phraate lib. II. Carm.

Redditum Cyri solio Phraaten
Dissidens plebi numero beatûm
Eximit virtus.

et de Tiridate lib. I. Carm.

Quid Tiridaten terreat, unice
Securus.

ut lector syllabarum rationem eo diligentius notet, haec adducere placuit. Glarean. — Hoc ipsum quoque testatur Cicero ad Atticum. Sed perperam apud eum hoc Orodi tribuitur, non filio eius Pacoro: verba eius lib. V. Epist. 21. *Maximum bellum impendet. Nam et Orodes, regis Parthorum filius, in provincia nostra est* etc. Sed scribendum erat, *Nam et Orodis regis Parthorum filius* etc. Nihil certius. Voss.

A Cassio. Lege M. Ciceronem ad Attic. V. Ep. 20. Orosium V. 13. Paterculum II. 46. De Pacoro a Ventidio caeso Plutarchus in Antonio, Appianus in Parthic. alii. Bongars.

Cum omnibus ducibus trucidatur. Quart. Leid. *cum omnibus deletur ducibus*, ut supra XII. 7. 1. *deletus in Sicilia cum imperatore exercitus.* Cassii meminit Cicero in Orat. Philip. XI. cap. 14. *Magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum, cum Pacori nobilissimos duces maximasque copias fudit, Syriamque immani Parthorum impetu liberavit.* Abr. Gronov.

6. Filium in partibus Caesaris esse audierant. Lipsius margini editionis Bongarsii adscripserat: „Immo is interfectus est cum eo.“ Abr. Gronov.

Futurum non dubitabant. Doct. Wasseus ad Sallust. Fragm. I. 12. ex quibusdam codicibus (quibus etiam consonat Franeq. et prima manus Dorv. 3.) legebat *deliberabant*. Sed licet id verbum lib. XXIV. 7. 1. et alibi pro *dubitare* adhibeatur, hic tamen ita usum Iustinum fuisse, vix credo. Wopkens. — Sec. Med. tert. quart. quint. Leid. Coll. N. Cantabr. MSS. Bongars. *non deliberabant*, quod

vulgato praefert Cl. Wasseus ad Sallustium lib. I. fragm. Hist. cap. 2. Add. Abr. Gronov.

7. Et Cassio et Bruto auxilia adversus Augustum et Antonium misere. Appianus lib. IV. de Bell. Civ. pag. 1001. *καὶ αὐτῷ (Κασσίῳ) τινὲς καὶ Παρθυαίων ἱπποτοξόται συνεμάχουν, δόξαν ἔχοντι παρὰ τοῖς Παρθυαίοις ἐξ οὗ Κράσσῳ ταμιεύων ἐμφρονέστερος ἔδοξε τοῦ Κράσσου γενέσθαι.* Abr. Gronov.

Castraque Ventidii. Ald. Iunt. *castra quoque V.* Abr. Gron.

8. Simulato timore. Captus arte sua Parthus. *Nam ea gens praeter armorum fiduciam callida, simulat trepidationem.* Florus IV. 10. 3. Cuius strategematis exemplum insigne vide apud Caesarem de Bell. Gall. III. 18. et 19. Bernec.

Ad postremum in securos laetosque partem legionum emisit. Sec. Med. *in securos iam laetosque.* Bodl. Periz. *immisit.* Prius etiam usitatum Livio lib. XXVI. cap. 10. *Itaque immisit equites, submoverique atque in castra redigi hostium equitatum iussit.* XXVIII. 4. *equitatum omnem extemplo in equites emittit.* et XXIX. 2. *quae prior (pars) in dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisit.* Abr. Gronov.

In diversa abiere. Saxo lib. V. pag. 91. 29. *in diversa fugêre.* Abr. Gronov.

10. Ventidius. Tacitus Germ. 37. 7. *Infra Ventidium deiectus Oriens.* Quo dicto non obscure cladem illam Parthicam exaggerat a Ventidii victoris ignobilitate, de qua Agellium XV. 4. vide. Ceterum de hoc bello Livius epit. CXXVII. et CXXVIII. Paterculus II. 78. Florus IV. 9. Val. Max. VI. 9. 9. Plutarchus Antonio Appianus Parthic. Eutropius VII. 5. Orosius VI. 18. alii. Bernec.

11. In Parthia nuntiata essent. Sec. Med. *in Parthiam.* Abr. Gronov.

Orodes pater Pacori. Gregorius Syncellus Chron. pag. 304. *ὅς (Ἀντώνιος) ἀκούσας Λαβιῖνόν τινα τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων ἕνα τῶν ἐπὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον πρὸς Ἡρώδην Περσῶν βασιλέα φυγόντα, καὶ Ῥωμαίοις πολεμεῖν πείσαντα.* et pag. 305. de Antigono: *καὶ κατάγεται διὰ Πακόρου παιδὸς Ἡρώδου εἰς τὴν Ἰουδαίων.* Lege *πρὸς Ὀρώδην*, et *παιδὸς Ὀρώδου.* Abr. Gronov.

12. Non vocem mittere. Etiam Dorv. cum illis facit MSS. ex quibus nec minus Latine legi posse *emittere*, probat A. Gronovius. Adi etiam quae de utraque loquendi ratione notavit Dukerus ad Florum IV. 10. 7. Wopkens. — Ita loquuntur optimi scriptores, ut Livius lib. VIII. cap. 33. *unde et privati vocem mittere possemus.* et XXX. 12. *si captivae apud dominum vitae necisque suae vocem supplicem mittere licet.* quem Livii locum imitatur Saxo lib. XIV. pag. 351. 43. *supplicem pro nepotibus vocem mittere non sustinuit.* Seneca lib. II. de Ira cap. 11. *missa vox publici adfectus.* Gellius lib. I. cap. 15. *Ulyssen Homerus vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore.* Verum sec. Med. Magl. sec. Leid. Bodl. *non vocem emittere*, ut supra XI. 15. 6. *nec incassum postremas voces emis-*

surus. Cicero Orat. VI. in Verrem cap. 87. *Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore et querimonia emittere?* Idem lib. II. ad Att. epist. 24. *Nullum umquam verbum, quod revocare vellet, emisit.* et lib. II. de Orat. cap. 53. *Facete dicta statim ut emissa sunt, haerere debent.* Auctor ad Herennium lib. IV. cap. 67. *Quod si nunc haec urbs invictissima vocem emittat.* Petronius cap. 19. *nullum potui verbum emittere.* Seneca Hippolyto vs. 602. *vis magna vocem emittit.* Saxo lib. XIV. pag. 293. init. *an piam vocem emiserit.* et pag. 206. 14. *non supplicem aut tristem vocem emisit.* Saresberiensis lib. II. cap. 4. pag. 57. *eandem vocem miserabiliter et cum quodam eiulatu emittens.* D. Marcus Euang. XV. 37. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην. *Iesus autem emissa voce magna.* Ita vetus interpres. Idem libro Sapientiae VII. 3. *et primam vocem similem omnibus emisi plorans.* Abr. Gronov.

Ita ut etiam mutus. Particulam *etiam* omittunt ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

13. Post multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverit. Vide Avum lib. II. Observ. cap. 27. pag. 396. Abr. Gronov.

Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur; cum illo loqui. Simile exemplum refert Hegesippus lib. I. cap. 37. f. de Herode: *et ubi ira cecidit, amor successit; et passio resuscitata est; tantusque incanduit fervor cupiditatis, ut defunctam* (Mariamnen) *non crederet, atque in excessu mentis positus, quasi viventem adloqueretur. Et sicut ad eam quae viveret, pueros dirigebat, rogans, ut, depositis simultatibus, ad sese veniret, et redderet se coniugali gratiae.* Abr. Gronov.

16. Sed fatum Parthiae fecit. Forte leg. *Sed fatum Parthiae fuit.* Gronov. — Nihil quidem hic nostri libri cum reliquis variant: malim tamen cum Gronovio, *sed fatum Parthiae fuit.* Sic lib. VI. 5. Fatum *illud Athenarum* fuit, *ut ante a Persis crematae, manibus eorum . . restituerentur.* Wopkens. — Avo ex coniectura legenti *fuit*, pro *fecit*, suffragatur tert. Leid. Sallustius Catil. cap. 47. *se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri.* Abr. Gronov.

Solemne est, reges parricidas haberi. Ut hodie in Turcico imperio, quod illi quasi successit. Bernec.

Phrahates. *Φραόρτην* vocat Plutarchus in Antonio cap. 49. quem lege, et Appianum. Totus hic locus explicat quod Horatius Ode 2. lib. II. ait:

Redditum Cyri solio Phrahaten.

et quod Ode 26. lib. I.

Quid Tiridaten terreat, unice
Securus.

quod primus notavit Glareanus, non tam ineptus, quam eum quidam haberi volunt. Bongars.

CAP. V.

1. Triginta. In MSS. est *omnes triginta*, quod probo, nec istat, quod obiicitur, τὸ *triginta* esse ex inepta glossa, cum Phraates ipse fuerit unus de triginta. Nam ut Ian. Rutgersius Var. ect. I. 8. demonstrat, in antiquis scriptoribus novum non est, ut, uoties alicuius sodalitii fit mentio, etsi unum nominando, eum e umero reliquorum excepisse videantur, postea tamen universum tous collegii numerum ita ponant, quasi is, quem exceperant, includeretur. Exempla vide I. Corinth. 15. 5. Val. Max. IX. 2. 6. Ext. x correctione indicata supra I. 9. 9. item Rutil. Numatian. vs. 300. Bernec. — Quod cum pluribus MSS. probat Berneccerus legi, *f. q. mnes triginta trucidat;* sic quoque tres Dorv. repraesentant. Et ormam hanc illustravit Burmannus ad haec Gratii Cyneg. 16.

Adscivere tuo comites sub nomine divae
Centum omnes *nemorum, centum de fontibus omnes*
Naïades.

Wopkens. — Sec. Med. Magl. tres Leid. ed. Rom. *fratres quoque mnes trig.* probante Berneccero. Perizonianus: *fratres quoque eius mnes trucidat.* Zonaras lib. X. cap. 26. ὁ δὲ (Φραάτης) ἀνοσιώτατος γεγονὼς, τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐδολοφόνησε, καὶ αὐτὸν ὸν πατέρα δυσανασχετοῦντα δι᾽ ἐκείνους ἀπέκτεινε. Abr. Gron.

3. Antonius etc. Praeter Plutarchi Antonium, vide Liv. epit. XXX. Florum IV. 10. Appianum Parthic. Eutropium VII. 7. Oroium VI. 19. aliosque. Bernec.

Cum sedecim validissimis legionibus. Sec. Med. *cum XI validissimis legionibus.* Abr. Gronov.

4. Cum multa crudeliter consuleret. Solet ita verbum *onsulere*, pro statuere, cum accus. rei construi. Coelius apud Cicer. d Attic. X. ep. 9. *Ne* quid *gravius de salute et incolumitate tua onsulas.* Supra lib. I. 7. *Si* quid *in Croesum crudelius* consuluisset. Sallust. Catil. cap. LI. 4. *Magna mihi copia memorandi*, quae *reges tque populi male* consuluerint. Ita enim legerim, non *qui reges* etc. Sic Livius, Curtius aliique, ut et monuit Burm. ad Ovidium ex Ponto I. eleg. 9. 34. Wopkens.

5. Itaque cum magno tempore . . maximo. Freinshem. *maxime*, scilicet prae finitimis civitatibus. Placet. Bernec. — Non dubito, quin cum Freinshemio hic *maxime* sit legendum. Scheff. — Magl. sec. Leid. ed. Rom. *magno post tempore.* quint. Leid. *m. tempore ob id fin.* Sec. Med. Magl. ed. Rom. *Scytharum maxime auxilio*, quomodo legendum suspicabatur Freinshemius. Abr. Gronov.

6. Regem Parthi Tiridaten. Sec. Med. ed. Rom. *regem sibi Parthi T.* Abr. Gronov.

In Hispaniam bellum gerentem. Lege, *in Hispania.* Vid. lib. III. cap. 1. Faber. — Praepositio *cum* abest ed. Med. Paris. Ald. Iunt. *in Hispania* Magl. pr. sec. tert. Leid. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ald. Iunt. idemque malebat Faber. Vide Cl. Wopkensium

ad III. 2. 1. quart. Leid. *in Spania.* Idem a pr. m. Thuan. M Bongars. supra XII. 13. 1. *Spaniarum.* Abr. Gronov.

7. Mittit, servum suum. Mallem, *mittit, et servum,* q verisimile, coniunctionem a syllaba ultima vocis praecedentis per si militudinem esse interceptam. Scheff. — Copulam *et* sine neces sitate ante *servum* ingeri mavult Schefferus, ut vidimus ad li XVIII. 4. 13. Wopkens.

8. Si eius regnum muneris eorum fuisset. *Fuisset* pro esset quae temporum permutatio, ut supra monuimus, frequens est. *Esse muneris aliquorum* talis ῥῆσις est, qualis *esse iuris, esse ditioni aliquorum.* Deinde dicunt *facere aliquid muneris, iuris, potestatis aliquorum*, pro facere ut sit muneris, iuris, potestatis aliquorum, ut supra ostendimus. Vorst.

Dediturum se Parthis. Ed. Ald. Iunt. *reddituram.* Abr. Gronov.

9. Phrahati filium. Sec. Med. Magl. Thuan. pr. tert. quart. Leid. Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. Bechar. Ven. Mediol. Paris. *et Phr. fil.* Abr. Gronov.

10. Metum Phrahati incussit. Iuntae: *iniunxit.* Sic *iniungere* interdum est inferre. *Iniungere iniuriam*, Cic. III. de Nat. Deorum: *Ita ab inopia temeritatem in Deos, in homines iniunxit iniuriam. Iniungere detrimentum* eidem pro damnum inferre. *In iungere inimicos* Livio. Graev. — Rescripsi audacter *iniunxit;* quod in antiquioribus typis expressis, et inter ceteros, uti Graevius testatur, Iuntino est. Bongarsius maluit *incussit:* quod, credo, in aliquibus codd. MSS. ille reperit. Sed ego non dubito quin hoc al terius modo interpretamentum sit, et ex margine in textum irrepse rit. Solent enim minus nota aliis notioribus explicari, et in illorum locum deinde haec succedere. *Iniungere* pro inferre, imponere, non rarum. Brutus in Ep. ad Cic. *Ne quid detrimenti reip. iniungat.* Vide et sup. Notas ad III. 5. 8. Ipse Cicero III. de N. D. *In homines iniunxit iniuriam.* Sic Livius dicit *iniungere alicui onus, stipendium, militiam, servitutem, ignominiam.* Usus et Valerius Max. non semel; ut in Notis in hunc ostendimus. Vorst. — Minus re cte nonnulli cum quibusdam edd. *iniunxit* rescribunt. dixi ad lib. XXXVIII. 7. 8. et merito quoque alterum probatum fuit A. Gronovio ad lib. XXXIV. 2. 6. Wopkens. — Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *iniunxit*, quod temere in contextum recepit Vorstius. Livius lib. XXIII. cap. 26. *repentinaque eorum audacia terrorem hosti incussit.* XXXI. 34. *id metum pigritiamque incussit.* Hegesippus lib. V. cap. 16. *armorum sonitus auditi metum incussere victoribus.* Abr. Gronov.

11. Tota Parthia. Meminit Strabo lib. VI. et XVI. Suetonius in Octavio cap. 21. Horatius lib. IV. Od. ult. de Augusto: *Et signa nostro restituit Iovi* etc. Suetonii locus confirmat antiquam scripturam *Crassiano.* Vulgo enim legitur *Cassiano.* Bongars. — Vide Florum IV. 12. 63. Bernec.

12. Filii Phrahatis. Quorum unus *Seraspadanes*, alter *Rhoaspes* appellatur in Inscriptione, quae exstat in hortis Mediceis, publicata ab illustri Scaligero lib. III. Isagog. pag. 523. Strabo lib. XVI. pag. 748. de Phrahate scribit: *καὶ καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ Σαρασπάδην καὶ Κεροπάσδην* (MSS. Casaub. *Κερεσπάδην*) *καὶ Φραάνην* (Mediceus, *Φραάτην*) *καὶ Βοώνην*. Abr. Gronov.

Magnitudine nominis sui etc. Hoc scilicet est, *fama bella profligare*, apud Tacitum Germ. cap. 13. Qua de re Gruteri dissertationem VII. ad Tacitum operae pretium est inspicere. Bernec.

COMMENTAR. IN LIB. XLIII.

CAP. I.

1. Totius propemodum orbis rebus explicatis. Iuntae, nec non veteres editiones aliae, *expeditis*. quod elegans est. Nullus dubito quin *explicatis* sit expositio τοῦ *expeditis*. Solent enim minus trita, quae non intelligunt, delere librarii et scioli, ac vulgatiora, et quae exponendi gratia sunt adscripta, supponere. Cic. prooem. de Natura Deorum: *Sin autem quis requirit, quae causa nos impulerit, ut haec tam sero litteris mandaremus, nihil est quod expedire tam facile possimus.* Sallust. Iugurth. cap. 5. *Priusquam huiuscemodi rei initium expedio.* Cic. de Fin. *Istiusmodi autem res ornate velle dicere, puerile est: plane autem et perspicue expedire posse docti et intelligentis viri.* P. Mela prooem. *Ac primo quae sit forma totius, quae maximae partes, quo singulae modo sint, atque habitentur, expediam.* Plaut. Amphit. III. 2. *Cur dixisti? inquies; ego expediam tibi.* Graev. — Al. *explicatis.* Al. ed. et illa Iuntina, *expeditis;* optime, si quid mihi credendum. Faber. — Antiquiores typis expressi, interque hos Iuntinus, *expeditis.* quod Graevius genuinum censet et elegans: nec dubitat, quin *explicatis* sit modo expositio τοῦ *expeditis.* Videsis Notas eius. Vorst. — Septem MSS. *explicitis*, quod participium glossa est τοῦ *expeditis.* Sallustius Iug. cap. 5. *sed priusquam huiuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam.* Pomponius Mela prooem. *Ac primo quidem quae sit forma totius, quae maximae partes, quo singulae modo sint, atque habitentur, expediam.* Abr. Gronov.

Ingrati civis officium. Fortasse melius *indicium* dixisset. Nullum enim ingratitudinis officium est. Freinshem. — Rectissime Freinshemius observat, ingrati nullum esse officium. Sed quod pro *officium* existimat *indicium* legendum, haud persuadet. Potius dele-

verim vocabulum *officium*, ex glossa natum. Nempe accidit huic loco, quod supra XL. 5. notavimus. Adscripserat aliquis in margine tanquam argumentum *civis officium*, quasi diceret ostendi verbis hisce, quodnam civis sit officium, illustrare scilicet vel praecipue res patriae suae. Inde extiterunt, qui vocem *officium* putarent abesse, atque ideo receperunt in textum. Scheff. — Quia ingrati nullum est *officium*, Freinshemius *indicium* huic voci substituendum, Schefferus illam plane exstirpandam coniicit. Sed *officium* non semper dicitur, quod aequum honestumque a quopiam postulat, sed in genere etiam quicquid alicui conveniat, ab ipsoque sit exspectandum, sive bonum sive malum. Sic Plautus in Casina III. 3. *Officium meretricum*, dicit, *viris alienis subblandirier*. et Ruffinus H. Eccles. II. 7. *Sed et Pilatus, qui in Salvatorem* iniqui iudicis *functus est officio, iisdem* etc. Addatur Augustinus de C. Dei II. 26. *Ibi . . cunctis* obscoenitatis *implebantur* officia. Saxo Grammat. Hist. Dan. II. pag. 27. *Licet omnia temporum momenta ad exercenda* atrocitatis officia *contulisset*. Wopkens.

De sola tantum patria taceat. Angl. vocem *tantum* non exhibet. Probo. Nam qui de sola patria tacet, in tantum de patria tacet. Glossa est igitur illud *tantum*. Scheff. — Ego, cum in aliis MSS. sit *desolatam patriam*, mallem *de sola iam patria taceat*. Ceterum vulgatae lectionis pleonasmo saepe utuntur, quamvis maxime inferioris aevi, Latini. ut Lampridius in Severo cap. LXI. *Dormientibus cunctis*, solo tantum *imperatore intervigilante*. Sidonius Apoll. IV. epist. 2. *Nihil est quod tibi uni* soli tantum, *et non aliis quoque multis tecum, uberiorem fructum ferat*. Novatianus de Trinit. cap. XI. *Ut* solum tantum *hominem illum esse dicamus*. ubi non puto, cum doct. Iaxono refingendum *solum et tantum*. Salvianus adv. Avarit. lib. pag. 23. *Quem . . recedere a criminibus* solis tantum *facit impossibilitas*. Sic ille lib. II. pag. 64. et saepius. Gregorius Turon. Hist. Francorum lib. V. 46. *qui in* solis tantum *dominicis laudibus degebat*. Wopkens. — *De sola patria taceat*. Ita Coll. N. applaudente Scheffero. Reliqui, *de sola tam*, *iam* vel *tantum p. t. Tantum* etiam addunt veteres edd. et Bongarsianus. Abr. Gronov.

2. Breviter igitur . . perstringit. Orosius lib. VI. cap. 6. *sed hanc historiam nunc a nobis breviter fuisse perstrictam sat est*. Saxo lib. I. pag. 9. m. *quorum summatim opera perstricturus*. et lib. III. init. *Pulchrius enim pleniusque extrema annorum illius curricula perstringuntur, ubi prima silentio non damnantur*. Abr. Gronov.

Caput totius orbis. Livius I. 16. 7. et XXI. 30. 11. *Roma caput orbis terrarum*. Bernec.

3. Aborigines. Hos describit Sallustius Catil. cap. 6. *genus hominum agreste, sine lege, sine imperio, liberum atque solutum*. Lucem adferet huic toti loco Dionysius Halic. I. 10. et seqq. Bernec. — Cedrenus pag. 147. οὗτος (Ῥωμύλος) μετωνόμασε τὴν

όλιν καὶ τὸ ἔθνος τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Ῥωμαίους, πρότερον λεγομένους Λατίνους, πρὸ δὲ τούτου Ἀβοριγίνας. Georgius Syncellus pag. 194. Πρὸ δέ γε τούτου Λατῖνοι μὲν ἀπὸ Λατίνου παιδὸς, ὥς φασιν, Ἡρακλέως ἐλέγοντο, καὶ πρὸ Λατίνου Ἀβορήγινες ἐκ τῶν πρὸ Λατίνου Ῥωμαίοις γενεαρχησάντων πρωτογόνων· οὕτω γὰρ ἑρμηνεύεται παρὰ Ῥωμαίοις ἡ τῶν Ἀβορηγίνων προσηγορία, οὓς αὐτόχθονάς φασιν Ἰταλίας. Abr. Gronov.

Neque ius quicquam privatae rei habuerit. Ald. Iunt. *neque is quisquam*. Abr. Gronov.

Indivisa omnibus. Tibullus I. 3. 43. de Saturnio regno:

Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris
Qui regeret certis finibus arva lapis.

Adde Macrobium Saturnal. I. 8. Bernec.

5. Saturnia etc. Vide Tertullian. Apologet. cap. 10. f. Macrob. Saturnal. I. 7. Bernec.

Et mons, in quo habitabat, Saturnius; in quo nunc Capitolium est. Ioannes Canabutzes comment. MS. in Dionysium Halic. lib. I. cap. 63. Οὗτοι δὲ οἱ τοῦ Ἡρακλέους Ἕλληνες κατοικίζονται ἐς ἕνα λόφον, ἤγουν εἰς βουνίον μικρὸν, ὃς τότε ἐλέγετο Σατούρνιος ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τούτου τοῦ Σατούρνου, ὅντινα λέγουσιν οἱ Ἕλληνες Κρόνον, Λατῖνοι δὲ Σατοῦρνον. Νῦν δὲ ὁ λόφος ἐκεῖνος λέγεται Καπιτωλῖνος, καὶ ἔστι σήμερον ἐντὸς τῆς Ῥώμης. Abr. Gronov.

6. Post hunc tertio loco regnasse Faunum ferunt. Sec. Med. *Post hunc Picus: tertio loco regnasse F. f.* Virgilius lib. VII. Aeneid. vs. 45.

Fauno Picus pater: isque parentem
Te, Saturne, refert.

Arnobius lib. II. adv. Gentes pag. 94. ed. Lugd. Bat. *Quis* (genuit) *Picum Fauni patrem, atque avum Latini? Saturnus, ut vos iidem vestris scriptis atque auctoribus traditis.* Suidas v. *Μεταλλεῖς*. Φαῦνος υἱὸς Πίκου τοῦ καὶ Διὸς, ὃν Ἑρμῆν ἐκάλεσαν εἰς ὄνομα τοῦ πλανήτου ἀστέρος μέταλλον (MS. Leid. μέταλλα) ἐφεῦρε χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου καὶ σιδήρου, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυτικοῖς, ὡς καὶ πλουτοδότην αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐγχορίων καλεῖσθαι. Abr. Gronov.

Sub quo Euander ab Arcadiae urbe Pallanteo etc. Ioannes Canabutzes: Τρίτος στόλος Ἑλληνικὸς ἀπῆλθεν εἰς Ἰταλίαν, καὶ οὗτος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ πόλεως Παλαντίου ὀνομαζομένης. Ταύτης γὰρ τῆς πόλεως ὁ λαὸς ἐστασίασε, καὶ ἐμερίσθη εἰς δύο. Τὸ γοῦν ἓν μέρος μὴ ὑπομεῖναν τὴν καταφρόνησιν τοῦ ἑτέρου ἐποίησαν ἡγεμόνα καὶ ἀρχηγὸν Εὔανδρόν τινα ὀνόματι, καὶ ποιήσαντες πλοῖα διεσπάρησαν· καὶ οὗτοι εἰς τὴν Ἰταλίαν εἰς τὰ μέρη ταῦτα τῆς Ῥώμης, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ μετὰ τῶν Ὀνωτρίων καὶ τῶν Πελασγῶν, Ἑλληνικῶν ἐθνῶν, περὶ ὧν εἴπομεν. Κατῴκησαν δὲ οὗτοι εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν, ὅστις ῥέει σήμερον διὰ μέσης τῆς Ῥώμης. Quart. Leid. Magl. *Palanteo.* Abr. Gronov.

PALLANTEO. Stephanus: *Παλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας*. De Palatio vide Virgilium VIII. Aeneid. Varronem IV. de Ling. Lat. et Festum, Ovidii Fastos, Propertii lib. IV. BONGARS.

MONTEM, QUEM ILLE POSTEA PALATINUM APPELLAVIT. MS. *Palantinum*. Iuntae: *Palatinum*. Scribe: *Palantium*. Festus: *Palatium mons Romae appellatus est, quod ibi pascens pecus balare consueverit: vel quod palare, id est, errare ibi pecudes solerent. alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quae ex Hercule Latinum peperit.* Virgil. VIII. Aen.

posuere in montibus urbem
Pallantis proavi de nomine Pallanteum.

vide ibi Servium. GRAEV. — Antiquiores typis expressi *Palatinum*. Unde Graevius legendum censet *Palantium:* quomodo Festus appellat. VORST. — Cum Iuntina ed. et MSto Oxon. etiam Franeq. ac Dorv. 2. tertiusque a m. s. *Palatinum* exhibent. 1. *Pallanteum*. Vide Interpretes Flori I. 1. 6. et aliorum illic adductos. WOPKENS. — Sec. Med. ed. Bechar. *Pallatinum*. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Palatinum*. tert. Leid. MS. Bong. *Palantinum*. ABR. GRONOV.

7. LYCEO. Ovid. Fastor. II. 424.

Faunus in Arcadia templa Lycaeus habet. BERNEC.

NUDUM, CAPRINA PELLE AMICTUM. Haec *ἀντιφατικὰ* videri queant; non sunt tamen. Seneca de Benef. V. 13. *Qui male vestitum et pannosum vidit, nudum se vidisse dicit.* Tacit. Germ. cap. 20. *In omni domo nudi.* hoc est, explicante Caesare Gall. VI. 21. *Pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur; magna corporis parte nuda.* BERNEC.

FAUNO FUIT UXOR. Sec. Med. *Fauni uxor f.* sec. tert. quart. Leid. *Fauno u. f.* ABR. GRONOV.

FATUA. Soror eademque coniux Fauni: quam *Fatuam* nominatam tradit C. Bassus, quod mulieribus *fata* canere consuevisset, ut Faunus viris. Lactantius lib. I. Vide Servium in illud Aen. VI. 775.

castrumque Inui, Bolamque, Coramque.

et VII. 47.

Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Maricae
Accipimus.

Quo loco Virgilius a Trogo dissidet: facit enim Latinum Fauni et Maricae filium. BONGARS. — Varro lib. VI. de Ling. Lat. *Fauni dii Latinorum; hos versibus quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari.* Nescio quis inter obscoeni carminis auctores:

Fronte et comantes Arcadas videt Faunos. MODIUS.

VELUT PER FUROREM FUTURA PRAEMONEBAT. Servius ad illud Virgilii Aen. III. 443.

Insanam vatem adspicies, quae rupe sub ima
Fata canit.

Insanam vatem, alii, inquit, *magnam dicunt: sed melius est, deo plenam, et vaticinatricem intelligamus: a Graecorum tractum ety-*

mologia, *qui* μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας *appellaverunt. Nam supra sensus humanos intelligentia*, *furor et insania dicitur*, *teste Cicerone de Divinatione* I. 31. *Huic praestantissimae rei nomen nostri a* divis, *Graeci* (*ut Plato interpretatur*) *a* furore *dixerunt*, *prorsus furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati.* Modius. — Sane Picus Mirandula lib. IX. de Praenotione, futura praenoscendi et revelandi munus feminis prae maribus ideo datum arbitratur, quod magis fatuus ille sexus sit. Exempla sunt in Tacito XIV. 32. 2. Curtio VIII. 6. 22. Zonarae Leone Armenio, et passim. Bernec. — Gronovius praefert MS. lectionem: *futura praecinebat*. *Canere* enim est vatum futura praedicentium. Iustinus XXX. 4. *Quo prodigio territis omnibus vates cecinere.* III. 4. *Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse*, *Apollinem Delphis cecinisse.* VII. 6. *propter vetera Macedoniae fata*, *quae cecinerant*, *uno ex Amyntae filiis regnante*, *florentissimum fore Macedoniae statum.* XI. 7. *antiqua fata cecinisse.* XVIII. 5. *Cui cum inspirati vates canerent.* Graev. — Codex aliquis MS. *praecinebat*. Quod Gronovius alteri praefert; quia *canere* vatum est futura praedicentium. Vorst. — *Praemonebat*. Sic etiam nostri codices, nec deterius, quam quidam alii *praecinebat*, quod Gronovius praefert. Tibullus I. el. 7. 56.

Et canit eventus, *quos Dea magna* monet.

cum adnotatione Broukhusii. Ovidius Epist. XVII. 239.

Et vatum timeo monitus, *quos igne Pelasgo*
Ilion arsuram praemonuisse *ferunt.*

Atque hoc se etiam satis probabat Arntzenio ad Plin. Paneg. cap. XV. Wopkens. — MS. Bong. et C. C. *praecinebat*, quod alteri praeferebat Avus lib. III. Observ. cap. 24. pag. 666. Vide Cl. Bunemannum ad Lactantium Div. Instit. I. 4. 5. De *Fatua* scribit Lactantius I. 22. 9. *Faunus in Latio sororem suam Fatuam Faunam*, *eamque coniugem consecravit*, *quam Gabius Bassus Fatuam nominatam tradit*, *quod mulieribus fata canere consuevisset*, *ut Faunus viris.* Abr. Gronov.

Qui inspirari solent. Virgil.

magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates. Modius.

9. Ex filia Fauni et Hercule. Aliter Virgilius, qui ita tradit:

Rex arva Latinus et urbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.
Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica
Accipimus.

Sed quis in hisce talibus a poëta iuratores exigat, cum etiam historici inter se non conveniant? qua de re dicam, si erit operae, ad Livium meum. Modius. — Servius ad Virgilium lib. VIII. Aeneid. vs. 314. *Hic Faunus habuisse filiam dicitur Omam castitate et disciplinis omnibus eruditam*, *quam quidam*, *quod nomine dici prohibitum fuerit*, *Bonam Deam appellatam volunt.* Abr. Gronov.

11. Commune utriusque bellum adversus Turnum etc. fuit.

Rectius Iuntae: *post haec commune utrique bellum adversus Turnum* etc. *fuit.* Dein iidem: *Urbem ex nomine uxoris Lavinium condidit.* Graev. — Editio Iuntina teste Graevio, *utrique:* quod magis placet. Vorst. — Iuntina *utrique:* quod Graevio rectius videtur. Scheff. — Magis placebat Graevio Vorstioque cum Iunt. ed. legi *utrique.* Sed hoc postferendum non erat. lib. XV. 2. *Dum privatum singulorum, non commune universorum bellum ducunt.* lib. XV. 3. *Multa deinde huius* urbis *adversus finitimos bella .. fuere.* Wopkens. — Cl. Graevius ex Iuntina malebat *utrique,* idemque dant Aldina, sec. Mediceus, et priores Graev. Abr. Gronov.

12. Iure victoriae utroque populo potiretur. Florus II 7. 4. *Ultra ius victoriae in templa, aras et sepulcra ipsa saevire.* Vocant et *ius belli.* Vorst.

Urbem ex nomine uxoris Lavinium condidit. Bongarsius *Lavinium.* Unde pessime non semel editum est *Lavinia.* Becharius et alii *Laviniae.* Sed optimum quod teste Graevio editio Iuntina habet, *Lavinium.* Vorst. — *Lavinium* ex Iuntina emendavit Vorstius Graevio praeeunte. Scheff.

Cum ipse occidisset. Bodl. Periz. ed. Ald. Iunt. *cecidisset.* Appianus apud Photium pag. 50. *Τρίτῳ δὲ ἔτει πάλιν διὰ Λαουινίαν τὴν γυναῖκα, ὑπὸ Ῥουτούλων τῶν Τυῤῥηνῶν, προμνηστευθεῖσαν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, ἀναιρεῖται πολέμου νόμῳ Αἰνείας.* Abr. Gronov.

Qui Lavinio relicto, Longam Albam condidit. Georgius Syncellus Chronogr. pag. 194. ex Diodori libro VII. *Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἀλβᾶ καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέριος ὀνομαζομένου.* Abr. Gronov.

Trecentis annis. Virgilius Aeneid. I. 276. de Albano regno:

Hic iam ter centum totos regnabitur annos.

Strabo tamen lib. V. pag. 158. 46. *quadringentos* annos ab Albae conditu Amulium Numitoremque, postremos Albae reges, numerat. Bernec. — Falsum est; sed Virgilium sequitur:

Illic ter centum totos regnabitur annos. Faber.

CAP. II.

2. Amulius cum aetate priorem etc. Lege ex MS. *Amulius cum vi aetate priorem Numitorem oppressisset.* Gronov. — Antiquiores typis expressi *potiorem.* Vorst. — Ed. Rom. *cum vi et aetate.* Pr. Leid. Thuan. Bodl. Reg. Coll. C. C. *cum vi aetate.* Periz. Coll. N. ed. Med. *cum in aetate.* Ita quoque in primo Leidensi τὸ *vi* perperam in τὸ *in* transiit supra XXVI. 1. 10. *atque ita in* (leg. *vi*) *Aristotimus opprimitur.* Appianus ibid. *Λαβόντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου (Νεμέτορος) παρὰ τοῦ πατρὸς τελευτῶντος τὴν ἀρχὴν, ὁ νεώτερος (Ἀμούλιος) ὕβρει καὶ βίᾳ κατέσχεν ἀφελόμενος.* Sec. Med.

Magl. Reg. Leidenses, Bodl. Coll. N. et C. C. ed. Ald. Iunt. Bongars. *potiorem*. Abr. Gronov.

Filiam eius Rheam. Quae et *Silvia*. Apud Aelianum VII. Var. Hist. 16. mendose legitur *Σερβία* pro *Σιλβία*. Quae hic de urbis origine referuntur, pervulgata sunt. Bongars. — Ἰλίαν praeter alios scriptores Romuli ac Remi matrem vocat Zonaras lib. VII. cap. 2. Syncellus pag. 192. *Ῥῶμος καὶ Ῥωμύλος ἐγεννήθησαν Ἄρεϊ καὶ Ἠλίᾳ τῇ Ἐμήτορος.* ubi in margine emendatur, *Ἰλίᾳ τῇ μητρί.* Verum Syncellus scripsisse videtur, *Ἰλίᾳ τῇ Νομίτορος.* De variis nominibus, quibus haec Numitoris filia appellatur, egerunt eruditissimi Viri I. Perizonius et T. Ryckius in Epistolis Aeliani libro VII. Var. Hist. subiunctis. Abr. Gronov.

Addita iniuriae specie honoris. Lege, *addita iniuria*, vel, *additae iniuriae specie honoris*. Voss. — Quid est *iniuriae species?* dein unde pendet aut *honoris*, si *species* pertinet ad *iniuriae*: aut unde *iniuriae*, si refertur *specie* ad *honoris*. Sine dubio legendum *addita iniuria specie honoris*. *Sub specie honoris*, dum eam in perpetuam virginitatem demersit. Virginum enim Vestalium magnus erat honor, iniuria illam affecit, cum invitam coëgit sacerdotem esse. Graev. — Is. Vossius legit: *Additae iniuriae*, vel *addita iniuria*, quod posterius etiam Graevius non dubitat reponendum; quia non videbat, quid sit *iniuriae species*, nec unde pendeat *honoris*, si *specie* pertineat ad *iniuriae*, aut unde *iniuriae*, si ad *honoris* referatur *specie*. Sed loci integerrimi est sensus, dum ita speciem honoris addit (vel dat) iniuriae, dum hanc iniuriam hoc modo vult videri honorem, ut etc. *Species honoris* etiam Livii in hac re dictio est, lib. I. 3. *Fratris filiae Rheae Silviae per* speciem honoris.. *perpetua virginitate spem partus adimit*. Sic Hegesipp. I. 37. *ut* honoris specie *paratae necis invidiam velaret*. Ita Tacitus Ann. II. 42. Sulp. Severus H. S. I. 34. aliique loquuntur. Recte autem cum dativo *iniuriae* construitur verbum *addita*, i. e. data, imposita, iniuncta. Ovidius Metam. V. 534.

Si modo nomina rebus
Addere *vera placet*.

Seneca Herc. Fur. 1237.

Quis nomen unquam sceleris errori *addidit?*

Dorv. 1. *iniuria*. 3. *abdita iniuriae:* nec ita male dicitur *iniuria abdi* sive occuli *specie honoris*. Sed vulgata scriptura haud dubie genuina et germana est. Wopkens. — Ortwinius malebat, *abdita iniuria sp. h.* Abr. Gronov. — Hunc locum non intellexerunt viri summi, Graevius et Vossius. *Iniuriae* est dandi casus, qui a verbo *addita* pendet. Nihil igitur mutandum. Nagel.

3. Marti sacro. Depravatum ita videtur ab imperito librario, quod habent tres Dorv. *Martis sacro*. ut *sacer* aliquando cum genitivo construitur, observante post alios Davisio ad Min. Felic. cap. XXX. pag. 153. Wopkens. — Magl. pr. sec. tert. quart. Leid. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *Mar-*

tis. Vide Nob. Heinsium ad Prudentium περὶ Στεφ. Hymno XI vs. 2. ABR. GRONOV.

AN EX MARTE CONCEPTOS. Flor. Ald. Iunt. *an Marte.* ABR. GRONOV.

4. ET PUELLAM VINCULIS ONERAT. Horatius III. Od. XI.

Me pater saevis onerat catenis

Quod viro clemens misero peperci etc.

Gregorius Turon. H. Franc. IV. 3. *Volens autem Macliavum interficere, comprehensum atque* catenis oneratum *in carcere detinebat.* lib. V. 47. *Tunc iratus rex caesum pugnis et calcibus,* oneratum ferro *recludi praecepit in carcere.* Sic ille lib. VI, 35. et alibi. Hinc etiam Ammianus XIV, 5. *Iniecto* onere *catenarum in modum belluae trahebatur.* Gregorius H. Franc. X. 6. *Quibus cum Eulalius Comes* onera *catenarum addi iussisset* etc. WOPKENS.

5. FORTUNA ORIGINI ROMANAE PROSPICIENS. Manilius Astron. lib. IV. princ. ostensurus, quod

Fata regant orbem, certa stent omnia lege.

postea subiicit:

At nisi fata darent leges vitaeque necisque,
Fugissent ignes Aeneam, Troia sub uno
Non eversa viro fatis vicisset in ipsis,
Aut Lupa proiectos nutrisset Martia fratres. BERNEC.

INFANTIBUS PRAEBUIT. CUM SAEPIUS. Ed. Rom. *praebuit, cumque saepius.* ABR. GRONOV.

7. MARTIOS PUEROS FUISSE. Hoc *Martios* vix sanum puto. *Martium* sane Latinis non semper quod ex Marte, sed et quod Marti simile, ut notum. Unde *Martii homines, Martia ingenia* etc. Cur ergo adhibetur hic vocabulum ambiguum. Lego potius: *Martis eos pueros fuisse.* Ex *Martis eos* iunctim scriptis factum post est *Martios.* SCHEFF. — Periz. *Martios.* ABR. GRONOV.

ENIXI SUNT. Notandum, passive. FABER.

9. VELUTI IPSE ESSET, QUOD IN ALIIS PROHIBEBAT. Vereor ne haec perverterint librarii. Num dicimus, ipse sum, quod in aliis prohibeo? imo sic loquimur, et veteres sic loquebantur, ipse ago, quod in aliis prohibeo. Censeo igitur Iustinum scripsisse: *Veluti ipse fecisset, quod in aliis prohibebat.* GRAEV. — *Quod* non ad substantiam, sed ad qualitatem significandam pertinens. Sic sup. XVIII. 3. *Quod ipsi non erant, liberos procreant.* Vide et lib. de Latinit. f. susp. cap. 5. VORST. — Hoc est, velut ipse latro esset, quod esse alios nolebat. Noli cum Graevio rescribere, *velut ipse fecisset, quod in a. p.* Et recte iam contulit Vorstius haec lib. XVIII. 3. *et* quod (i. e. qui vel quales) *ipsi non erant, liberos procreant.* Addatur Plin. Paneg. cap. VIII. Omnia *pariter et statim* factus es, quae *proxime parens verus tantum in filium contulit.* Novatianus de Trinit. cap. XXII. *Nam dum incipit* esse, quod *cum non esset habere non potuit . . augetur atque ditatur.* Salvian. Gub. Dei lib. III. pag. 81. *Ex his . . sceleribus quotusquisque hominum*

est aliquid *horum aut quotusquisque non totum?* Arnobius lib. II. pag. 87. *Qui fieri potis est, ut alii praestare id* quod *ipsi* sunt *valeant, cum . . id habeant . .* commodatum? Wopkens.

Crimini datur. Alter ex MSS. Fuldensibus *criminaturque.* de quo etiam viderimus alias. Modius.

10. Cum eum nunc lineamentorum filiae similitudo, nunc aetas expositionis . . anxium tenerent. Sec. Med. *c. eum n. lineamentorum fides, nunc filia sim.* Ald. Iunt. *teneret.* Abr. Gronov.

In vindictam erepti regni armantur. Pro *armant se.* Estque hoc illud quod supra quoque alicubi legendum dicebamus. Vorst.

CAP. III.

2. Constituitur: tunc et. Vocula *tunc* delenda est, quippe nata ex syllaba *tur*, quae praecedit. Scheff. — Schefferus prius *tunc* delendum putat, quod offendebatur, puto, recursu illius in sequentibus: cum tamen silentio suo, nec iniuria, probaverit hanc repetitionem cap. seq. Tunc et *legibus non armis vivere*, tunc et *vitem putare . . consueverunt.* et lib. XVIII. 4. Tunc *deflens ipsa lugubrique voce Acerbam ciet . . .* Tunc *ipsos ministros aggreditur.* De particula *iam* eodem modo iterata, vide ad lib. IV. 1. Wopkens. — Priorem particulam, quam delendam censebat Schefferus, omittunt Ald. Iunt. *coniugia* pr. tert. Leid. pro *connubia.* Abr. Gronov.

Armis subiectis. Sec. Med. ed. Rom. *subactis.* Abr. Gronov.

8. Reges hastas pro diademate habebant. Inde Homero σκηπτοῦχοι reges. Supra XXIII. 4. 10. cum Hieroni *aquila in clypeo, noctua in hasta consedisset, consilio cautum, et manu promptum, regemque futurum significabatur.* Pausanias in Boeoticis, Chaeronenses refert, ex Diis sceptrum colere, quod Vulcanus Iovi fabricavit, et id *hastam* vocare. Bongars. — Unde est illud Virgilianum:

nunc o numquam frustrata vocatus
Hasta meos.

et sic apud Aeschylum Parthenopaeus per hastam iurat, et eam colit pro deo, notaque est hasta Caenei, etiam proverbio celebrata, quam ille a civibus et viatoribus coli, et cuius nomine iusiurandum concipi iubebat. Valerius Flaccus:

Hanc ego magnanimi spolium Didymaonis hastam,
Quae neque iam frondes virides, neque proferet umbras,
Ut semel est avulsa iugis, ac matre perempta,
Fida ministeria et duras obit horrida pugnas,
Testor.

quae est imitatio Maroniana ex Aeneid. XII. Modius. — Adde Turneb. Adversar. XXII. 12. ubi tamen quod mulieres non solitas dicitur hastam gerere, diversum habet scientissimus antiquitatis Apollinaris Carm. II. vs. 432. Adde Dion. Chrysost. 69. C. Aelian. XII. 17. Arrian. V. 1. 3. Max. Tyr. Dissert. 33. ubi Διογένους βακτηρίαν

opponit Ἀλεξάνδρου τῷ δόρατι. BERNEC. — Sebastianus Mugius, vir nobilis genere apud Argentoratenses meos, litteris vero Graecis pariter ac Latinis summopere doctus, in suo codice, qui una cum bibliotheca eius emptionis iure meus factus est, sic ad haec verba notaverat: *forte*, *cum diademate*, *legendum. Nam et diadema gestasse*, *indicio sunt Numae nummi. Aut certe Numam primum id usurpasse*, *hinc dicendum. Vide*, *quae notat B. Leand. Ital. pag.* 157. SCHEFF. — Ad hunc quoque morem refert erudit. Simon Patricus, quae de Saulo rege tradunt divinae literae I. Samuel. XXII. 6. WOPKENS.

PRO DIIS HASTAS COLUERE. Turnebus Adversar. VIII. 16. ex Virgil. Aeneid. XII. 95. Aeschylo in Sept. ad Theb. vs. 483. et Valer. Flacco III. 707. Adde paroemiographos in *Caenei hasta*. BERNEC. — Lipsius pro *ab origine rerum* malebat *Aborigines*, coniectura adsecutus scripturam codicis Perizoniani. ABR. GRONOV.

4. TEMPORIBUS TARQUINII REGIS. Iam ante illa tempora Cyri, et Tarquinii, deductam esse a Phocaeensibus Massiliam, testatur Aristoteles, apud Harpocrationem in voce *Μασσαλία*. Hoc ipsum quoque testatur Scymnus Chius:

Μασσαλία δ' ἔστ' ἐχομένη
Πόλις μεγίστη Φωκάων ἀποικία.
Ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν
Πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης,
Ἔτεσιν πρότερον, ὥς φασιν, ἑκατὸν εἴκοσι.

Sic lego. Tempus igitur, quo condita est Massilia, incidit in annum primum Olympiadis XLV. Errat autem Agathias, qui ait, regnante Dario Hystaspe Massiliam conditam. VOSS.

PHOCENSIUM. *Φωκαιέων* scribunt Graeci, id est, *Phocaeensium*, a Phocaea Ioniae urbe. Gellius X. 16. *terram Phocidem* dixit. BONGARS. — Hinc Lucano III. 301. *Phocais iuventus* pro Massiliensibus: et Silio IV. 52. *Phocaicae ora*, id est, Massilienses: quorum ager suburbicarius in Itineraria Tabula *Graecia* dicitur. BERNEC. — Scribere volui *Phocaeensium* per *aee; Phocenses* enim, per *e* simplex, in mediterraneo Graeciae sunt; *Phocaeenses* autem in ora Ioniae. Hic error in omnibus libris emendari debet. Debet quoque emendari titulus Epistolae D. Pauli ad *Colossenses;* vitiose enim scribitur, cum dicendum sit, *Colossaeenses.* Fit enim a *Colossae*, non a *Colossi;* res ex Geographia veteri notissima esse debet. FABER.

OSTIO TIBERIS INVECTA. Vincentius lib. III. cap. 110. *ostio Tiberis ingressa.* Paullo post pr. tert. Leid. *inter Liguras.* ABR. GRONOV.

NAVIBUS PROFECTA. Haud sane deterius Dorv. 3. *Navibus provecta.* Livius XXXVII. 45. *Reliquerat Ephesum . . et* classe *usque ad Patara Lydiae* pervectus etc. Virgilius Aeneid. II. 24.

Huc se provecti *deserto in littore condunt.*

Aur. Victor V. Illustr. cap. XXII. *Legati deum vehentes Antium* profecti *sunt*, ubi vide Arntzenium. WOPKENS.

MASSILIAM. De Massilia vide Strabonem lib. IV. Solinum cap. 8. Ammianum XV. 23. et Gellium X. 16. Hi conditam Massiliam a Phocaeensibus Persicam servitutem fugientibus referunt, cum ipsorum urbs ab Harpalo (Harpagum vocat Herodotus lib. I.) obsideretur. Plutarchus in Solone cap. 3. conditam scribit a *Proto*; cum Iustinus *Protin* vocat. Plutarchi sensum non sunt assequuti Interpretes. BONGARS. — Massiliae a Phocaeensibus conditae meminit et Thucydides I. 3. 9. item Livius XXXIV. 9. 1. Urbis etymon ex Timaeo Stephanus indicat. Eius de conditu accurate Scaliger Animadvers. in Eusebii Chronicon pag. 80. et seq. BERNEC.

5. NAM PHOCENSES EXIGUITATE, AC MACIE TERRAE COACTI. Atqui Phocaeensium tractus non sterilis, sed quam maxime fertilis, omniumque rerum abundans. Sed Phocensium regio (quos hic confundit cum Phocaeensibus) arida et sterilis erat, maximaque ex parte montibus obsita. Unde Dorienses, qui eandem cum Phocensibus regionem incolebant, *Λιμωδωριεῖς* audiebant, *διὰ τὸ λιμώττειν*. Contra Phocaeenses Asiatici, quibus e terrae fecunditate, morum quoque luxuria accessit. Hinc quoque Massilienses, eorum *ἀπόγονοι*, *θηλυγενεῖς* Ciceroni dicuntur ad Atticum lib. X. epist. XII. *Massiliensium factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in Hispaniis. Minus enim auderent, si aliter esset: nam et victi, et diligentes sunt.* Emendarunt alii et *δειλοὶ gente sunt.* Noli dubitare, quin Cicero scripserit, *nam et victi, et θηλυγενεῖς sunt.* VOSS.

COACTI, STUDIOSIUS MARE QUAM TERRAS EXERCUERE: PISCANDO, MERCANDO. Sec. Med. *coacti stud. m. q. terras exercere, piscando,* et cum Magl. *mercandoque.* Quemadmodum *terras exercere* dixit auctor, ita *exercere arva* Saxo lib. VIII. pag. 160. 19. ABR. GRON.

LATROCINIO. Hinc illa apud Homerum Odyss. III. 71. amica interrogatio, *an praedones estis?* ex qua Thucydides I. 1. 22. probat, latrocinium apud veteres Graecos probro non fuisse; quod et de priscis Germanis asserit Caesar Bell. Gall. VI. 23. itemque de Tartaris Sigism. Herberstenius in Commentar. rer. Moscoviticar. Vide L. ult. D. de Collegiis. BERNEC.

8. DUCES CLASSIS SIMOS ET PROTIS FUERE. Athenaeus ex Aristotelis libro *περὶ τῆς Μασσαλιωτῶν πολιτείας,* affert hanc historiam lib. XIII. Sed variat nonnihil in nominibus. Quem enim Iustinus hic Protin, ille Euxenum, Nannum Nanum, Gyptin Pettam, sive mutato nomine, Aristoxenam vocat. Filium vero Euxeni, et Aristoxenae, facit Protin; unde eius posteri Protiadae dicti sint. Sed Plutarchus ipsum conditorem *Πρῶτιν* vocat in Solone: *Ἔνιοι δὲ καὶ πόλεων οἰκισταὶ γεγόνασι μεγάλων, ὡς καὶ Μασσαλίας Πρῶτις, ὑπὸ Κελτῶν τῶν περὶ τὸν Ῥωδανὸν ἀγαπηθείς.* Ita legendum. Vulgo enim male *Μασσαλίας πρῶτος*, tanquam Massalias esset conditoris nomen. VOSS.

SEGOBRIGIORUM. Quidam Vett. *Segobriorum.* Qui sint hi Galliae populi, non memini legere. Plinius III. 3. *Segobrienses* in Cel-

tiberia collocat, et Strabo *Segobrigam.* In Gallia Narbonensi sunt *Segalauni*, qui Plinio III. 4. dicuntur *Segovellauni;* quo pacto hic fortasse reponendum est. BONGARS.

SENANUM NOMINE. Ptolemaeus ad Rhodanum ponit Segalaunos, quos Celtica lingua puto dictos *Sigland.* Ex *land*, i. e. regio, Ptolemaeus fecit *Launus*, Iustinus *Regio.* Et utrumque quadrat; et *seman* durat adhuc hodie in Helvetiorum lingua, quem hic *Senanum* fecit. Latinis enim exterarum gentium linguae in parva cura erant, ut videre licet apud Caesarem. GLAREAN. — Bechar. Paris. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *regem Segoregiorum Senanum.* et seq. cap. §. 3. *rege Senano Segoregiorum.* Sec. Med. *Nanum*, et cap. seq. *Nano.* *Nανον* eumdem vocat Athenaeus lib. XIII. cap. 5. ABR. GRONOV.

9. GYPTIS. Sec. Med. *Gestis.* *Πέττα* ab Athenaeo appellatur. ABR. GRONOV.

NUPTUM TRADERE ILLIC PARABAT. Iuntae: *ille.* GRAEV. — Nescio, quid hoc *illic* hic faciat. Viderunt, qui adornarunt veteres editiones, et pro eo substituerunt *illi.* Sed et hoc est otiosum. Quid enim est, *electo genero illi tradere parabat?* Aut me fallunt omnia, aut Iustinus scripsit, *tradere illico parabat*, id est, sine mora, inter electionem et ipsas nuptias intercedente. SCHEFF. — Eleganter quidem cum Dorv. 2. omitteremus pronomen *illi*, sublato commate post *genero:* sed ut levioris fidei codex ille est, sic retinent quae notamus ad lib. II. 2. 24. Ne tamen dissimulemus, etiam Dorv. 1. et 3. habere *illic*, quod edere maluerunt viri docti. WOPKENS. — Magl. sec. Leid. Vincentius lib. II. cap. 111. *nuptui tradere.* *More gentis*, ut apud Saxonem lib. XV. pag. 368. 33. *more gentis, missa per omnes stipite.* ABR. GRONOV.

10. AD NUPTIAS INVITATI OMNES PROCESSISSENT. *Procedere ad nuptias* semper perinsolens mihi visum et alienum a Latinae linguae indole. Si loqueretur de pompa nuptiali, cum in publico ducitur, nullus esset scrupulus. Sed de pompa hic ne sit quod cogitemus, sequentia vincunt, quae de invitatione hic loqui Iustinum indicant: *rogantur etiam Graeci hospites ad convivium.* Iam quinam sunt illi omnes qui ad nuptias erant invitati? Itaque ante multos annos hic locus mihi fuit suspectus, veram autem lectionem nobis servarunt Iuntae, apud quos rectissime legitur: *cum ad nuptias invitati omnes proci essent.* Qui ambierant virginem, erant ex more gentis invitati, ut ex iis maritum sponsa caperet et eligeret. Hoc ostendunt sequentia clare: *Introducta deinde virgo, cum iuberetur a patre aquam porrigere ei quem virum eligeret*, nimirum inter procos. Nullus dubito Iustinum ita scripsisse: nec cunctatus sum ei suam restituere lectionem: nec in posterum ullus dubitabit, quin recte restituerim, etsi dubitator sit magnus, si modo hunc locum accurate expendit. Sed et pro *rogantur ad nuptias*, mallem *vocantur ad nuptias.* lib. XII. 6. *amicos in convivium vocat.* GRAEV. — Nil melius quam quod in Iuntina editione Graevii scriptum est: *Cum ad nuptias invitati omnes proci essent.* FABER. — Editiones Iunta-

rum et Maioris pro *processissent*, habent *proci essent:* quod minime contemnendum. VORST. — Vera lectio *proci essent*, quod iam Graevio notatum. SCHEFF.

ROGANTUR ETIAM GRAECI HOSPITES AD CONVIVIUM. Graevius mallet *vocantur:* credo, quod *rogare ad nuptias* Germanismi nomine suspectum ipsi sit. Loquitur tamen ita et Ambrosius Serm. 21. de Epiph. ut in cap. 17. lib. de Latinit. f. susp. ostendimus. VORST. — Sed auctoritas Ambrosii valet quidem in capitibus Christianae religionis, non in Latinae linguae proprietate asserenda. GRAEV. — Recte Vorstius Ambrosii auctoritate illud *rogantur* contra Graevium, qui malebat *vocantur*, vindicat; nec reponere hic debuit, auctoritatem Ambrosii valere quidem in capitibus Christianae religionis, non vero in Latinae linguae proprietate adserenda. Nam et saepius recentioris aevi deprehenditur Iustini Latinitas, et praeter Ambrosium tralaticia haec dictio est apud Spartianum, Lampridium aliosque H. Aug. scriptores. *Rogare in consilium* ita quoque dixit Gellius XIV. 2. WOPKENS.

11. AQUAM PROTI PORRIGIT. Alter ex manu exaratis codd. Fuldensibus, *aquam manibus Proti porrigit.* MODIUS.

LOCUM CONDENDAE URBIS A SOCERO ACCEPIT. Sec. Med. *condendae urbi:* nec aliter idem MS. cap. seq. §. 3. *a quo locus acceptus condendae urbi fuerat.* ABR. GRONOV.

13. IN TANTUM ENITUERUNT. Ita Livius lib. XXII. cap. 27. *in tantum suam felicitatem virtutemque enituisse.* ABR. GRONOV.

IN CAPTIVIS AGRIS. MS. et Iuntae: *in captis agris.* Quis non probet? GRAEV. — MSS. habent, *captis.* Utrumque rectum est. Virg. *Captivaque vestis*, et *Captivas naves*, lib. V. cap. 7. FABER. — Editio Iuntina teste Graevio, *in captis agris.* At Becharii et aliorum *in Capertinis ag.* quasi nomen proprium sit. VORST. — Graevius omnino probandum putat, quod in MSto et Iunt. ed. exstat *in captis agris.* Sed merito Fabro utrumque rectum videtur. Sic etiam Tacitus Ann. XII. 32. *Colonia . . deducitur in* agros captivos. WOPKENS.

COLONIAS CONSTITUERENT. Ad coërcendos nimirum hostes. Qua causa *coloniam sedem servitutis* vocat Tacitus Agric. 16. 2. *Aequi coloniam aegre patiuntur velut arcem suis finibus a Romanis impositam.* Liv. X. 1. 7. Oppida ab Alexandro condita velut *freni domitarum gentium* erant. Curtius VII. 10. 25. Conditae ab Alexandro urbes, et *colonis repletae, res novare cupientibus obstant.* Idem X. 2. 8. BERNEC. — Sec. Med. Magl. sec. Leid. Paris. *constituerint*, ABR. GRONOV.

CAP. IV.

1. AB HIS IGITUR etc. Massiliensium instituta praeclara tradit Val. Max. II. 6. 7. et Strabo lib. IV. sub initium. Tacitus Agric. cap. 4. *locum* vocat *Graeca comitate et provinciali parcimonia*

mistum, beneque temperatum. Adde Ciceronem pro Flacco cap. 26. Bernec.

Et mansuefacta barbaria. Pr. tert. Leid. *eo mans. barbaris.* Abr. Gronov.

2. Tunc et vitem putare, tunc olivam serere consuerunt. Bechar. *olivam facere.* Vincentius: *olivam inserere.* Lipsius ad τὰ *vitem putare* adscripserat: „Imo diu post.“ Macrobius lib. II. Comment. in Somn. Scip. cap. 10. *Galli vitem vel cultum oleae, Roma iam adolescente didicerunt.* Abr. Gronov.

3. Mortuo rege Nanno (*al.* Manno) Segobrigiorum, a quo locus acceptus condendae urbis fuerat, cum regno filius Comanus successisset, affirmante regulo quodam, quandoque etc. subnectit et illam fabulam etc. Ad hunc locum Graevius, qui editionem Iuntarum habet, ita scribit: Iuntae, *adfirmat Ligur quidam.* Tam isthaec Iuntarum scriptura vera est, ut de illa dubitari non possit; alioqui esset gravissimum peccatum contra orationis puritatem; unde enim peteres casum, qui praecedere debet illud verbum *subnectit?* nam tollendum omnino punctum est. Est etiam alius error tantillulus, nam verba male collocata sunt. Scrib. *Mortuo Segobrigiorum rege Nanno.* Faber. — Quae huic verborum ordini adserendo sufficiunt, dedimus ad lib. XXII. 1. 5. Wopkens.

Affirmante regulo quodam. Forte leg. *affirmare regulus quidam.* Gronov. — Iuntae: *affirmat Ligur quidam.* Graev. — Editio Iuntina teste Graevio, *Affirmat Ligur quidam.* [Ita etiam ed. Ald. Abr. Gronov.] Et sane verbum indicativi modi hic plane necessarium est: neque aliud, hac quidem in periodo, visitur. Illud de *Ligure* perquam item verisimile est. Apparet enim ex proximis sequentibus, *Ligures* fuisse qui Massiliae insidias struxerant atque comprehensi sunt. Vorst.

Comanus. Ptolemaeus Massiliam vocat *Κομμονῶν πόλιν*, forte ab hoc rege, aut eiusdem nominis alio: Plinius tamen circa Massiliam Cenomannos habitasse in Volcis, refert: unde dubito, an in Ptolemaeo mendum sit. Bongars.

4. Subnectit et illam fabulam. Nihil ad hanc fabulam interpretes. Ea autem apud Phaedrum est lib. I. Fab. 19.

Canis parturiens cum rogasset alteram,
Ut foetum in eius tugurio deponeret etc.

Faber. — Expressit eam Phaedrus I. Fab. 19. cuius hoc initium, *Canis parturiens cum rogasset alteram.* Vorst. — Satis ostendunt haec verba, non contemnendam lectionem codicis Iuntarum in superioribus, qui habet, *affirmat Ligur quidam.* Scheff.

Canem aliquando partu gravidam locum etc. Vide Adagium, *Hospes indigenam.* Exempla sunt apud Thucydidem II. 13. 4. Livium IV. 37. 3. etc. Bernec. — Fabulam a Trogo descriptam enarrat Io. Dlugossus Histor. Polon. lib. VI. col. 645. B. unde variantes lectiones decerpimus: *pareret*, Dlug. *partum effunderet*; *iterata petisse*, Dlug. *iterum sollicitasse;* paullo post, *in eodem*

loco; *catulos*, Dlug. *teneros partus;* ad postremum, id. *at postremo;* sibi, id. *hero suo excluso vendicasse*. SCHOETTGEN.

5. QUANDOQUE DOMINOS REGIONUM FUTUROS. Magl. Thuan. Leidenses, Periz. *dominos quandoque*. ABR. GRONOV.

6. EXTRUIT. Scribe *struit*. GRONOV. — Recte Gronovium emendasse *struit*, fidem faciunt Dorv. 1. et 3. Nec minus recte cum quibusdam aliis MSS. legas *instruit*. et lib. XXIV. 2. *Insidiasque Arsinoae sorori suae* instruit. Cicero pro Cluentio cap. LXVI. *Nullum locum praetermisit, in quo non* instrueret *insidias aliquas*. Vide et Catull. Carm. XXI. 7. Sic *instruere fraudem*. Livius XXVIII. 19. *pericula*, Tacitus Ann. XIV. 11. *Struere* autem *fraudem* dixit Iustinus XXIV. 3. 3. WOPKENS. — *Struit* malebat Avus, ut apud Ovidium lib. I. Met. 198. *Cum mihi . . struxerit insidias*. Sec. Med. Magl. Bodl. sec. quint. Leid. ed. Rom. *instruit*, ut supra XXIV. 2. 1. *insidias sorori suae instruit*. ABR. GRONOV.

PLURES SCIRPEIS LATENTES. Optime Gronovius: *plures in sirpeis latentes*. *Sirpeae* enim erant cophini ex viminibus texti in plaustris. Ovidius IV. Fast. ex emendatione Salmasii:

et in plaustro sirpea lata fuit.

Nam et ibi legebatur *scirpea*. Varro IV. de R. R. *Sirpea quae virgis sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus aliudve quid evehitur*. Cato saepius utitur. GRAEV. — Qui Plautum legerunt, sciunt illi scribendum esse, *sirpeis*. Vid. Interpretes. Mox, *miserata formae*. Impressi habent, *formam*. FABER. — Editur vulgo *scirpiis*, Sed antiquiores typis expressi habent, *sirpis* aut *sirpeis*. Ipsumque *sirpeis* Gronovius et Graevius genuinum iudicant. Fuere autem sirpeae cophini ex viminibus texti in plaustris. Varro I. de Re Rust. *Ut habeas vimina, unde utendo quid facias: ut sirpeas, vallos, crates*. Est et verbum *sirpare* pro colligare, eidem Varroni non semel usurpatum. VORST. — N. Heinsius ad Ovid. Fast. VI. 680. hic et §. 9. pro *sirpeis* malebat *scirpeis*, ex melioribus, ut ait, codicibus, quibus etiam subscribunt Dorv. 1. 2. et manus prima 3. Et hoc illi facilius concesserim, quam pro *supertectos*, refragantibus libris, reponendum *superiectis*. Columella de Re Rust. IX. 14. *Et quamvis porticu protecta vasa nihilominus* congestu *culmorum et* frondium supertegemus. Nec puto, ante *scirpeis* praepositionem *in* cum nonnullis iniici necesse esse. Sic enim *latebris delitescere* dixit Livius XXXVIII. 49. *Latere templis*, Albinovanus Eleg. I. 187. *Occultare se tugurio*, Sallust. Iug. cap. XII. *Occulere se silva*, Livius XXV. 8. WOPKENS. — Coniecturam N. Heinsii ad Ovid. lib. VI. Fast. vs. 680. emendantis *superiectis* iuvat tert. Leid. in quo scriptum *supertectis*. ed. Ald. Iunt. *syrpis* atque ita §. 9. ABR. GRONOV.

7. NOCTE A PRAEDICTIS. Lege, *nocte praedicta*. GRONOV. — Favet quidam MS. in quo invisa est praep. *a* ante *praedictis*, coniecturae Gronovii, *ut quum nocte praedicta apertae* etc. Atque ita Sueton. in Claudio cap. VIII. *Ad* praedictam *coenae horam* i. e.

statutam. Livius XXIX. 33. *Loco praedicto, in quem .. convenirent*, Sallust. Iug. cap. LXXV. *Dein locum, ubi praesto forent*, praedicit. ubi non est audiendus Cortius. Sed *nocte* haud aegre intelligas esse sequente, proxima nocte: atque ita cum MS. Florentino, non abnuente etiam A. Gronovio, legi posset, *ut quum nocte a praemissis a. p. f.* quamquam stare quoque potest *a praedictis*, i. e. ab his, de quibus mentionem fecimus, quos partim aperte, partim clam in urbem missos diximus. Frontinus Strat. II. 5. 31. *Graecinum cum decem cohortibus* etc. *Et Tarquitium Priscum cum duobus millibus equitum ire iubet ad insidias tendendas pabulatoribus. Illi . . in vicina silva* nocte praedictas *copias abscondunt* etc. Velleius Pat. II. 35. *Animadvertendum in eos* quos praediximus, *censerat.* ubi bigam istam immerito deleri volebat Raphelengius, quemadmodum *ut praediximus* lib. I. 4. Quinctilianus X. 1. *Theopompus his proximus ut in historia* praedictis *minor, ita oratori magis similis.* Aur. Victor Caes. cap. VIII. *Namque milites* praedicti *postquam Othonem praedem* (forte leg. *pridem*) *praetoriis . . legionibus factum comperere* etc. Hunc igitur verbi usum satis Latinum esse, subdubitare non debuit Burmann. ad Valer. Flaccum VII. 72. Wopkens. — Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. *nocte praed.* Pr. Med. *a praemissis*, ut supra XI. 11. 6. *per praemissos subornat antistites, quid sibi responderi velit.* Virgilius lib. VI. Aeneid. vs. 23.

ni iam praemissus Achates
Adforet. Abr. Gronov.

Somno ac vino sepultam. Mutuo sumptum a Virgil. Aen. II. 265. Bernec. — Saxo lib. II. pap. 22. 12. *urbs vino sepulta deripitur.* et lib. XIV. pag. 251. 21. *sepulti somno milites.* Abr. Gronov.

8. Mulier quaedam. Saepius a mulierculis arcana coniuratorum in vulgus manare, Piccartus Observation. Dec. VII. 3. exemplis nonnullis ostendit: quibus addantur relata a Livio XXVII. 17. 9. Plutarcho in Alexandro cap. 86. et Orat. II. de Fortun. Alexandr. cap. 17. Nostro V. 2. 5, Bernec.

Quae adulterare cum Graeco adolescente solita, in amplexu iuvenis, miserata formae eius, insidias aperuit. Alii *adulterari.* ut Cicero de Offic. dixit: *adulterari turpe est.* Frequentius tamen est apud auctores illud. Iterum alii, *miserata formam eius.* quomodo Caesar de Bello Gallico I. 39. *alii cum familiaribus cummune periculum miserabantur.* et Virgilius Aen. XII. 243.

Turni sortem miserantur iniquam.

Modius. — Et auctor ipse VIII. 5. 13. et XII. 5. 4. etc. Rectius fuerit opinor *miserta formae.* ut et XV. 3. 6. Bernec. — Imitatur ut coniecerat Modius: *miserata formam eius.* Mox iidem: *insidias aperit.* Graev. — Rescripsi *formam*, ut in antiquioribus typis expressis est, et usus obtinet. qua forma vulgari sup. VIII. 5. 13. et XII. 5. 4. ipse quoque Noster usus est. Bongarsius maluit *formae*

Vorst. — Melius Dorv. 1. et 2. *miserta*, ut coniecit Berneccerus. Sic vice versa 2. 3. lib. XV. 3. *Miseratus tanti viri*, pro *misertus*. *Miserari* pro misereri, misericordia tangi, satis frequens est: sed rarius illud verbum cum genitivo construitur. Fieri tamen hoc aliquando, dandum videtur erud. Munckero ad Hygin. Fab. XCVIII. qui et nil moveri in hoc loco Iustini patitur, qui tamen alibi uti solet accusativo. Adi omnino commentat. Silii Italici XI. 381. Wopkens. — Pr. tert. Leid. Bodl. Periz. Thuan. *assolita*. Ed. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *aperit*, et cum Bechar. Med. *formam:* ut supra VIII. 5. 13. *miserantes nunc vicem suam*. XII. 5. 4. *innoxii senis filiique casum miserantes*. XXVII. 5. 8. *casum tam indignae fortunae miserantes*. et XXVIII. 4. 12. *fortunam tantae urbis miseratus*. Ita etiam V. 7. 9. *civitatium tam crudeles casus miserantium:* nec aliter in MSS. legi monuit Bongarsius in V. L. verum ipse edidit *crudelis*, idemque dant pr. Med. Magl. sec. quint. Leid. Bodl. in quibus accusativus pluralis nominum, quae in nominativo singulari in IS desinunt, per ES, non vero per IS efferri solet, ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Similiter XV. 3. 5. *miseratus tanti viri*. Ita pr. Med. Magl. quatuor Leid. Periz. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ven. Flor. aliaeque. Minucius Felix cap. 28. *nonnumquam etiam miserantes eorum, crudelius saeviebamus*. ubi vide notam paternam. Abr. Gronov.

Insidias aperuit. Nota repetitionem invenustam vocis *insidias* in his *insidias mulier prodidit, quae insidias aperuit*. Et iam praecesserat etiam *ut . . tempestive ad* insidias *adesset*. Nisi ad rei momentum magis, quam ad verba sua animum advertisset auctor, scripsisset haud dubie aliquo modo, *sed mulier quaedam regis cognata, adulterare cum Graeco adolescente solita* etc. Libris autem nolentibus, quidpiam moveri, vetant quae ad lib. II. 6. 16. et alibi notavimus. Wopkens.

9. Atque ita patefactis insidiis. Orosius lib. V. cap. 6. *patefacta Catilinae coniuratione*. Abr. Gronov.

10. Insidianti regi insidiae tenduntur. Sec. Med. *praetenduntur*. ut supra XXIX. 4. 11. *Philopoemeni Achaeorum duci insidiae praetenduntur*. Abr. Gronov.

11. Vigilias agere, stationem in muris observare. Sec. Med. et Leid. Magl. Bodl. ed. Rom. atque Vincentius, *stationes*. Ita Sallustius fragm. lib. II. Hist. *Noctu dieque stationes et vigilias tentare*. Livius lib. XXVIII. cap. 24. *et in stationes ac vigilias in ordinem ibant*. ubi tamen Avus e MSS. Gall. et Voss. profert, *in stationem*. Abr. Gronov.

Curas habere. Hoc est, curiose scrutari. Non dissimiliter *curas agere* posuit Lampridius in Al. Severo cap. 64. ubi Salmas. Bernec. — Antea dixit, *vigilias agere*, hic autem scriptum arbitror fuisse, *excubias agere*. Aliud enim excubiae, aliud vigiliae. Faber. — Explicat Berneccerus, *curiose scrutari*. At iam praecesserat *peregrinos recognoscere:* ut hoc sit supervacuum. Mihi

persuasum est, scripsisse Iustinum, *curae habere*. Notum genus loq. et usurpatum Suetonio aliisque. Infinitivi sunt pro nominibus, ut *curae habere recognitionem*, atque ita et in caeteris. SCHEFF. — Schefferus *peregrinos recognoscere curae habere*, legendum coniicit. Melius autem Faber *excubias agere:* quamvis ex usu promiscuo verborum *agere* et *habere* apud Latinos, manere possit *habere*. ut Plinius H. Nat. X. 23. Excubias habent *nocturnis temporibus*. Ingerentur ita haec *vigilias agere* et *excubias habere* ex discrimine noto harum vocum, de quo interpretes ad haec Cicer. pro Mil. cap. XXV. *Si* excubiae, *si* vigiliae, *si delecta iuventus . . contra Milonis impetus armata est* etc. Sed nihil mutari praestat, ob frequentem in re militari vocum *cura* et *curare* usum. Livius III. 6. *Affecti plerique . . ut . . vix ad quietas* stationes *viribus sufficerent. Munus* vigiliarum *senatores . . obibant: circuitio ac* cura, *aedilium plebei erat.* quod minus recte cepisse Glareanum puto. Cod. Theodosii lib. I. Tit. 31. 1. *Ita ut ad* curas *agendas et cursum ill. exeant, quos ordo militiae vocat et eius laborum adiutor.* WOPKENS. — Schefferus legit *curae habere*, adstipulante sec. Mediceo. Valerius Maximus lib. II. cap. 6. Ext. 9. *Intrare oppidum eorum* (Massiliensium) *nulli cum telo licet: praestoque est, qui id custodiae gratia acceptum exituro reddat; ut hospitia sua, quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.* ABR. GRON.

12. ADEO ILLIC etc. Confer hisce Graecos Emporiis habitantes apud Livium XXXIV. 9. 4. et seqq. BERNEC.

CAP. V.

2. CARTHAGINENSIUM QUOQUE EXERCITUS. Thucydides I. 3. 9. *Φωκαεῖς Μασσαλίαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες.* BONGARS. — Adde Herodotum I. 166. BERNEC.

3. FOEDUS SUMMA FIDE CUSTODIERUNT. *Custodire* pro servare, praestare, satis Latinum. Vide Lex. Rhodii in Largum. Sic et Graeci suum *φυλάσσειν* usurpant. Vide sis lib. nostrum de Hebraismis N. T. cap. 6. VORST.

4. MASSILIA FAMA RERUM. Octo MSS. ed. Rom. *Massilia et f. r.* ABR. GRONOV.

GLORIA VIRENTE FLORERET. Valde dubito, scripsisse sic Iustinum, et vocabula duo idem significantia iunxisse. Mallem pro *virente* scribere *nitente*, aut potius totum delere, cum suspicer ex glossa *τοῦ floreret* esse formatum. SCHEFF. — Vocem *virente* in *nitente* mutandam, aut potius delendam putat Schefferus, quod vix crederet vocabula duo idem significantia, *virente* nempe et *floreret*, iunxisse Iustinum. Mihi tali de causa haec vexanda non videntur; nec minus *ταὐτόλογον* illud Silii I. 60.

His super, aevi
Flore virens, *avet Aegates* etc.

Virens gloria pro vegeta. ut lib. XXX. 4. *Ferentesque in bellum*

lii maiorum suorum antiquam et obsoletam gloriam, alii virentem ecentibus experimentis virtutis florem. Val. Flaccus I. 76.

Tu sola animos mentemque peruris
Gloria: *te viridem videt immunemque senectae* etc.

ilius Italicus VI. 546.

Longo revirescet *in aevo*
Gloria, *dum coeli* etc. WOPKENS.

5. CATUMANDUS. Sec. Med. *Catumarandus.* Periz. *Catumandus.* ed. Rom. *Catumerandus.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. unt. *Caramandus.* ABR. GRONOV.

SPECIE TORVAE. Sec. Med. *minis t.* ABR. GRONOV.

6. UT INTRARE ILLI URBEM. Pronomen *illi* omittunt Bechar. 'en. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. ABR. GRONOV.

SIMULACRO DEAE. Quod sedens fuisse in Massilia, Strabo refert b. XIII. BONGARS.

ILLAM, QUAE RECEDERE AB OBSIDIONE IUSSISSET. Pr. Leid. neeit praepositionem. Secundus: *illamque ab obs. recedere iussisse.* 'eriz. ed. Ven. Flor. Ald. Iunt. *illumque* (Ven. Flor. *illamquè*) *reedere ab obs. iussisse.* Rom. *illumque r. ab obs. iussit.* Bechar. led. *illamque r. ab obs. iussisset.* Paris. *illam rec. ab obs. iussisse.* IBR. GRONOV.

7. TORQUE AUREO. Bodl. *torqueque aureo.* pr. quart. Leid. 'eriz. ed. Ven. Flor. *torque aurea.* Ovidius lib. I. Fast. vs. 601.

Ex uno quidam celebres, aut Torquis ademtae,
Aut Corvi titulos auxiliaris habent.

Adde notam Nob. Heinsii. Capitolinus in Maximinis cap. 3. *torque urea donatus est. Aurea torqui* etiam dixit Apuleius Florid. 12. t *aurea torques* vetus Interpres Proph. Danielis V. 29. *auream orquem* ibid. 7. et 16. ABR. GRONOV.

8. URBEM ROMANAM. Sec. Med. Magl. sec. Leid. Periz. ed. Ald. Iunt. *u. Romani.* ABR. GRONOV.

9. PUBLICO FUNERE. Indicto scilicet a senatu iustitio publicoque luctu. De hoc honoris genere vide Kirchman. fun. Rom. I. 4. BERNEC. — Existimo Iustinum scripsisse, *publico luctu*, non, *publico funere.* FABER.

10. IMMUNITAS. Scilicet a tributis et vectigalibus. Apud Suetonium in Aug. cap. 40. Augustus Liviae pro quodam tributario Gallo roganti, *civitatem negavit, immunitatem obtulit*, puta ne posthac esset tributarius. Quales an Romanis Massilienses antea fuerint, haud ab re dubites: quippe socia civitas et amica: quam Caesar et secuti Principes etiam post graves offensas liberam conservarunt, teste Strabone lib. IV. pag. 125. 40. Vide tamen immunitatis libertatisque discrimen apud Livium XLV. 26. 11. 12. 13. BERNEC.

LOCUS SPECTACULORUM. Cornelius Fronto de Different. vocum: Spectacula *loca sunt, unde spectamus.* Confer Lipsium ad Tacitum lib. XIII. Annal. cap. 54. ABR. GRONOV.

IN SENATU. Sic ait alibi Suetonius, *in equite spectare*, hoc

est, *inter equites.* ut hic *in senatu*, id est, *inter senatores.* Vide Lipsium ad lib. XIII. Annal. Taciti. Modius. — Eadem phrasi sic usus Suetonius Claud. 25. 16. dicit, Armenios *sedisse in senatu*, hoc est, ut ibidem explicatur, *in Orchestra*, seu loco ad theatri radices scenae proximo, ex quo Senatores spectabant. Ita *spectare in Equite* dixit Suetonius Domit. 8. 7. hoc est, in equestribus subselliis, seu Equitum cuneis. Iungit Tertullianus in lib. de Spectaculis; *arceri senatu et equite*, hoc est, honestioribus theatri locis: de quibus omnino videndi, Lipsius Amphith. cap. 14. et P. Faber Semest. II. 6. Bernec.

11. Vocontiis. Vulgo inepte, *a Volscis:* cui lectioni Volcae Galliae ad Rhodanum populi, causam dederunt. *Vocontii* sunt in Gallia Narbonensi, qui in Ptolemaeo mendose *Οὐοκόνδιοι*, pro *Οὐοκόντιοι*. Est et *Massilia* eiusdem Narbonensis Galliae civitas. Inde occasionem sumpsit Trogus originem suam edisserendi. Bongars. — Plinius III. 4. fin. et VII. 18. Vocontios *foederatam* Romanis *gentem* appellat. Bernec.

12. Legationum. Legationes suscipere, et ad Principem admittere, sub citerioribus Principibus fuisse munus Magistri officiorum, interdum Magistri epistolarum, observavit auctor Notitiae utriusque Imperii. Apud Persas id muneris gessit chiliarchus seu tribunus militum, qui secundum imperii gradum tenebat: Probus in Conone, et Aelianus Var. I. 21. In Aegypto, Nicanorem excipiendis Legatis a Ptolemaeo praepositum scribit Iosephus Antiq. XII. 2. m. Bernec.

Anuli curam. Quam etiam ab Imp. Augusto Maecenati atque Agrippae, et Muciano a Vespasiano commissam, ex Dione et eius epitomatore docet V. C. Ioannes Kirchmannus de Anulis cap. 6. Bernec.

Epistolarumque et legationum, simul et anuli curam habuisse. Saxo lib. XIV. pag. 252. 25. *qui et epistolarum et anuli curam habebat.* Bodl. ed. Bechar. Med. *epularumque.* Tert. Leid. *epistolarumque simul et legationum et anuli c. h.* quintus: *epistolarumque ac diviciarum, legationum simul et anuli c. h.* Ald. Iunt. *epistolarumque ac divitiarum, legationum simul, et annuli curam habuisse.* Abr. Gronov. — Sunt qui Latinius *curam agere*, quam *curam habere*, dici putent. Sic *agere* rescribendum putabat Burm. in his Quinctiliani V. 6. *Qui deos* habere curam *rerum humanarum negarent.* et Heinsius quinque libros male exhibere putat Ovidii Epist. XVI. 302.

Curam *pro nobis hospitis uxor* habe.

Verum ita quoque *amoris mansuri curam habere*, dixit idem poeta de A. Am. II. 242. *Et gentis Ausoniae curam habere*, Trist. V. 2. 48. Suetonius in Nerone cap. XLIV. *Primam* curam habuit *deligendi vehicula.* Sallust. Iug. cap. XXXI. 16. *Quod si tam libertatis* curam haberetis, *quam* etc. Livius XXV. 31. *Sepulturaeque* curam habitam. lib. XXVI. 47. *Quorum perinde . .* cura habita. lib. XXVIII. 11. *Ut in agros reducendae plebis* curam haberent.

lib. XXIX. 21. *Primam . . religionis* curam habuere. lib. XLII. 32. *Delectus consules multo intentiorem, quam alias*, curam habuere. Wopkens.

COMMENTAR. IN LIB. XLIV.

CAP. I.

1. Hispania. Confer Strabonem lib. III. Melam II. 6. Plinium III. 1. Solinum cap. 26. Vide et Curtium Rufum X. 1. 18. *Iberiam* quidam ab *Ibero* dictam putant, Herculis filio, fratre Celti: Eustathius in Dionysium. Bongars.

Finis futura est. Sic Tacitus Hist. I. 1. Initium *mihi operis Serg.* Galba *iterum*, *et T.* Vinius *consules erunt*. Wopkens.

2. Ibero amne primum Iberiam. Sec. Med. Magl. tert. quart. quint. Leid. Periz. *Hibero* et *Hiberiam*. Ferretius Mus. Lapid. II. 8. NOBILE. FLVMEN. HIBERVS. Vincentius lib. II. cap. 75. *Hispania prius ab Hibero amne Hiberia nuncupata*. Abr. Gronov.

3. Haec inter Africam et Galliam posita, Oceani freto. Improprie loquitur *inter Africam et Galliam*. Sed de Sardinia id verius. Caeterum *Oceano* legendum puto, ac distinguendum post *Oceano*, ut tres terminos faciat Hispaniae, a septentrione ac occasu Oceanum, a meridie Fretum Herculeum, et ab ortu Pyrenaeos montes, comprehendens Ibericum mare in verbo *Freto*. Glarean. — Vox *Oceani* abest pr. Leid. Abr. Gronov.

Fertilior. Fertilitas Hispaniae commendatur etiam a Plinio, Diodoro, Strabone, Solino, Mela: sed nimirum *quacunque ambitur mari*, ut ait Plinius XXXVII. 13. fin. qui quidem Baeticam ceteris Hispaniae partibus anteponit. Nam qua spectat Arctum, aspera est et sterilis: adeo ut quidam existiment, a D. Paulo Rom. XV. 24. et locis aliis supra XII. 13. 1. citatis, *Σπανίαν* vocari *διὰ τὸ σπάνιον τῶν ἐπιτηδείων*, ob rerum ad vitam sustentandam necessariarum indigentiam. Unde *durae tellus Iberiae* dicitur Horatio IV. Ode 14. Cur autem hodie tantum videatur a prisca fertilitate degeneravisse, rationem reddit Ludov. Nonius in Hisp. cap. 5. fin. Bernec.

4. Tempestivis imbribus. Apuleius de Mundo pag. 71. ed. Elmenh. *Hinc tempestivi imbres, et spiritus infoecundi.* et Apolog. pag. 289. *Ad tempestivum imbrem agellum exarabat*. Lucret. II. 877. et 923. *Intempestivi imbres*. Levitic. 26. 18. ὑετὸς ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Deuteronom. II. 14. ὑετὸς καθ᾽ ὥραν πρώϊμος καὶ ὄψιμος. Neque aliter D. Iacob. Ep. 5. 2. Hesiod. Ἔργ. 410. ὥριος ὄμβρος. Athenaeus XIV. Deipnos. 20. ὡραῖα ὕδατα. Gronov.

In omnia frugum genera fecunda est. Bodl. *in omni fr. genere*. Abr. Gronov.

CUNCTARUM RERUM ABUNDANTIAM SUFFICIAT. Sec. Med. *abundantia adsufficiat.* ABR. GRONOV.

MATERIA PRAECIPUA EST. Hoc *praecipua* quem sensum habeat, non intelligo hoc quidem loco. Putem potius, Iustinum pro eo scripsisse *preciosa.* Vix tamen quid mutandum; nam similiter cap. seq. 3. 8. SCHEFF. — Hoc *praecipua* quem sensum habeat hoc loco, non intelligere se fatetur Schefferus: unde mallet rescribi *pretiosa*, nisi rursum haberemus cap. 3. Praecipua *his quidem ferri materia.* Sed utrobique *praecipua* valet potissima, singularis virtutis. Rursus hoc cap. 1. *Eventilato terrestri spiritu*, praecipua *hominibus sanitas redditur.* Vulg. Interpr. Esther I. 7. *Vinum quoque . . abundans et* praecipuum *ponebatur.* Vellei. II. 94. Praecipuis *omnium virtutum experimentis in eo tractu editis.* et cap. 121. *Quem mihi fratrique meo inter* praecipuos praecipuisque *donis adornatos viros comitari contigit.* Sic Nepos aliique. WOPKENS.

EQUORUM PERNICES GREGES. Vide Symmachum IX. Epist. 23. ubi plura Iuretus. BERNEC.

6. NEC SUMMA TANTUM TERRAE LAUDANDA BONA. Scribe, *nec summae tantum terrae laudanda bona. Summae terrae bona* sunt quae nascuntur in terrae superficie, ut oleum, vinum, frumentum, fruges, atque opponuntur metallis, quae in mediis terrae visceribus abdita latent. Seneca IV. de Benef. 6. *Latentium divitiarum in summa terra signa disposuit.* et Ep. 90. *Cum incendio silvarum adusta tellus, in summo venas iacentes liquefacta fudisset.* Varro de Re R. I. 29. *Seminaria omne genus ut serantur. Putari in primis, circum vites ablaqueari, radices quae in summa terra sunt, praecidi.* Plinius XXI. 2. *Abrotono radix una, et alte descendens ceteris in summa terra leviter haerens.* Strabo III. pag. 147. *Τὸν δὲ καττίτερον οὐκ ἐπ' ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαί φησιν, ἀλλ' ὀρύττεσθαι.* GRONOV. — Melius in MSS. *Sed nec summa* etc. Multo elegantius quam in vulgatis. Istud autem *bona* posset deleri, et delendum reor. *Summa terrae*, ut *ardua montium*, *strata viarum*, *plana camporum* etc. FABER. — Gronovius scribendum praecipit: *nec summae tantum terrae laudanda bona*, quae in summitate terrae proveniunt, quibus opponuntur *abstrusorum metallorum latentes venae.* GRAEV. — Placet coniectura Gronovii, pro *summa* legendum esse *summae. Summa terra* dicitur pro, summa pars terrae: ut *ultima platea* apud Terentium pro, ultima pars plateae: et *postremus liber* a Nostro XLIII. 5. 11. pro, postrema pars libri; et infinita id genus alia. VORST. — Gronovius, *summae tantum terrae*, quod accipiunt viri docti. SCHEFF.

VERUM ET ABSTRUSORUM METALLORUM FELICES DIVITIAE. Auctor lib. I. Maccab. VIII. 3. *καὶ ὅσα ἐποίησαν (οἱ Ῥωμαῖοι) ἐν χώρᾳ Ἰσπανίας, τοῦ καταχρατῆσαι τῶν μετάλλων τοῦ ἀργυρίου καὶ χρυσίου τοῦ ἐκεῖ.* ABR. GRONOV.

LINI SPARTIQUE VIS. De sparto Plin. XIX. 2. Agellius XVII. 3.

Herbam Ibericam dixit aliquis apud Quintilian. VIII. 2. 2. a Cassio Severo propterea irrisus. BERNEC.

7. SED LENES, ET VINEIS CAMPISQUE INRIGUI. Sec. Med. *et vicinis campis i.* ABR. GRONOV.

AESTUARIISQUE OCEANI. Pro *que* sec. quart. quint. Leid. Thuan. dant *quoque*. ABR. GRONOV.

AURO, QUOD IN PALUDIBUS VEHUNT. Quae, malum, istae paludes, in quibus aurum vehitur? Legendum, si quid divinare scio: *quod in balucibus vehunt*. *Balux* est, quae Straboni (lib. III. pag. 100. 54. ubi de Hispania) *χρυσῖτις ἄμμος*, nobis *Goldsand*. Plinius XXXIII. 4. m. de auro et Hispanis: *idem quod minutum est, balucem vocant*. Minuta igitur ramenta *baluces* vel *balucae*. Glossae: *χρυσάμμος, baluca*. Graecum est *βάλλιξ*, Latine *ballux:* ut *Βρέττιοι*, *Brutii: Βρένδεσιον*, *Brundusium: Σικελὸς*, *Siculus*. Hesychius: *βάλλικα, ψῆφον*. Minutus igitur auri calculus, *balux*. Haec Salmasius ad Solinum pag. 277. A. 1. *Palluca* dicitur *χρυσάμμος*. Pollux *τὴν χρυσῖδα ψάμμον* vocat arenam auream. Vet. Gloss. *Palluca ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσώδης*. terra non conflata, aut aurea. *χήδιον χρυσοῦ ἀκαθάριστον*, glebula auri non purgata. Libra obrusae 12 unciis constat: libra bellucae 14. quia multum imminuitur inter purgandum, cum fornacibus excoquitur. Haec Bulengerus de Imperat. pag. 420. m. BERNEC. — Nihil verius Salmasiana emendatione: *quod in balucibus vehunt*. Vide Exercitationes Plinianas. Tale est quod nunc ex Guinea in Europam adfertur aurum. GRAEV. — Emendavit hunc locum Salmasius sic, *quod in balucibus vehunt*. Splendida correctio est, ac tanto viro digna, quam hausit Bernecce-rus ex Plinianis observationibus ad Solinum. Est autem *balux*, sive *baluca* (nam utrumque dicitur) est, inquam, arena, seu terra, seu gleba, auraria, id est, ex qua aurum excoquitur. FABER. — Quis dubitet legendum esse, ut Salmasius coniecit, *in balucibus*, id est, in minutis ramentis, in minutis calculis. VORST. — Haec in sec. quint. Leid. desiderantur. Tertius, *quod a paludibus vehunt*. quartus, *quod in paludibus evehunt*. Pontanus edidit, *quod in calubibus vehunt*, Salmasius legit, *quod in balucibus vehunt*. ABR. GRONOV.

9. QUADRATA. Hispaniam *trigonam* imperite faciunt Aethicus in Cosm. et Orosius 1. 2. sed Strabo, Mela, Ptolemaeus, et alii, comparant eam *corio bubulo* extenso: cuius partes ad collum pertinentes in adhaerentem ipsi Galliam porriguntur: inde dilatatur ad brachia, ab Nova Carthagine usque ad Cantabros: crura a freto Herculeo usque in Gallaeciam et mare Britannicum: ultimum corii, ad modum caudae, promontorium Sacrum, hodie *S. Vincentii*, quod in Oceanum Atlanticum extenditur. BERNEC.

SEXCENTA MILLIA PASSUUM. Quae sunt stadia 4300. Strabo lib. III. pag. 111. 46. Tarracone ad Pampelonem ipsamque Oceani oram, stadia numerat 2400 tantum. At vero Diodorus IV. 85. Pyrenaeos ait in longitudinem stadia fere 3000 extendi. BERNEC. —

Puta, spatium. At hoc per tautologiam dicetur, *spatium montis efficit spatium tot passuum.* Quanto igitur rectius in MSS. Bongarsianis legitur *DC. M. passus*, id est, *sexcenties mille passus?* Vitium ex eo, quod litteras numerales alius hoc, alius alio modo explicavit ex librariis. SCHEFF. — Sec. tert. quart. quint. Leid. Periz. *passus.* ABR. GRONOV.

10. PALUDIUM. Pr. sec. tert. Leid. Periz. Bodl. *paludum.* ABR. GRONOV.

UNDIQUE VERSUS etc. Vulgati et duo MSS. *undique adversus assidui.* Malim *undique adversi et assidui flatus.* BONGARS. — Val. Acidalius in Velleianis lectionibus, sub finem, pro *undique versus*, addita copula reponit Apuleianum, *et undique secus*, id est, ab omnibus partibus. Lego tamen *undique versum* etiam apud Apuleium lib. IV. Metam. et Apolog. nec video cur damnandum sit. BERNEC. — Et impressi et MSS. habent *undique adversi*, quod videtur melius. Sunt autem *undique adversi*, qui undecunque veniant, habent flatus alios sibi adversos. Cuius rei causa, quia undique mari cincta Hispania excepto eo latere, quo Galliae adhaeret. Cum ergo flatus surgant e mari, fit, ut qui ab hoc oriuntur latere, spirent contra eos, qui surgunt a latere opposito. SCHEFF. — *Τὰ undique versus* adversus Acidalium merito tuentur Bernecccerus ad h. l. et Avus lib. I. Obs. cap. 7. pag. 66. Gellius lib. VII. cap. 16. *hae undique versum indagines cupediarum.* et XII. 13. pag. 370. *Quum vero* (Oceanus) *omnes terras omnifariam et undique versum circumfluat.* ABR. GRONOV.

CAP. II.

1. ANIMI AD MORTEM PARATI. Silius Ital. I. 225. de Hispanis:

Prodiga gens animae, et properare facillima mortem.
Namque ubi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens aevi spernit novisse senectam,
Et fati modus in dextra est. BERNEC.

ET ADSTRICTA PARSIMONIA. Ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *et stricta.* ABR. GRONOV.

2. SI EXTRANEUS etc. *Nulla magna civitas* (nec ulla bellicosa natio) *diu quiescere potest. Si foris hostem non habeat, domi inveniet.* Livius XXX. 44. 6. Quo consilio etiamnum apud Hispanos foris arma, domi quies. BERNEC.

3. FORTIOR TACITURNITATIS etc. Scribe, *Potior taciturnitatis cura.* GRONOV. — Gronovius scribit, *adeo illis potior taciturnitatis* etc. Adstipulantur plane MSti Bodleianus ac Dorv. 1. et 3. Nec dubium, quin sic eleganter scripsisset Noster, et minore sane cum ambiguitate; quoniam altera lectio valere potest, adeo apud illos cura taciturnitatis vitae curam superat, vel adeo difficilius cura illorum taciturnitatis, quam vitae, superatur, vel (uti libentius ceperim) adeo intentius taciturnitatem, quam vitam curant. Nec tamen hoc sensu

fortiorem curam plane hic damnaverim. sic lib. XXXIV. 2. *Omnibus strenue provisis, pugnandi copiam hostibus fecit.* Ammianus XIX. 12. *Et inquisitum in haec negotia* fortius, *nemo qui quidem recte sapiat.* quomodo Graeci ἰσχυρῶς ἀναζητεῖν. Idem lib. XXVIII. 2. *Vicit tamen imperatoris* vehementior cura *et morigeri militis labor* etc. Virgilius Aeneidos IX. 311.

Nec non et pulcher Iulus
Ante annos animumque gerens curamque virilem,
Multa patri portanda dabat mandata.

Claudianus de VI. Cons. Honorii 230.

Occulto tentabat tramite montes,
Si qua per scopulos subitas exquirere posset
In Rhaetos Gallosque vias: sed fortior *obstat*
Cura *ducis: quis enim divinum fallere pectus*
Posset, et excubiis vigilantia lumina regni?

Xenophon Cyropaed. VI. pag. 164. ὥστε ἀθρόοι ἐπορεύοντο, ἐπεμελοῦντό τε ἰσχυρῶς ἕκαστος τῶν ἑαυτοῦ, ὡς μὴ ὑπολείποιντο. *Itaque certatim faciebant iter, et vehementer in hoc intentus erat quilibet, ne qui suorum a tergo relinquerentur.* Wopkens. — Sec. Med. duo Leid. Bodl. Periz. ed. Rom. *adeo illis potior:* atque ita ex coniectura legit Avus. Livius lib. XLII. cap. 47. *Vicit pars senatus, cui potior utilis quam honesti cura erat.* Abr. Gronov.

4. Celebratur etiam. Vide Livium XXI. 2. 6. Valerium Maximum III. 3. fin. Bongars. — Exemplum Hisp. constantiae in tormentis habet etiam Tacitus Annal. IV. 45. Strabo lib. III. pag. 114. 25. Adde supr. II. 9. 4. et Plinium VII. 23. Senec. Epist. 47. 4. Bernec. — Sec. Leid. Bodl. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Ald. Iunt. *celebratur eadem etiam.* Abr. Gronov.

5. Inquies animus. De hoc adiectivo egit Avus Observ. in Script. Eccles. cap. 16. pag. 278. et Wasseus in Indice Sallustii. Periz. *ingens animus.* Thuan. tert. quart. Leid. Cantabr. Coll. C. C. *inquietus animus.* Abr. Gronov.

Et arma sanguine ipsorum cariora. Livius XXXIV. 17. 6. Hispanos plerosque sibi manus attulisse refert ob adempta arma. *ferox gens*, inquit, *nullam vitam rati sine armis esse.* Bongars. — Silius Ital. III. 330.

Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis
Lucis causa sita, et damnatum vivere paci.

Adde notata supr. ad XXXIII. 2. 3. et 4. Bernec.

6. Nullus in festos dies epularum apparatus. Plinius XVI. 3. scribit, eos aevo suo *glandem in secundis mensis habuisse.* Quin ex glandium farina etiam panem confecisse docet Strabo lib. III. Quamvis ditissimi aquam bibebant, ut videre est apud Athenaeum II. 6. Bernec. — Thuan. pr. tert. quart. Leid. *nullus in festis diebus;* et primus, *epulorum.* Bechar. *nullus nisi festis diebus ep. ap.* Abr. Gronov.

Aqua calida lavari. Id quod iam olim deliciarum nomine

taxatum apparet ex Homeri Odyss. VIII. 248. et illo Hermippi Comici veteris:

Μὰ Δί' οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
Τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτρεῖν· ἃ σὺ ποιεῖς.
Sed inebriari non decet virum probum,
Calida aut lavari: quae facere tamen soles.

Sane Bunduica (quae Tacito Bondicea) regina Britannica, in oratione ad exercitum, *Romanos nec viros*, ait, *appellandos, quod calida laventur.* Dionis abbreviator in Nerone pag. 172. f. Quod Germanis excusatius est, *ut apud quos plurimum hiems occupat.* Tacit. Germ. cap. 22. Qui idem inter *delinimenta vitiorum*, quibus Romani Britannos denique iugi patientiores reddidere, *balnea* quoque numerat in Agr. cap. 21. Fortissimos Spartanos, *psychrolutas* (Senecae verbo) facit Plutarchus in Alcibiade cap. 40. Bernec.

7. In tanta seculorum serie. *Ἐπίθετοι γὰρ καὶ λῃστρικοὶ ἐγένοντο τοῖς βίοις, τὰ μικρὰ τολμῶντες, μεγάλοις δὲ οὐκ ἐπιλαβόμενοι* etc. Strabo lib. III. pag. 109. 7. Bongars.

Viriatum. Ita hoc nomen etiam scribitur apud Florum II. 17. 15. Valerium Maximum VI. 4. 2. IX. 6. 4. Eutropium lib. IV. cap. 7. et Orosium lib. V. cap. 4. tam in codicibus MSS. quam in vetustis editionibus. Fabricius inscriptionem secutus, edidit *Viriathus*. *Οὐϊρίαθος* hic dux Hispanorum dicitur Dioni in Excerptis Constantini Porphyr. pag. 614. et *Οὐρίαθος* Appiano de Bello Hisp. pag. 490. ubi ait: *ὁ δ' Οὐρίαθος ἐν λοχμαῖς ἐνέδραν ἐπικρύψας ἔφυγε μέχρι τὰς λοχμὰς, ὑπερελθόντος τοῦ Οὐετιλίου, αὐτός τε ἐπεστρέφετο, καὶ οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀνεπήδων.* Ita MS. Mediceus. Vulgo absunt *ἐνέδραν ἐπικρ. ἔφ. μέχρι τὰς λοχμάς.* Diodoro in iisdem Excerptis pag. 350. 361. *Οὐρίατθος*, et pag. 346. *Οὐϊρίατθος*. Confer Cl. Drakenborchium ad Silium lib. III. vs. 220. Abr. Gronov.

Annis decem. Cum Viriatho bellum gestum annos quatuordecim, Florus II. 17. 25. et Orosius V. 4. scribunt. Bongars. — Vide omnino Lipsium Not. 172. ad lib. II. Vell. Paterc. Bernec.

Adeo feris propiora. Haec in parenthesi vulgo ponunt, sine causa, ut opinor, et fortasse, quia mentem auctoris haud percipiebant. Continent enim rationem, ob quam nullos duces magnos habuerint, videlicet, quia ducibus aliquibus detrectaverint parere, ferarum instar, quae et ipsae duces agnoscunt nullos, sed suo arbitratu per se vagantur. Itaque subiungitur, ne Viriatum quidem secutos, ut ducem, et a se electum, ut ipsi pareant, ceu superiori, verum quia ostendebat rationes effugiendi periculi. Debet itaque sic distingui totus locus: *qui annis decem Romanos varia victoria fatigavit: adeo feris propiora quam hominibus ingenia gerunt. Quem ipsum non* etc. Scheff.

Quam hominibus, ingenia gerunt. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *quam hominibus ingenia sunt.* Praestat vulgatum. Terentius Hecyr. III. 1. *Quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.* ubi Donatus: *Infirmum gerunt ἐσχηματισμένως, ἀντὶ τοῦ*

infirmus est. Cicero Parad. V. 2. *gere animum laude dignum.* Seneca Hippol. vs. 573.

ante ab extremo sinu
Hesperia Tethys lucidum attollet diem;
Et ora damis blanda praebebunt lupi;
Quam victus animum feminae mitem geram. Abr. Gron.

Quem... ut cavendi scientem, declinandorumque periculorum peritum, secuti sunt. Dio d. l. λῃστής τε γὰρ ἐκ ποιμένος, καὶ μετὰ τοῦτο καὶ στρατηγός· ἐπεφύκει γὰρ καὶ ἤσκητο τάχιστος μὲν διῶξαί τε καὶ φυγεῖν, ἰσχυρότατος δὲ ἐν σταδίᾳ μάχῃ εἶναι. Abr. Gronov.

8. Non vestis cultum. Talis Otho apud Tacitum Hist. II. 11. 8. talis Carinus, seu potius Carus, apud Synesium Orat. de Regno pag. 13. Bernec. — *Armorum cultum* dixit, ut Curtius IX. 10. Arma *quoque ad pristinum refecta sunt* cultum. Nec sane ratio erat, cur Heinsius in Advers. II. 11. quia in ipsius MSS. erat *armis*, legendum putaret, *non arma is*, *non vestis cultum* etc. praesertim cum pronomen *is* plane hic sit invenustum. Nec probare debuit, *gestis* post *rebus* iisdem in codicibus omissum esse. Wopkens.

Quo primum bellare coepit, perseveraverit. Periz. *quo bellare primum coeperat*, *perseverarit.* Abr. Gronov.

Ipso imperatore opulentior. Ed. Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. *ipso imperatore etiam op.* Abr. Gronov.

CAP. III.

1. In Lusitanis. *Rem incredibilem* dicit Varro, *sed veram* lib. II. de Re Rustica cap. 5. et Columella lib. VI. 27. et Plin. VIII. cap. 42. Vide et Maronem Georg. III. 273. Bongars. — Adde citatos et comprobatos a Lud. Carrione Emendat. I. 17. et II. 4. Franciscus tamen Fernandius de Cordova, Hispanus, illam narrationem de equabus Hispanicis vento concipientibus, esse commentitiam, et auctoritate, et ratione, et experientia docet in Didascalia multiplici cap. 43. in quam sententiam concedit et Ioh. Wouwerius Polymath. cap. II. pr. Bernec.

Quae fabulae ex equarum foecunditate et gregum multitudine natae sunt. Imo rem ita se habere, neque fabulosum hoc esse tradunt praeter Varronem, Virgilium, Plinium et Columellam etiam Silius Italicus, cui ut Hispanici generis homini maxime hic fides adhibenda videtur, his versibus:

mirabile dictu,
Nullus erat pater, ad Zephyri nova flamina campis
Vettonum eductum genitrix effuderat Harpe.

et Solinus, qui inquit: *Tagum ob harenas auriferas ceteris amnibus praetulerunt: in proximis Ulyssiponis equae lasciviunt mira foecunditate. nam spirante vento Favonio concipiunt, et sitientes viros aurarum spiritu maritantur.* Item alibi: *Edunt equae ex ventis*

conceptos: sed hi numquam triennium aevum trahunt. Martianus Capella de Ulyssipone agens: *In eius*, inquit, *confinio equarum fetura ventis maritantibus inolescit.* quod autem ait: *numquam triennium aevum trahunt*, adfirmat etiam Columella. *Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniae, qui procurrit in occidentem iuxta Oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, foetumque educasse; qui tamen inutilis est: quod triennio, priusquam adolescat, morte absumitur.* adfirmat, inquam, Columella: sed non etiam Silius idem, cuius sunt isti versus:

At Vettonum alas Balarus probat aequore aperto.
Hinc adeo, cum ver placidum flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos grex prostat equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura.
Sed non multa dies generi: properatque senectus:
Septimaque his stabulis longissima ducitur aestas.

Ecce, septem annos illis dat, quibus alii vix tres: nisi quis audacior censeat etiam hic reponendum:

Tertiaque his stabulis longissima ducitur aestas.

quod mihi tamen non persuadebit. Modius. — Magl. sec. Leid. MS. Bongars. ed. Ald. Iunt. *quae fabula nata est.* Abr. Gronov.

In Gallaecia. Ita scribendum; non ut vulgo, *Gallecia.* Ulitius in Notis ad Gratium mallet *Callaecia.* Sed literae G et C, ut eiusdem instrumenti, facile permutantur. Vorst. — Nob. Ulitius ad Nemesianum vs. 253. legit *in Calluecia.* Ald. Iunt. *in Gallecia.* Bechar. Mediol. *in Gallitia*, et paullo post: *Callaetiam* et *Callaetiae.* Orosius lib. VI. cap. 21. *Cantabri et Astures Galleciae portio sunt.* ubi unus ex Florentinis dat *Callatiae.* ibid. *ulteriores Galleciae partes.* Optimus Flor. *Calletiae.* Abr. Gronov.

2. Galleci autem Graecam sibi originem asserunt. Hoc non puto verum. Sed ut apud veteres Celtiberi ex Celtis Galleci erant, arrepta ad Iberum fluvium habitatione, et posterioribus temporibus Portugallia: ita Gallecos ex eadem Gallia fuisse, ac venisse in Hispaniam non est apud me dubium. Eos tum Ptolemaeus et Strabo *Callaicos* nominasse videntur. Et Ptolemaeus eos duplices facit, et ad utrumque Oceanum septentrionalem ac occiduum posuit. Regionem eam hanc putant *Galliciam* vocari. Multa in hoc libro ὑπερβολικῶς quibusdam dicta videntur: ut quod Hispaniae, Italiae urbique Romae cunctarum rerum abundantiam suppetat, et adeo auro dives sit, ut etiam aratro frequenter glebas aureas excindant: quae longe aliter hodie narrantur. Ego veras Hispanorum hodie laudes puto a sobrietate, a patientia, ab indefesso labore, a studio in Christianam religionem, cuius gentis auspicio totus Oceanus occiduus ac Indicus lustratus est, ac infinita gens ad Christianam fidem pervenit. Glarean.

Gallaeci. A quibus devictis Decimus Brutus *Gallaecus* dictus. Hi Straboni lib. III. pag. 115. 24. sunt *Καλλαϊκοί*, et pag. 105. 3. Brutus *Καλλαϊκός*. Idem pag. 108. 30. non ipsum Teucrum ibi con-

edisse., sed *τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινάς.* De *Amphilochis* lege eundem. Bongars.

Salaminam. Iuntae: *Salamina.* Graev. — Cl. Wopkensius ad II. 5. 9. legit, *urbem ex nomine.* Aliquot MSS. ed. Bechar. Ald. Iunt. *Salamina.* Vide supra ad II. 7. 7. De Teucro idem refert Scholiastes Aeschyli Pers. vs. 396. *Σαλαμῖνα τὴν ἐν Κύπρῳ φησίν· ἧς ἡ μητρόπολις ἡ ἐν τῇ Ἀττικῇ δηλαδὴ, ἡμῖν αἰτία ἐστὶ τῶνδε τῶν στεναγμάτων. Ἄποικοι γάρ εἰσιν οἱ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίνιοι τῶν ἐν Ἀττικῇ. Φασὶ γὰρ ὅτι τοῦ Αἴαντος αὐτόχειρος γεγονότος,* (MS. Leid. *αὐτόχειρος σφαγέντος ἐν Τροΐᾳ*) *ὁ Τεῦκρος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς ἐν τῇ Σαλαμῖνι τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀπελθὼν,* (MS. Leid. *κατελθὼν*) *οὐκ ἐδέχθη τῷ πατρὶ αὐτῶν Τελαμῶνι, ἀλλ' ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς Σαλαμῖνος, ὡς μὴ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἴαντα κωλύσας σφαγισθησόμενον ὑφ' αὐτοῦ. κατελθὼν οὖν ἐν τῇ Κύπρῳ ἀνεδείματο πόλιν, καὶ ταύτην καλέσας Σαλαμῖνα ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν Ἀττικῇ.* MS. Leid. *ἐδείματο π. καὶ ἐκάλεσε ταύτην Σαλαμῖνα ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν Ἀττικῇ Σαλαμῖνος.* Abr. Gronov.

3. Eurysace Aiacis filio. Ex Tecmessa. Historia Troiana in Catalogo MSS. Bibliothecae Uffenbachianae tom. I. cap. 32. pag. 679. *Αἴας ληΐζεται Θράκην, κἀκεῖθεν αἰχμάλωτον ἄγει τὴν Τελμήσσην* (lege *τὴν Τέκμησσαν*) . . . *καὶ τὸν Εὐρυσάκην ἐκ ταύτης γεννᾷ.* Sophocles Aiace flagell. vs. 331. *Τέκμησσα, δεινὰ, παῖ Τελεύταντος, λέγεις Ἡμῖν.* Abr. Gronov.

Carthago nova. Silius Italicus III. 368.

Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.

Quem versum cum historica veritate pugnare demonstrat Lud. Nonius Hispan. cap. 66. Bernec.

4. Gallaeciae autem portio Amphilochi dicuntur. Ex analogia dicendum fuerat *G. a. portio dicitur Amphilochi:* sed saepius ita contra analogiam numerus, genus aut casus voci proximae accommodatur, ut vidimus lib. XIII. 8. 2. et lib. XXVII. 2. 2. Livius I. 3. *Ab eo coloniae aliquot deductae Prisci Latini* appellati. lib. XLII. 51. Summa *totius exercitus triginta novem millia peditum* erant, *quatuor equorum.* Livius XXVII. 35. *Cui* Bruttii *provincia* evenisset. lib. I. 1. Gens *universa Veneti* appellati. Sallust. Iug. cap. XVIII. 11. *Ea* loca, *quae proxime Carthaginem Numidia* appellatur. cum nota Cortii. Cicero pro L. Manilia cap. V. Corinthum *patres vestri, totius Graeciae lumen,* exstinctum *esse voluerunt.* ubi merito negliguntur MSS. quidam, qui *exstinctam* repraesentant. Lactantius V. 6. *Et paulatim male vivendi* consuetudo *mos* factus *est.* lib. III. 19. *Quasi . . idem ipse* Plato *esset, ac non ipsum illud, quod* natum *esset.* ubi vix esse putem, ut cum MSS. malimus *natus.* lib. IV. 20. Ea *vero quae post resurrectionem eius scripta sunt, novum testamentum* nominatur. quod merito vindicat erud. Bunemannus. Nec sollicitanda cum viris doctis videntur sequentia. Cicero de Leg. I. 7. *Ut iam universus hic* mundus *una*

civitas . . sit existimanda. et orat. ad Quir. post Red. cap. VI. *Eu remp. habuistis, ut aeque* me *atque illam* restituendam putaret Terent. Phorm. I. 2. 44. *Nunquam . .* paupertas *mihi onus* visum *et miserum et grave.* Quinctilian. V. 9. *Unde Spurii Melii, Marcique Manlii popularitas signum adfectati regni est* existimatum. Adde quae notavimus ad Hygin. Fab. CLIII. et Min. Felic. cap. XXXIV. In Graecis hanc quoque formam frequentem esse, observavit Cel. Dorvillius ad haec Charitonis Aphrod. VII. 2. *Τύριοι δὲ φύσει γένος ἐστὶ μαχιμώτατον.* WOPKENS.

AMPHILOCHI. De his lege Strabonem lib. III. pag. 108. 38 BONGARS.

TUM ET MINIO, QUOD ETIAM. Minius amnis, Plinius IV. 20 qui et *Βαῖνις* Straboni: cui sacer mons est *ἱερὸν ἀκρωτήριον*, de quo idem initio lib. III. BONGARS. — Legendum est, *minii.* FABER — Cur non *minii*, cum praecedat *aeris ac plumbi?* Nulla sane causa est, cur mutare casum hic debuerit. Sed credo, aliter haec distinxisse Iustinum, ac ut sit in vulgatis, et hoc *minio* retulisse non ad antecedens *uberrima*, sed subsequens *ditissima*, hoc modo: *Regio cum aeris ac plumbi uberrima, tum et minio, quod etiam vicino flumini nomen dedit, auro quoque ditissima.* SCHEFF. — Schefferus distinguit, *tum et minio, quod e. v. f. n. dedit, auro quoque ditissima:* ut iam non dicam, minus apte ita, post *minii aurique* abundantiam commemoratam, sequi ista, *adeo ut . . glebas aureas exscindant.* Melius igitur Faber pro *minio* legit *minii*, ut genitivus hic praecedentibus *aeris ac plumbi* conveniat. Nec tamen absque librorum auctoritate tales enallagae casuum facile mutandae sunt. Cicero de N. Deorum II. 59. *Itaque* plectri *similem linguam nostri solent dicere*, chordarum *dentes, nares* cornibus *iis* etc. Lucretius IV. 120.

> *Tum similes* matrum *materno sanguine fluit,*
> *Ut* patribus *patrio.*

Florus III. 21. *Nec idem tamen* caedium, *qui* bello *finis fuit.* ut omnes propemodum codices. Plura dabunt Interpretes Sallustii Catil. XXXIII. et Caesaris Gall. VIII. 46. adde quae nos ad Cicer. N. D. II. 29. WOPKENS. — Ed. Bechar. Ven. Paris. Ald. Iunt. *tum minii.* ABR. GRONOV.

5. AURO QUOQUE DITISSIMA, ADEO UT ETIAM ARATRO FREQUENTER GLEBAS AUREAS EXSCINDANT. Thuan. *auri.* Periz. nescit vocem *aratro.* Magl. tert. quart. Leid. Reg. Coll. N. et C. C. ed. Rom. Ven. Paris. *excidant.* Bechar. *excindant.* Ald. Iunt. et MSS. Thuan. Bodl. Periz. *excitent.* sec. Med. *exsuscitent.* ABR. GRONOV. — Meminit aurariarum Hispanicarum et sacra Scriptura Maccab. I. 8. 3. BERNEC.

6. QUEM FERRO VIOLARI NEFAS HABETUR. Periz. *violari est nefas h.* tert. Leid. *nefas est.* ABR. GRONOV.

SED SI QUANDO FULGURE TERRA, PROSCISSA EST, QUAE IN HIS LOCIS . . . COLLIGERE PERMITTITUR. Pr. tert. quart. Leid. *sed quando*

Periz. *prosecisa.* Sec. Med. sec. tert. quart. Leid. Magl. Thuan. Bodl. Periz. ed. Rom. *quod in his l.* Ald. Iunt. *colligi permittitur.* Abr. Gronov.

7. Feminae. Hunc ipsum et alios Gallaecorum mores graphice describit Silius Italicus lib. III. vs. 344. cum seqq. Bernec.

Agrorumque culturas administrant. Columella lib. XI. cap. 2. *Possit igitur ab Idibus Ianuariis auspicari culturarum officia.* Marcianus Capella lib. VI. pag. 225. *culturas et venatus amant.* Ammianus lib. XXII. cap. 15. de Nilo: *gurgitum enim nimietate humectans diutius terras, culturas moratur agrorum.* Abr. Gronov.

8. Nec ullum apud eos telum probatur. Ita antiquiores typis expressi. Bongarsius maluit *ad eos;* credo, quod in quibusdam MSS. sic reperisset. Neque ego negem, *ad* interdum pro *apud* usurpari. Vorst. — Vorstius ad hunc locum notat: „Bongarsius maluit *ad eos;* credo, quod in quibusdam MSS. sic reperisset.“ Bongarsius vero nullam variantis lectionis mentionem hoc loco fecit: atque omnes MSS. in vulgatam lectionem conspirant. Berneccerus quoque in editione A. MDCXXXI. exhibuit, *apud eos:* verum in eiusdem editione A. MDCLXVI. *apud* errore typographico in *ad* transiit. Abr. Gronov.

Aut Chalybe tinguatur. Isaacus Vossius vir magnus in notis ad Catullum Chalybem ait fluvium esse inter Anam et Tagum, qui a Ptolemaeo et Marciano dicatur *Καλίπους* vel *Κάλιπος.* Quod credo verum esse. Graev.

9. Unde etiam Chalybes etc. De his consulendus Hieronymus Magius Miscell. II. 8. Bernec.

Ferroque. An legendum, *ferro, qui caeteris praestare dicuntur?* num potius quid deest, ad quod *que* coniunctio referebatur? Hoc malo credere ac scribere, *unde etiam Chalybes, fluvii huius finitimi appellati, acie ferroque praestare dicuntur.* Dicitur Latinis *acies*, quod Graecis *στόμωμα.* Vide Plinium XXXIV. 14. Haec autem vocula videtur sublata, quod proxime praecederet *ati* litteris similibus, unde has otiosas et superfluas putarunt. Scheff. — Haec minus integra esse, bene odoratus Schefferus, dum coniicit *ferro qui ceteris p. d.* vel potius *acie ferroque praestare dicuntur.* At tu mecum scribe potius *ferro quoque ceteris p. d.* Quia aqua fluvii Chalybis acrius reddi solebat ferrum, hinc quoque ferro ceteris praestare dicebantur fluvii illius finitimi, etiam ipsius nomine Chalybes appellati. Wopkens.

Ceteris. Sec. Med. sec. quint. Leid. ed. Rom. *ceteros.* Abr. Gronov.

CAP. IV.

1. Tartesiorum. Eorum regem Arganthonium, ad quem venerint Phocenses, commemorat Herodotus I. 163. quem annos centum viginti refert vixisse. Meminit et M. Cicero lib. de Senect. cap. 19.

Tartessios omnium bonorum affluentes esse; et caelo salubri, maximaque aëris temperie frui: ideoque longaevos dictos, Strabo auctor est. BONGARS. — MS. Bongars. duo Leid. Bodl. Periz. ed. Rom. *Taroessiorum.* Bechar. *Tarthesiorum.* Coll. N. ed. Ald. Iunt. *Tartessiorum.* Ταρτήσσιοι etiam dicuntur Herodoto lib. I. cap. 163. et Nicolao Damasceno in Excerptis Constant. Porphyr. pag. 514. ABR. GRONOV.

INCOLUERE CURETES. Nulli in saltibus Tartessiorum *Curetes*, sed *Cynetes:* et ita legendum esse hoc loco, ostendimus in Ptolemaeo. VOSS. — Ridicula scriptura, sed quae ab Is. Vossio V. Cl. optime mutata fuit in *Cynetes.* Poterat etiam dicere *Cunetae;* sunt autem *Cunetae* in Hispaniae parte, qua Anas fluvius aquas suas in mare effundit. FABER. — Nihil hic Curetibus loci. Corrige cum Isaaco Vossio: *incoluere Cynetes.* Sic dicebantur incolae Cunei promontorii proprie, qui postea fines suos protulerunt. Vide Notas eius ad Mel. III. 1. GRAEV. — Scripsi auctoritate Is. Vossii *Cunetes;* qui sunt Cunei promontorii incolae. Vult quidem ille *Cynetes:* sed quam facile *Y* in *U* transeat, notum; ita enim *Sulla* pro Sylla, et *Suphax* pro Syphax dixere. *Curetes*, ut vulgo editur, non Hispaniae, sed Graeciae populus sunt: de quibus Pausanias et alii. VORST.

GARGORIS. Ioannes Episcopus Gerundensis Paralipom. Hispaniae lib. I. *Gorgonium* vocat, eius nepotem *Abium.* BONGARS.

2. HUIC CUM EX FILIAE STUPRO NEPOS PROVENISSET. MS. *ex filiae aestu.* Scripsisse Iustinum censeo: *ex filiae incestu.* Inde sequitur *pudore flagitii.* GRAEV. — Quia in nonnullis MSS. exstabat *ex filiae aestu*, Graevius censebat scribendum *ex filiae incestu.* Sed recte etiam *filiae stuprum* dicitur quod filiae infertur. Vellei. II. 45. *Infamis etiam* sororis stupro *et actus incesti reus* etc. Valer. Max. VI. 1. 2. *Nam cum* .. filiae *eius virginis stuprum* .. *pertinacius expeteret* etc. sic *adulterium uxoris*, i. e. cum uxore, supra lib. I. 7. 18. WOPKENS.

VARIIS GENERIBUS EXSTINGUI PARVULUM VOLUIT. *Variis generibus*, i. e. variis modis. Frontinus Strateg. II. 3. 20. *Quo* genere *cum profligari nihil videret* etc. ita et §. 23. Ausonius Epigramm. XLIV.

Hoc genere *et chordas et plectra et barbita conde.*

Sic Ammianus XVIII. 2. et XXVIII. 2. Spartianus in Severo cap. XI. cum Iul. Firmico, Columella, Palladio aliisque, ut etiam observatum Barthio Advers. XX. 16. et Heinsio ad Petron. cap. XXVI. Latuisse autem hic vocis usus librarium videtur, qui in MS. quodam dedit *variis generibus mortis exstingui.* WOPKENS. — Ita L. Seneca Epist. 77. *multa millia hominum et animalium animam variis generibus emittunt.* Ald. Iunt. quart. Leid. MS. Bongars. *variis generibus mortis ext.* Saxo lib. II. pag. 22. 39. *ut variis periculorum generibus implicaret.* ABR. GRONOV.

FORTUNA QUADAM SERVATUS etc. *Fieri fortuna quadam* dicuntur, quae mirando quodam rerum eventu, vel singulari et inopinata

gubernatione Dei accidunt. Livius X. 19. *Itaque fronte inaequali concursum est, et veluti* forte quadam *mutante assuetos inter se hostes, Etrusci Volumnio . . occurrere.* Tacitus Ann. XIII. 12. *Ab Octavia nobili et probitatis spectatae*, fato quodam, *an quia praevalent illicita, abhorrebant.* Aur. Victor Epit. cap. IX. *Quem . . resp. exsanguis saevitia tyrannorum, quasi* fato quodam, *ne penitus rueret, adsecuta est.* Florus II. 14. Quodam fato, *quasi ita convenisset inter Poenos et Macedonas . . eodem tempore utrique moverunt* etc. et cap. 8. *Macedoniam statim et regem Philippum Antiochus excepit,* quodam casu *quasi industria sic adgubernante fortuna, ut* etc. nisi illic cum Gron. malimus *quadam casum quasi industria sic adgubernante fortunae.* WOPKENS.

AD REGNUM TOT PERICULORUM MISERATIONE PERVENIT. Iuntae: *tot periculorum admiratione pervenit.* ut paulo post: *Admiratione tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destinatur.* GRAEV. — Rectius videtur, quod in editione Iuntina est, *tot periculorum admiratione.* Sic paulo post: *Admiratione tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destinatur.* VORST. — Quaenam illa *miseratio periculorum?* unde, aut in quo? Lego potius: *tot periculorum iteratione*, sensu elliptico, pro, *ex tot periculorum iteratione.* Voci *iteratione* adhaesit *m* in principio, ex fine vocis praecedentis. Post ex *miteratione*, *miseratione* factum, quod accidit in aliis similibus. *Admiratione* Iuntarum est ex §. 10. seq. SCHEFF. — Vorstius rectius cum Iunt. legi putat *periculorum admiratione,* quia sic quoque §. 10. Admiratione *deinde tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destinatur.* Nec ab hac sententia abhorrere Graevius videtur. Mihi tamen haec ratio deserendae ceterorum librorum scripturae satis valida non videtur, quum sic etiam elegantius varietur auctoris oratio, si hic *miseratione* scripserit. Per se quoque apparet conspectum tot periculorum misericordiam hominum favoremque huic puero conciliasse. Ut autem *miserationem* pro misericordia dixit Iustinus VII. 2. 11. et *miserari* saepius misereri, condolere: sic *miseratio periculorum* recte quoque dicitur, quae cuipiam ob exantlata pericula impertitur, ut constat ex adnotatis ad lib. XXVII. 2. 3. Nec dubitari potest, quin *periculum* sit *miserationis* obiectum, ut loqui solemus, satis aptum. Caesar Gall. I. 39. *Abditi in tabernaculis aut suum fatum querebantur, aut cum familiaribus suis commune* periculum miserabantur. Sulp. Severus Dial. II. 9. *Cuius* periculum *vir beatus pia mente* miseratus, *imperat* etc. Hegesippus IV. 3. *Titus . .* dolore *paterni* periculi *excitus, cum paucis in urbem irruit, et maximam Iudaeis cladem invexit.* Sidonius IV. ep. 24. *Vir totius caritatis* flere *coepit* .. periculum *debitoris.* WOPKENS. — Ed. Ald. Iunt. *admiratione.* Schefferus malebat *periculorum iteratione*, idemque etiam visum fuit Pontano in Syll. Epist. ab A. Matthaeo publicata epist. 53. ABR. GRONOV.

4. TRAMITE ANGUSTO. Haud displicet, quod est in Dorv. 1. et 3. *in tramite angusto:* quamquam nec deterius sit alterum. Confer

quae Interpp. Taciti Ann. I. 22. 5. et Fulgentii Mythol. I. 2. initio. WOPKENS. — Sec. quint. Leid. Bodl. ed. Rom. *in tramite angusta*. Vincentius lib. II. cap. 53. *postmodum hunc domi relatum in callem angustum proiici iubet*. ABR. GRONOV.

QUAM SIMPLICI MORTE INTERFICI. *Simplicem mortem* dixere et alii, ut Suetonius Caes. 74. et Curtius VIII. 7. 8. Lucanus III. 751. *mortem non unam* vocat. Vide Notas Berneccerii ad Iustini XII. 10. 2. VORST.

5. CUM INVIOLATUS ESSET. Mallem *cum non violatus esset*; debet enim praecedere verbum. SCHEFF. — *Cum inviolatus esset*, i. e. cum maneret incolumis, cum non violaretur. Perperam Schefferus malebat *cum non violatus esset*: sic enim *caruisset*, non *careret*, sequi debebat. WOPKENS.

MOX ETIAM SUIBUS OBIECIT. Thuan. *obiici iussit*. ABR. GRON.

6. NON SOLUM NON NOCERETUR. Ita recte et alii hic emendarunt, et nostri MSS. omnes habent: cum in editionibus hactenus male, *non nocerent*, fuerit. Cic. Verr. IV. *Confirmat curaturum se, ne quid ei per filium suum noceretur*. et Columella lib. II. *Non nocebitur ei nocturnis roribus*. MODIUS. — Ergo ex Iustini auctoritate dicere possumus, *nocere aliquem*, quod contra canones receptos Latinitatis est; sed et idem me apud Plautum observasse scio, quod satis est. Franc. autem Modius apud Berneccerum, quamquam alias et doctrina et iudicio singulari praeditus, hic aliquid humani passus est; erravit enim: quod monendum putavi, ne cui auctoritas illius imponat, si credulum lectorem nactus erit. Is ad huius loci confirmationem affert ex Cicerone in Verrem: *Confirmat curaturum se, ne quid ei per filium suum noceretur.* tum et hoc ex Columella lib. I. *Non nocebitur ei nocturnis roribus*. Quod utrumque exemplum nil quidquam probat. Quid enim novi, si dicamus, *noceretur Iulio*, *nocetur pudori*? nempe in activa significatione dicendum esset, *nocere Iulio*, non *Iulium*. At hic, inquies, est itidem *noceretur*, ut apud Iustinum. Fateor, sed *noceretur ei*, non *noceretur ille*, quod erat probandum. Saepius legas apud optimos scriptores, *statur*, *quiescitur*, *venitur*, neque tamen propterea unquam dicas, *stor*, *curror*, *quiescor*, *calcor*, *venior*. Neque enim isthaec per plures personas flectuntur. Quid igitur afferre poterat Modius? Hunc Plauti locum scilicet:

Iura, te non nociturum esse hominem de hac re neminem.

tum vero rem plane confectam dedisset. FABER. — *Nocerent* pro *noceretur* habent Dorv. 1. et 3. cum antiqq. edd.: ed. Iuntina *necaretur*. Sed altera lectio corruptelae sciolorum magis obnoxia, omninoque Iustini videtur, ut etiam Modius iudicavit; qui dum adfert illa Ciceronis *ne quid ei noceretur*, et Columellae *non enim nocebitur ei*, subaudiisse videtur *ei*. Sed licet ellipseos illius exempla non desint, ad hanc tamen decurrere non opus est, quoniam non ita raro passiva verba formantur ab activis, quae dativum regunt, quod et Graecis usitatum esse observat, inter alios, Grotius ad Epist. ad Hebr. XIII. 16.

Ita *regnor* ex. gr. apud Cicer. Liv. aliosque venit pro in me, mihi regnatur. Et sic saepius *noceor*, pro mihi nocetur, dixerunt recentioris praesertim Latinitatis scriptores. Palladius I. Tit. 30. *Sed anserina ova ne* noceantur, *suppositis subiiciatur urtica.* ubi vid. Barthium, et multos alibi alios, quos Cl. Oudendorp. (Misc. Observ. Vol. IX.) in partes vocavit. Hinc etiam *nocere aliquem* serioribus Latinis satis frequens: Plautum enim, Lucanum, Senecam et alios eiusmodi auctores ita locutos esse, non constat. Vulg. Interp. Lucae IV. 35. *Nihilque eum nocuit.* Actor. XVIII. 10. *ut noceat te.* Apoc. XI. 5. *Si quis voluerit eos nocere.* Wopkens. — Ita Vitruvius lib. I. cap. 7. *Ita spissis compactionibus solidatae neque ab tempestatibus, neque ab ignis vehementia nocentur.* et lib. II. cap. 9. pag. 35. *Larix ab carie aut a tinea non nocetur.* Solinus cap. 1. pag. 6. f. ed. Salm. *ea propter capital est, si pars alterutra noceatur.* Saxo lib. XI. pag. 205. f. *sed neque Haraldus dentium belluarum acumine noceri poterat. Nocere* etiam cum quarto casu construitur. Latinus Interpres Psalm. XXXIV. 1. *Iudica, Domine, nocentes me.* Tabula marmorea Romae in colle Quirinali apud Ferretium Mus. Lapid. II. 29. NIL. TE. DANNA. NOCENT. Vide Gudium ap. Phaedrum lib. IV. fab. 8. Magl. Ald. Iunt. *necaretur.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *nocerent.* Abr. Gronov.

In Oceanum abiici iussit. Bodl. *proiici.* Abr. Gronov.

8. Inde denique conversatione. Magl. *Inde quoque conv.* Abr. Gronov.

9. Laqueo captus. Vid. Not. ad Senec. Octav. 412. Gronov. — Vide Avum ad Senecam Octav. vs. 412. Abr. Gronov.

Tunc et lineamentorum similitudine et notis corporis . . . nepos agnitus. Ald. Iunt. *tunc ad lin. similitudinem ex notis c. . . nepos est agnitus.* Abr. Gronov.

11. Nomen illi impositum Habidis. Ita Lactantius lib. I. cap. 13. ex MS. Nob. Menardi: *adeo ut ei multarum rerum et artium scientia Trismegisti nomen imponeret.* Vulg. *Trismegisto cognomen.* Abr. Gronov.

Tot periculis ereptus. Prior vox abest Bechar. Ven. Flor. Paris. Ald. Iunt. Abr. Gronov.

Quippe barbarum populum legibus iunxit, et boves primus aratro domari, frumentaque sulco quaerere docuit, et ex agresti cibo mitiora vesci . . homines coegit. Magl. tres Leid. Periz. Coll. N. ed. Rom. *quippe et barbarum.* Magl. quart. Leid. *legibus vinxit.* Ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *sulco serere.* At *sulcis quaerere* etiam dixit Virgilius lib. I. Georg. vs. 133.

Ut varias usus meditando extunderet artes
Paullatim, et sulcis frumenti quaereret herbam.

Pro *domari* Cl. Ortwinius malebat *domare.* Ed. Rom. *mitioribus vesci.* Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. *melioribus v.* Ald. Iunt. *mitiore v.* quomodo ex coniectura legit Avus lib. IV. Observ. cap. 20.

ubi τὰ *ex agresti cibo* interpretatur, *omisso et fastidito agresti cibo.* Vide supra I. 6. 5. ABR. GRONOV.

ODIO EORUM, QUAE IPSE PASSUS FUERAT. Sic quidem omnes, quantum constat, libri. Mendum tamen his inest adeo perspicuum, ut dudum a commentatoribus exemtum non fuisse merito mireris. Legendum, *odio eorum*, *quae ipse* pastus *fuerat.* Quemadmodum cum accus. construi solet verbum *pasci.* Vulg. Exodi XXII. 5. *Si* . . *dimiserit iumentum suum, ut depascatur aliena.* Virgilius Aen. II. 471.

Coluber mala gramina pastus.

Vide Interpretes Silii XIII. 596. et Gratii 348. WOPKENS.

12. HUIUS CASUS FABULOSI VIDERENTUR. Hominum θηριοτρόφων, hoc est, a feris educatorum, et agilitate feras aequantium exempla congessit Phil. Camerarius Horar. Subcis. I. 75. BERNEC.

LUPA NUTRITI. Supra XLIII. 2. 5. Livius I. 4. Plutarchus Romulo cap. 5. et de Fortun. Romanor. cap. 12. Strabo lib. V. Virgil. Aeneid. VIII. 630. et plerique, qui de origine urbis Romae tradunt. Plinius VIII. 17. *Quae de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, traduntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri aequius, quam ferarum naturae, arbitror.* Idem visum Plutarcho Romul. cap. II. *Suspectam quidam habent fabulam et commentum: nos quum cernamus, quanta vis sit fortunae, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Romanam sine divino aliquo auspicio et magno miraculo non fuisse eo potentiae progressuram.* Adde Demsterum ad Rosin. pag. 4. c. BERNEC.

CANE ALITUS. Supr. I. 4. 10. Lucianus in lib. de Sacrificiis post pr. Aelianus Var. Histor. XII. 41. Aliter Herodotus I. 10. BERNEC.

14. REGNUM PER MULTA SECULA A SUCCESSORIBUS EIUS RETENTUM EST. Pr. Leid. *secula dite a succ.* tertius: *secula rite a succ.* Coll. C. C. *secula rite sub succ.* Idem MS. sec. tert. quart. Leid. Periz. verbum substantivum nesciunt. ABR. GRONOV.

ET QUAE EX INSULIS. Malim, *ea quae.* De Geryone quae referuntur notiora sunt, quam ut quidquam notari ad ea debeat. Narratio extat in Diodori IV. 17. BONGARS. — Meminit et Plato in Gorgia. BERNEC. — Sec. Leid. omittit coniunctionem *et.* ABR. GRON.

TANTA PABULI LAETITIA. Strabo lib. III. pag. 117. 14. scribit, ibi pascentium ovium lac sero carere, multumque aquae ob pinguedinem affundi, ut caseus cogi possit; et 50 dierum spatio pecus suffocari, nisi post quinquagesimum quemque diem, sanguinis missione pinguedo castigetur. Similia de agro Catanaeo in Sicilia tradit idem lib. VI. pag. 186. 3. et de Arabia Curtius V. 1. 15. BERNEC.

INTERPELLATA. Vide notata ad XVIII. 5. 7. BERNEC.

15. HERCULEM EX ASIA. Herculem Tyrium intelligit. Vide Arrianum lib. II. BONGARS.

16. PORRO GERYONEM etc. Aliter Servius ad illa Virgilii VII. Aen. 661.

postquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tirynthius attigit arva.

in haec verba: *Geryones rex fuit Hispaniae, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis praefuit, quae adiacent Hispaniae, Balearicae maiori, et minori, et Ebusae. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia et terrestri, et navali certamine plurimum potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo dicitur ad eum olla aerea transvectus, quod habuerit navem fortem et aere munitam.* Modius.

Ut uno animo regi viderentur. Imitatio Virgiliana, *Dum spiritus hos reget artus.* Faber. — Sec. quint. Leid. Bodl. *una anima.* Abr. Gronov.

CAP. V.

1. Post regna deinde Hispaniae. Quaenam regna? Hispania namque, de qua hic sermo, unum tantum habuit. Videtur ergo istoc *regna* glossatoris esse. Idem censeo et de sequente *provinciae* vocabulo, et utrumque arbitror delendum. Scheff. — Atqui dixit in alia Hispaniae parte regnasse Habidem, in alia Geryonem. Est tamen hic locus ὕπουλος. Graev. — Quia Hispania unum tantum regnum habebat, Schefferus, eiecta hac voce et sequente *provinciae*, legebat, *Post deinde Hispaniae primi Carthaginienses imperium occupavere.* At Graevius observat, supra dictum Habidem in alia, Geryonem in alia Hispaniae parte regnasse: quamvis et ipsi nihilominus ὕπουλος hic locus videatur. Mihi in illo nihil comparet, cur ita sentiam: sive ob causam a Graevio allatam, *regna* non *regnum* dixisse auctorem statuamus, sive usum credamus familiari sibi numeri pluralis pro singulari enallaga; qua etiam dixit lib. II. 4. *Duae tum sorores Amazonum* regna *tractabant Antiope et Orithye.* Nomen *provinciae* hic usurpatur vice pronominis *illius* sc. Hispaniae: atque hanc quoque rationem Nostro peramatam fuisse, ad lib. XXIII. 4. 14. et alibi monuimus. Wopkens. — Cl. Iensius adnotarat: „*Regnum* est hic *administratio regni.* Sensus est: Posteaquam „administratio et summa rerum fuit penes ipsos Hispanos. Opposita „sunt *habere regnum*, et *esse provinciam.* Supra X. 3. 7. *vitam* „*pariter cum Persarum regno finivit.* et XLII. 5. 9. *Hic actis in* „*regno quindecim annis decessit.*“ Abr. Gronov.

2. Cum Gaditani a Tyro. Haec prolixe narrat Strabo extremo lib. III. Bongars. — Colonias a Tyriis conditas referunt Plinius V. 19. et Curtius IV. 4. 27. Adde Diod. XXV. 2. Arist. Mirab. cap. 122. Bernec. — Periz. MS. Bongars. *Gadetani*, et §. 3. *Gadetanos.* Abr. Gronov.

Unde et Carthaginiensibus. Magl. ed. Bechar. Ven. Flor. Med. Paris. Ald. Iunt. *Carthaginiensium.* Abr. Gronov.

Invidentibus incrementis etc. Adde supra XLIII. 3. 13. et 5. 4. Livium I. 9. 4. et I. 14. 6. Tacitum IV. 63. 4. Amirat. XX. 10. Bern.

3. Ibi felici expeditione. Pr. tert. Leid. *Sic fel. exp.* Abr. Gron.

4. Hamilcarem. Cuius cognomen *Barcas.* Lege Polybium

lib. II. Appianum in Iberica pag. 258. f. Probum in eius Vita. De Hasdrubale a servo, cuius supra hoc ipso libro auctor meminit, interfecto, vide eosdem. BONGARS.

CUM MAGNA MANU. Pr. quart. Leid. *cum manu m.* secundus et Bodl. *cum maiore manu.* ABR. GRONOV.

DUM FORTUNAM INCONSULTIUS SEQUITUR. *Sequi fortunam*, ut Ovidius Trist. V. 12. 44.

An quia cesserunt primo bene carmina, suades
Scribere, successus *ut* sequar *ipse meos.*

Curtius IV. 5. *Iidem paulo ante incertae famae captaverant auram, ut quocunque pendentes animos tulisset*, fortunam sequerentur. Tacitus Hist. II. 86. *Momentoque temporis flagrabat ingens bellum, Illyricis exercitibus palam desciscentibus, ceteris* fortunam secuturis. Suprà lib. XVIII. 1. *Huius pugnae* eventum *multae civitates* secutae, *Pyrrho se tradunt.* Saxo Grammat. lib. I. pag. 8.

Fata sectatus *superumque mentem*,
Sueonum pressit decus impotentum. WOPKENS.

5. QUI . . A SERVO. Supr. XLIV. 2. 4. Val. Max. III. 3. fin. Appianus Annib. pag. 314. Silius. Ital. I. 165. etc. Diod. XXV. 2. BERN. — Ed. Flor. Ald. Iunt. omittunt pronomen relativum. ABR. GRON.

6. MAIOR UTROQUE HANNIBAL IMPERATOR. Magl. sec. Leid. *sed maior.* quartus et Periz. Coll. N. *et maior.* ed. Rom. *sed huic maior.* ABR. GRONOV.

7. SCIPIONIBUS. Cneum et Publium intelligit, quos *duo fulmina imperii Romani* vocat M. Cicero pro Balbo cap. 15. Livius lib. XXV. De Hispania ab Augusto domita, lege Dionem, Suetonium, Florum, Orosium, Horatium lib. III. Od. 14. Sed hic, ut Augusto bellicorum certaminum, ita et mihi commentationis huius, laboriosae quam gloriosae magis, finis esto: et, vacuo tunc duellis orbe terrarum, Ianus Quirini ab illo clusus, leve hoc, non futurum tamen inutile, opus claudat Feliciter. BONGARS. — Pr. tert. Leid. *missis Hispaniam Scip.* ABR. GRONOV.

8. NEC PRIUS, PERDOMITA PROVINCIA etc. Illa verba (*perdomita provincia*) deleo; nata quippe sunt ex illis quae in eadem periodo leguntur, *perdomito*, et *provinciae.* Id quod adeo verum est, ut hinc quoque error alius manarit, qui in MSS. Codd. occurrit. FABER. — Certissima est haec Fabri elegantissimi coniectura. GRAEV. — Ita supra XI. 14. 7. *patienterque Persae, post imperium tot annorum, iugum servitutis acceperint.* Livius lib. XXXVIII. cap. 31. *si semel primis imperiis obediendo iugum accepissent.* et XL. 49. *populique alii voluntate, alii metu iugum acciperent.* Quartus Leid. Periz. Bodl. ed. Rom. *capere potuerunt.* Sec. quint. Leid. Bodl. Periz. ed. Bechar. Flor. Med. Ald. Iunt. *perdomitae provinciae;* eaedemque editiones cum Bongarsiana, MS. Bodl. Periz. *Hispaniae.* ABR. GRON.

VICTRICIA AD EOS ARMA TRANSTULIT. Coll. N. et C. C. tert. Leid. *victoriae.* quartus, *victoria.* Melius Magl. *victor victricia.* ABR. GRON.

DOCTORUM HOMINUM

IAC. BONGARSII. FRANC. MODII. IO. FREINSHEMII. IS. VOSSII. IO. VORSTII. LUDOV. DU FOUR DE LONGUERUE. ABR. GRONOVII.

ANIMADVERSIONES

IN

PROLOGOS

HISTORIARUM PHILIPPICARUM

POMPEII TROGI

PROLOG. LIB. I.

PROLOGI. Librorum Trogi περιοχὰς edere, non erat animi mei sententia; tam crebra, tam foeda erant in iis vulnera, novae cicatrici ut locus non esset, et mihi desperata eorum videretur salus. Tandem et amicorum auctoritate compulsus, et meo etiam iudicio persuasus, sententiam mutavi. Itaque vitam illis dedisse, hoc tempore satis sit: nam integram valetudinem aliis deberi, facile patiar. Attamen ne prorsus eorum curam viderer omisisse, periculum faciundum duxi, an ex coniecturis nostris sanari quaedam possent: sagaciores in ceteris εὐστοχίαν suam exerceant. Namque a libris an sperandum aliquid sit, nescio: hoc scio septem MSS. codices, in difficillimis et contaminatissimis locis, quasi conspiratione quadam, consentire, aut lectionum monstris certare. Vidi Italicam interpretationem, olim editam, quae ne uno quidem loco, a librorum nostrorum scriptura discedit. Cuicuimodi sunt, Iustini abbreviatoris negligentiam detegunt, et historiarum Trogi seriem ostendunt. Auctoris nomen in libris nullum est. Nam quod in duobus legitur: *In Trogi sequitur Iustini epitoma libros:* non arbitror huc spectare, sed ad maius opus, id est vulgatam Iustini epitomam. Quisquis est, non in Iustinum, sed in Trogum argumenta scripsit, ut in Livium Florus. Nam in his quaedam sunt non pauca, quae in Iustino frustra quaeras; ut non immerito integrum Trogi ipsius opus historia desideret. Sunt autem *Prologi* ὑποθετικοὶ, singulorum librorum argumenta continentes. BONGARS. — Praeclarum est quod, cum ipsis historiis Philippicis Trogi Pompeii, quarum Iustinus epitomas fecit, frui non liceat, antiquos tamen earum Prologos seu summaria habemus. Ex his enim non tantum ipsarum epitomarum Iustini emendationes quaedam fieri possunt, sed et apparet fere, quaenam illa sint, quae Iustinus in epitomis suis, ut ipse in praefatione fatetur, omisit. Sed sunt in prologis istis quam plurima menda. Quorum tamen non pauca a Bongarsio et aliis indicata, satisque manifesta, sustulimus; atque ita, ut prologi ipsi paulo minus asperi sint lectu, quam antea, effecimus. VORST. — Hi, qui dicuntur *Prologi*, nihil aliud sunt quam breves periochae Trogi Pompeii. Illos autem describi curavi, itidem ut a Bongarsio olim editi fuere, Modii non addidi, qui corrupti sunt et paene deperditi. Quid igitur, inquies, quid illos describere attinebat? Id eo consilio factum a me est, ut intelligeres, Lector, quae res a Iustino, dum Trogi Pompeii historias in compendium mittit, praetermissae fuerint. Isthuc autem nomen, *Prologi*,

scis, in hac significatione, barbarum esse? Ex quo et illud intelligere potes, eorum auctorem, quicumque ille fuerit, eruditis illis temporibus non vixisse, queis honesta Latinitas vigebat. Utcumque sit, Trogum ipsum Pompeium legerat, unde ad nos aliqua certe utilitas pervenire potest. Cum autem dicit, *in excessu*, (quod tam saepe in illis Prologis reperies,) vult dicere, *per digressionem*; unde suspicor, horum Prologorum scriptorem hominem Graeculum fuisse; quippe ita Graece diceres, *ἐν παρεκβάσει*, vel *διὰ παρεκβάσεως*. Dein et illud ipsum nomen, *Prologi*, id quoque videtur probare; sic enim Graeco-Barbari loquerentur. Faber.

Primo volumine continentur haec. Imperium Assyriorum. Priores quatuor voces nescit Perizonianus. Coll. N. *Pr. v. continetur imp.* Abr. Gronov.

Sardanapallum. Notavi ad Iustinum I. 3. 1. hunc Diodoro esse tricesimum a Nino. Hunc Diodori locum transcripsit Georgius Monachus, cuius Chronicum, opus Graece conscriptum, ex bibliotheca reginae matris usus sum, beneficio Fr. Pithoei, viri et humanitate et doctrina praestantissimi. Is Diodori locum ita refert: *Σαρδανάπαλος δὲ τριακοστὸς μὲν καὶ πέμπτος ὢν ἀπὸ Νίνου* etc. Idem, ubi apud Diodorum legitur, Assyrios regnasse *ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα*, habet *ἐπὶ γενεὰς με'*. emendo *λε'*. Et paulo post *Τευτάμου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νινύου* etc. Georgius legit, *Ταυτάνου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν κϛ'. ἀπὸ Νινύου* etc. Sed haec praeter institutum. Bongars. — Emenda *Sardanapalum*, Sic habet Codex Maximianus sive Marchionis de Maximis Romani. Longuerue. — Thuan. Periz. *Sardanapalum*. Reliqui MSS. vulgatum tuentur. Apud Iustinum quoque I. 3. 1. sec. quart. quint. Leid. dant, *Sardanapallus*, et paullo post *Sardanapallo*; atque apud Orosium lib. I. cap. 19. tres MSS. Florentini, *Sardanapallus*. Adde Animadv. Scaligeri ad Eusebii Chronol. pag. 64. init. Abr. Gronov.

Arbacen. Meminit huius historiae praeter alios etiam Ioannes Tzetza Chil. III. Hist. 95. ubi tamen *Ἀρσάκης* corrupte legitur, pro *Ἀρβάκης*. Freinshem. — Rectius hoc quam quod in ipso Iustino est *Arbactus*. Vorst.

Is a nepote suo Cyro pulsus. Nomen proprium exsulat a MS. Coll. N. Abr. Gronov.

Regno. Modius, *regno est*. Freinshem.

Excessu. Saepius haec vox his in Prologis obvia fit: et notat excursum, digressionem, seu verbo Thucydidis I. 16. 5. *ἐκβολὴν τοῦ λόγου*. Freinshem.

In excessu dicti. Hoc est, per digressionem, excedendo scilicet, seu recedendo a re proposita: quae phrasis in singulis fere Prologis reperitur. Longuerue.

PROLOG. LIB. II.

Secundo volumine continentur haec. Scythiae et Ponti

SITUS, ORIGINESQUE SCYTHIAE. Periz. *Sec. vol. cont. haec. Scythiae res.* ABR. GRONOV.

ORIGINES SCYTHIAE. Emenda, *res Scythiae,* ut habent Codices omnes Romani. LONGUERUE.

ET TISAFERNEN. Ex Herodoto et Probo in vita Miltiadis, lege *Artaphernen.* BONGARS. — Lege *Artaphernem.* Is enim, non autem *Tissaphernes,* dux fuit exercitus Darii contra Graecos seu Athenienses, ut testantur Herodotus, Pausanias in Atticis, Corn. Nepos in vita Miltiadis. Codex primus Vaticanus habet *Tiphernem,* sed restituendum, *Artaphernem.* LONGUERUE. — Similis error est apud Ampelium cap. 15. *Miltiades dux, qui octunginta millia militum Persarum Darii regis, praefectis Date et Tisapherne, in saltu Marathonio superavit.* Scribe, *Date et Artapherne.* ABR. GRONOV.

ATHENIENSES TENUERE. Quae phrasis sit, *tenere bellum,* nondum compertum est mihi. Malim, *sustinuere,* repetita ex priori voce syllaba, quam propter similitudinem absorpserant. Et sic diserte in MS. Regio, *sustinuere.* FREINSHEM. — Bongarsius in uno Cod. MS. reperit *sustinuere.* Atque ita sine dubio legendum. VORST. — Lege *sustinuere:* et sic habent duo Vaticani et Codex Maximianus. LONGUERUE. — *Sustinuere* pro *tenuere* legendum coniecerat Freinshemius, qui postea etiam illud reperit in MS. Regio, cui accedunt quinque alii et Codex, quo usus fuit Italus Interpres, qui hunc locum ita vertit: *laquale guerra sostennono solamente gli Atheniesi. Sustinere bellum* quoque dixit Iustinus II. 15. 9. *permunitas Athenas esse, et posse iam illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere.* et XXX. 4. 7. *tantoque fortius hoc bellum sustinendum.* Tacitus lib. XIII. Annal. cap. 6. *cum octavo decimo aetatis anno Cn. Pompeius, nono decimo Caesar Octavianus, civilia bella sustinuerint.* ABR. GRONOV.

HIC ORIGINES ATHENARUM REPETITAE. Tert. Leid. Periz. *Hinc or.* ut infra prol. V. *Hinc repetitum in excessu* etc. ABR. GRONOV.

TYRANNIDEM QUA EXTINCTA etc. Coniectura legendum auguro, *qua extincta, ad Marathonem vic. Pers.* aut propius veterem scripturam, *tyrannidem extinctam. Qua ratione vic. Pers.* BONGARS. — Probo coniecturam posteriorem ingeniosissimi et doctissimi Bongarsii, reponentis, *usque ad Pisistrati tyrannidem extinctam. Qua ratione vicere Persas* etc. enim etiam Longobardica littera scriptus Iustinus, qui Fuldae asservatur, cuique hae periochae praepositae sunt, habet, *ad Pisistrati tyrannidem, qua extincta radione vincere Persas.* MODIUS. — Modius posteriorem Bongarsii coniecturam probat: mihi prior potior videtur. FREINSHEM.

RATIONE VICERE. Emenda *Marathone vicere Persas.* Quod vel pueris notissimum est. LONGUERUE. — Periz. *quam extinctam* (ita etiam pr. sec. tert. Leid.) *Marathone vicere Persam.* Sec. Leid. *vicerunt.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. III.

Pulso interfectore. Lege *interfecto interfectore.* Prior vox ob affinitatem sequentis ab exscriptore omissa, peperit falsam lectionem, et historiae contrariam. Bongars. — „Lege“ inquit vir doctus cui hi Prologi vitam debent, „*interfecto interfectore.* Prior „vox, ob affinitatem sequentis ab exscriptore omissa, peperit falsam „lectionem, et historiae contrariam.“ Sic, inquam, ille de hoc loco censet, cum in suis MSS. legi deprehendisset, *pulso interfectore patris Artabano.* Caeterum ego qui in membranis Fuldensibus disertim perscriptum viderem, *pulsus interfectorem patris Artabanum,* non dubitavi ex eo facere, *ultus interfectorem patris Artabanum.* Sic enim etiam Iustinus de hac re ait: *Atque ita egregius adolescens et caedem patris, et se ab insidiis Artabani vindicavit.* Virgilius:

Ulta virum poenas inimico a fratre recepi.

Modius. — Modii MSS. Fuldenses, *pulsus interfectorem patris Artabanum.* ex quo ille: *ultus interfectorem* etc. Vere, ut puto, nam *ulcisci hostem* etiam dicimus. Vide Indicem Iustinianum. Freinshem. — Tres Leidenses, Cantabr. Coll. C. C. *pulsus interfectorem p. Artabanum.* Periz. *ultus interfectorem p. Artabanum,* quam scripturam coniectura adsecutus fuit Modius. Iustinus III. 1. 8. *Itaque cum inter ceteros et ipse Artabanus armatus adsisteret, rex* (Artaxerxes) *simulat, se breviorem loricam habere: iubet Artabanum secum commutare, exsuentem se ac nudatum gladio traiicit. Ultus interfectorem*, id est, ultus se de interfectore, ut apud Iustinum III. 7. 4. *cum ulcisci hostem sine periculo possent.* Abr. Gronov.

Artabano. Post hanc vocem addit Codex alter Colbertinus, *interfecto:* neque abs re: non enim pulsus solum, sed interfectus fuit ab Artaxerxe Artabanus. Lege itaque: *pulso interfectore patris Artabano, et interfecto.* Longuerue.

Primoque dux eius Acchaemenes. Diodoro Ἀχαιμένης. et pro *Agabazum* lege *Megabazum.* Μεγάβαζος Diodoro lib. XI. Bongars. — Nostrae membranae: *primo duae dux eius Acthamenes victus est, iterum per Agapaxum Aegyptus recepta.* monstrose plane, fateor; sed ex quo stercore fortasse aliquando aliquis aurum eruit. Modius. — Modii MSS. *primo duae dux eius Acthamenes victus est, iterum per Agapaxum Aegyptus recepta.* Sed Bongarsii opera satis restitutus videtur hic locus. Freinshem. — Lege ex Herodoto, Ctesia, et Diodoro, *Achaemenes. Achaemenes* dux Xerxis. Codex primus Vaticanus habet, *Achamenes.* Longuerue. — Periz. *Achamenes* pro *Achaemenes*, quomodo ex Diodoro Siculo hoc nomen restituit Bongarsius. Ἀχαιμενίδης appellatur a Ctesia Pers. cap. 32. ubi ait: *Ἀφίσταται Αἴγυπτος, Ἰνάρου Λυβίου ἀνδρὸς καὶ ἑτέρου Αἰγυπτίου τὴν ἀπόστασιν μελετήσαντος. καὶ εὐτρεπίζεται τὰ πρὸς πόλεμον. πέμπουσι καὶ Ἀθηναῖοι, αἰτησαμένου αὐτοῦ, τεσσαράκοντα νῆας. καὶ μελετᾷ αὐτὸς Ἀρτοξέρξης ἐκστρατεῦσαι, καὶ τῶν φίλων*

ῶ συμβουλευόντων, πέμπει Ἀχαιμενίδην τὸν ἀδελφὸν, τεσσαράκοντα μὲν μυριάδας ἐπαγόμενον στράτευμα πεζικὸν, νῆας δὲ π'. Συμβάλλει πόλεμον Ἴναρος πρὸς Ἀχαιμενίδην· καὶ νικῶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ βάλλεται Ἀχαιμενίδης ὑπὸ Ἰνάρου, καὶ θνήσκει· καὶ ἀποπέμπεται ὁ νεκρὸς αὐτοῦ εἰς Ἀρτοξέρξην. Abr. Gronov.

Per Agabazum etc. Scribe, *Megabazum*, vel *Megabyzum* ex Herodoto et Diodoro, licet in nullo Codice littera prima compareat. Longuerue. — *Μεγάβυζος* Ctesiae cap. 33. dicitur. Sec. Leid. *Aegyptum receptam.* quartus: *Aegyptos recepta.* Abr. Gronov.

Ut .. bella inter ipsos orta sunt. Pr. tert. quart. Leid. ed. Bongars. *sint.* Abr. Gronov.

Peloponnensium origines. Codicum licet auxilio destitutus ita lego: *Peloponnesi origines*, non *Peloponnensium.* Etenim voces istae, *sit occupata*, ad singulare foemininum, Peloponnesum scilicet, necessario referuntur. Longuerue.

Ut ab Herculis posteris Dorico populo sit occupata. Codex unus Colbertinus habet, *pro Dorico populo* etc. et recte quidem. Longuerue.

Messiania. Intelligit bella contra Messenios. de quibus Iustinus III. 4. Videtur igitur legendum *Messeniaca*, aut *Messenica.* quo indice quartum suum librum insignivit Pausanias. Freinshem. — *Messeniaca* legendum coniecit Bongarsius, cum in MSS. legeretur *Messiania.* Vorst. — Lege, *Messeniaca.* Longuerue.

Coalitique. *Coalescere* hic idem significat, quod *convalescere:* videturque in usu fuisse Trogo, et propterea etiam adserenda aut relinquenda Iustino III. 4. 1. XVIII. 4. 1. XXXVI. 2. 16. Hoc sensu Livius I. 8. 1. Freinshem. — Id est, convaluere, potentes facti sunt. Videturque Freinshemio *coalescere* in usu fuisse Trogo; ac propterea asserendum ac relinquendum etiam aliquibus locis Iustino. Vorst. — Emenda ex Codicibus Romanis, *alitique Sicyone et Corinthi tyranni*; id est, ut creverint et alti evaserint. De iis qui rerum potiti erant Corinthi et Sicyone, egerat hoc libro Trogus. Verum de istis omnibus nihi habet Iustinus. Longuerue.

Sicroniae et Corinthio. Leg. *Sicyoniae et Corinthi tyranni*, de quorum regno Eusebius in Chronico, et Pausanias Corinth. *Bellum* autem *Criseum* mihi neque lectum, neque auditum est; suspicor legendum, *Thyreum*, de quo Herodotus I. 82. et Eusebius Chron. Bongars. — Historiam vide etiam apud Diodorum XV. 70. et XIV. 87. Freinshem.

Deinde bella Argolica et Messiania: coalitique Sicroniae et Corinthio tyranni. Sec. Leid. *Messiania, coalitique Sichromae et Corintho tyranni.* tertius, *Messianiana, coalitique Sicyoniae et Corinthio tyr.* Periz. *Messanico alitique Sicrone et Corinthio tyr.* Freinshemius legit *Messeniaca* vel *Messenica;* et *Sicyone* e MSS. Romanis Cl. Longueruaeus. Bongarsius, cuius coniecturam recepit editor Oxoniensis, malebat, *Sicyoniae et Corinthi tyranni.* Abr. Gronov.

CRISEUM. Vide notam praecedentem. Rutgersius Var. lib. V. cap. 7. *Crissaeum* legendum affirmat. Crissaeus sinus Straboni idem est qui Corinthiacus. Bellum autem occasione Corinthiae tyrannidis, *Corinthiacum* appellatum, modo citato loco Diodorus tradit, quod circum ea potissimum loca gestum sit. Potuit ergo simili de causa *Crissaeum* appellari. Meminit eius Strabo lib. IX. pag. 388. 30. Supplem. Curt. I. 5. 25. FREINSHEM. — Hoc quodnam sit, non satis dignosci potest. Coniicit tamen Bongarsius legendum esse, *bellum Thyreum*, de quo Herodotus lib. I. agit. Rutgersius autem *Crissaeum* legendum putat; idque dictum pro Corinthiaco. Vide V. 7. Var. Lect. eius. VORST. — *Bellum Criseum* vel *Crisseum* aut *Crisaeum*. Sic habent omnes Codd. MSS. Eo loci egerat Trogus de bello gesto a Clisthene tyranno Sicyoniorum contra Crissaeos aut Cirrhaeos. De quo legendus Frontinus lib. III. cap. 7. num. 6 et Pausanias in Phocicis. LONGUERUE. — Ed. Oxon. *Crisseum*. *Crissaeum* legendum monuit Rutgersius a Freinshemio laudatus. Adde animadvers. illustris Scaligeri ad Eusebium Chron. pag. 92. ABR. GRONOV.

ET QUOD [SCILICET BELLUM] ATHENIENSES PRIMO CUM BOEOTIS, DEINDE CUM PELOPONNESIIS GESSERUNT. Bellum Atheniensium contra Boeotios, et quod Peloponnesiacum praecessit, incidit in annum 2. Olympiadis 83. De quo consulendus Diodorus libro XII. LONGUERUE. — *Boeotis*. Tert. Leid. *Boetiis*. ABR. GRONOV.

PELOPONNESIIS. Quart. Leid. a sec. m. *Peloponnesibus*. Cantab. Coll. C. C. *Peloponensibus*. Scribe, *Peloponnensibus*: ut paullo ante, *Peloponnensium origines*. Iustinus III. 6. 5. *qui* (Lacedaemonii) *cum Messeniorum bello occupati essent, Peloponnenses immisere, qui bellum Atheniensibus facerent*. XIII. 5. 10. *qui Peloponnenses in societatem armorum sollicitaret*. Adde notam ad Iustinum XXVI. 1. 2. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. IV.

Nihil in hoc Prologo indiget emendatione. LONGUERUE.

CONTINENTUR RES SICULAE. Periz. *continentur haec. Res Siculae*. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. V.

QUOD DECELEICUM VOCATUR. Haec nescit interpres Italus. Periz. *vocant*. ABR. GRONOV.

UT EXPULSI SUNT ATHENIS. Periz. *sint*. ABR. GRONOV.

PROPTER GRISSUM. Lege, *Cyrum*. BONGARS. — Adde Xenophontem Hist. Graec. lib. III. a princ. FREINSHEM. — Legendum fortasse *Cyrum*, ut Bongarsius coniecit. VORST. — Emenda, *Cyrum*. Hic enim de Cyro iuniore filio Darii et Parysatidis agitur. In duobus Vaticanis et in Maximiano Codice legitur, *Cyricum*. LON-

uerue. — Pro *Grissum* Bongarsius restituit *Cyrum*. Periz. *pro-ter Cyricum adiutum*. Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. VI.

Bellum Lacedaemoniorum gestum in Asia. Pr. quart. Leid. *Asiam*. tert. *in Ariam*. Abr. Gronov.

Herculide. Vide Not. ad Iustin. VI. 1. 2. Freinshem. — Emenda, *Dercyllide*, vel *Dercullide*, ex Xenophonte, Diodoro et Plutarcho in vita Agesilai, et ita legitur in Codice 1. Vaticano. Longuerue. — *Herculides* iste vere est *Dercyllides* seu *Dercullides* memoratus a Xenophonte lib. III. Diodoro lib. XIV. Plutarcho in vita Artaxerxis, et in Apophthegm. Lac. imo Trogum Pompeium a ceteris vetustis scriptoribus non dissensisse mihi persuasum habeo. Veruntamen hanc vocem a librariis iamdudum corruptam fuisse in historiis Philippicis liquet. Nam praeterquam quod Priscianus lib. VI. apud genuinum Trogum legerit, *Is ab Herculide petito colloquio*, pro *Dercyllide*, Iustinus ibidem habet *Hercyllides dux*, et ex eo Paulus Orosius lib. III. cap. 1. *Hercillides*. Longuerue. — Periz. *Hercilide*, quam scripturam sequitur Italus interpres. Reliqui MSS. *Derculide* vel *Dercullide*. ed. Oxon. *Hercyllide*. Vide notas ad Iustinum VI. 1. 2. Abr. Gronov.

Cnido. Modii editio, *Cnidi*. Freinshem. — Satis recte *Cnido* pro *Cnidi*. Sic et Iustinus XVIII. 7. 8. *Rex Tyro decedit*. et XX. 3. 9. *Corintho nunciata victoria*. Vorst.

Repetiere imperium. Periz. *repetivere imp*. Abr. Gronov.

Dein bellum Corinthiacum. Idem, et quartus Leid. *deinde* L. C. Abr. Gronov.

Leuctrix et Mantinae. Scribe, *Leuctris et Mantineae*. Bongars. — Lege, *Leuctris et Mantinea*; et sic habent Codices tres Romani. Longuerue. — Periz. *quo Leutris* pro *Leuctris*. Cantab. Coll. C. *Mantina*. *Mantineae* legit Bongars. Abr. Gronov.

Alexandri Epirei. Emenda *Pheraei*. Alexandri Pheraei nomen restituendum videtur et Diodoro XV. 67. sub anno IV. Olympiadis CII. *καὶ καταλαβὼν* (de Pelopida loquitur) *τὴν ἀκρόπολιν φρουρουμένην ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος*. Lege ex Plutarcho in Pelopida, *τοῦ Φεραίου*. Bongars. — Quid opus *Epirei* relinquere, cum manifestum sit legendum esse *Pheraei*? *Coalitum*, ut supra in Prologo lib. III. *coaliti*. Vorst. — Emenda, *Pheraei*. Huius tyranni, qui fratrem habuit Iasonem, historiam lege apud Xenophontem lib. V. rerum Graecarum. Longuerue. — *Alexandri Pheraei* correxit Bongarsius. Abr. Gronov.

Coalitum. Vide supra Prol. III. Not. Freinshem.

Achaeis, et Phodiis. Emenda *Rhodiis*. Bongars. — Lege, *a Chiis, et Rhodiis*. Primus Codex Vaticanus habet, *ab Achaeis et Rhodiis*. Secundus Codex, *ab Achaeis et Phocensibus*, cui continit codex Maximianus. Attamen de emendatione nostra nil dubi-

tandum: nam bellum illud sociale, quod a Chiis, Rhodiis et Byzantiis gestum fuisse constat, nihil ad Achaeos et Phocenses pertinet. Vid. Diodor. lib. XII. LONGUERUE. — *A Chiis et Rhodiis* emendavit Cl. Longueruaeus e Diodoro lib. XVI. cap. 8. ubi ait: *Οἱ Ἀθηναῖοι, Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κώων, ἔτι δὲ Βυζαντίων ἀποστάντων, ἐνέπεσον εἰς πόλεμον τὸν ὀνομασθέντα συμμαχικὸν, διέμεινεν ἔτη τρία.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. VII.

ORIGINES MACEDONICAE. Periz. *or. Macedoniae.* ABR. GRON.

MAGNUM PHILIPPUM. Ceteris regibus praestitisse *καὶ τῇ τύχῃ καὶ τῷ τρόπῳ* Plutarchus in Apophth. 29. ex Theophrasto refert. Inde ergo Philippicae historiae Trogi, quod hic regum maximus Philippus Macedonici imperii prima fundamenta, eaque firmissima iecerit. Trogi autem historia nihil aliud, quam Macedonica historia. BONGARS. — *Magnum* appellasse ipse Trogus videtur. Certe totam suam historiam Trogus *Philippicam* dixit, quod Philippus regum maximus fuit, imperiique Macedonici amplissimi fundamenta iecit. VORST.

MATHONEM. Vide Not. ad Iustin. VII. 6. 14. FREINSHEM. — Lege hic et in seq. Prologo *Methonem.* Scribitur enim per *E* in omnibus antiquis. Recentiores vero per *O* scribunt *Motho*, unde *Mothon* Gallice. LONGUERUE. — *Methonem* h. l. et seq. prol. legit Cl. Longueruaeus. Periz. *Mathonem.* ABR. GRONOV.

POENUM. Scribendum *Poeonum.* BONGARS. — Lege *Poeonum.* Sic habent duo Codices Colbertini. LONGUERUE. — Quartus Leid. *aepoenum.* primus, *Paenum* pro *Paeonum*, quomodo legendum existimabat Bongarsius. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. VIII.

INTERFECTUMQUE. Lege *interiectumque.* BONGARS. — Sic MS. Reg. FREINSHEM. — Lege: *interiectumque huic* (bello sacro contra sacrilegos Phocenses scilicet) *bellum quod Philippus cum Chalcidicis urbibus gessit.* Merito reponimus, *interiectum*; nam saeviente bello sacro, Philippus, rex Macedonum, bellum Chalcidicum confecit, et Olynthum delevit. Codices tres Romani sic ferunt, *interiectum.* LONGUERUE. — Periz. *interiectumque*, quomodo emendavit Bongarsius. Idem MS. cum primo et secundo Leidensi dat *hinc bellum.* ABR. GRONOV.

CALCHIDONIIS. Lege *Chalcidoniis.* BONGARS. — *Chalcidicas* urbes, *τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις* appellant Diodorus XVI. 53. Suidas in voce *Κάρανος.* ubi de hac expeditione loquuntur. Thucydides II. 15. et alibi *Χαλκιδέας.* Chalcidonii nusquam, quod sciam, leguntur. FREINSHEM. — Bongarsius legendum censet *Chalcidoniis.* Sed insolens haec vocis forma est. Legendum ergo potius *Chalcidi-*

lo: indeque ipse Iustinus emendari potest. Vid. sup. Notas ad VIII. 3. 6. Vorst. — Pr. sec. Leid. *Aachidoniis.* quart. *Calchidonis.* Thuan. a pr. m. *Calchidionis.* à sec. *achidoniis.* Periz. *Caldicis* corrupte pro *Chalcidicis*, quomodo legendum suspicabatur Freinshemius; cuius coniecturae favet interpres Italus, qui hunc locum ita vertit: *et la guerra fatta da Philippo con le città di Caldia.* Abr. Gronov.

Ut Illyrici reges ab eo victi sunt; et Thracia atque Thessalia ab eo subactae. *Tà ab eo* posteriore loco in pr. tert. quarto Leid. Coll. N. C. Thuan. Cantabr. et MSS. Fuldensibus desiderantur, iisdemque consentit interpretatio Italica. Quart. Leid. *victi sunt.* Coll. C. C. *ut Thracia.* Abr. Gronov.

Ab eo subacta. A membranis meis absunt illa, *ab eo*, et recte. Quid enim, cum praecesserint, statim illis hic repetitis opus est? Modius.

Electo. Scribe, *eiecto Aryba.* Bongars. — Scribe, *deleto*, id est mortuo, seu morte deleto. Legendus Diodorus lib. XVI. Longuerue. — Bongarsius malebat *eiecto.* Versio Italica: *Et come Alessandro fu fatto Re in Epiro havendo cacciato Arisba.* Pr. Leid. *erepto ab Ar.* praepositione, tamquam superflua, duobus punctis notata. Hinc forte legendum *ereptae Arrybae.* Ita enim Iustinus XVIII. 6. 7. *Cum igitur* (Alexander) *ad viginti annos pervenisset, ereptum Arrybae regnum puero admodum tradit.* Tert. quart. Leid. *Arybba.* Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. IX.

Bizanti. Mod. edidit, *Bizantii.* Freinshem. — Periz. *Bizantii orig.* Abr. Gronov.

Repetitae inde Scythicae res. Periz. *Rep. deinde Scythiae res.* Abr. Gronov.

In quibus illas prius finierat. Ita confidenter scribendum videri dico ex vitiosa Bongarsianorum Codicum scriptura: *in quibus illa prius finierant, usque ad* etc. et altera non multo in quibusdam meliore nostrorum Codicum: *in quibus illas prius finieramus, quae ad* etc. Modius. — Modius confidenter scribendum dicit, *in quibus illas prius finierat*, tam ex Bong. Codicum scriptura, quam suorum: in quibus, *illas prius finieramus quae ad* etc. Videtur autem, si quidem malimus explicare auctores quam corrigere, retinenda Bongarsianorum MSS. lectio, ut mendo vacans. *Finierant* enim passivam vim habet, ut sexcenta alia. Ista porro locutio, ut illa verba *res Scythicae* referantur ad vocabulum *illa*, mira videri non debet, cum optimis auctoribus talia exciderint, saepius ad res ipsas quam verborum constructionem intentis. Ita Terentius Eun. I. 2, 87. *Eunuchum dixti velle te: quia solae utuntur his* (hoc est, Eunuchis) *reginae.* Item Sallust. Catil. 56. 6. *Servitia repudiabat, cuius initio ad eum magnae copiae concurrebant.* hoc est, cuius rei, servitiorum, ut

Priscianus explicat. FREINSHEM. — Ita Ulpianus L. 14. §. 4. D. Qui et a quibus manumitt. *Etsi bona gratia finierit matrimonium*. Periz. *in quibus illas prius finieramus, usque ad Ph. b.* tertius Leid. *in quibus illa prius finieramus quae ad Ph. b.* quartus: *in q. illa finieramus, quae ad Ph. b.* ABR. GRONOV.

MATHEA. Legendum *Athea,* docui ad Iustinum IX. 2. 1. Ponticarum gentium antiquissimum regem Atheam commemorat Florus III. 5 pr. qui in MSS. dicitur *Etas*. BONGARS. — Sic et plerique Codices Iustini habent. Sed unus tamen teste Bongarsio habet *Atheam*, quomodo apud Iustinum Bongarsius et rescripsit. Sed et ceteri omnes, qui mentionem huius regis fecere, *Ἀτίαν* vel *Atheam* vocarunt. VORST. — Tolle litteram *M* et lege *Athea*, ut Iustinus cap. 2. ex Trogo habet, cui concinunt Diodorus et alii omnes. LONGUERUE.

GRAECIAE BELLUM INTULIT. Lege, *Graecis bellum intulit*. LONGUERUE.

VICTUSQUE CHERONEAE. Scribendum *victorque Chaeroneae*. BONGARS. — Emenda, *victisque*. A Philippo enim foederatos Graecos victos fuisse Chaeroneae nemo ignorat. Codex primus Vaticanus habet: *victisque Ceroneae*. LONGUERUE. — Periz. et primus Vaticanus, *victisque Chaer.* ABR. GRONOV.

OCCUPATUS ANGUSTIIS. Emenda, *occupatis angustiis*. Sic habent omnes Codices MSS. Romani. LONGUERUE.

NUPTIARUM FILIAE. Deest vox *die*. BONGARS. — Periz. *nuptiarum filiae die occ. est*. Quomodo ex coniectura legit Bongarsius. ABR. GRONOV.

REPETITAE RES INDE PERSICAE A DARIO. Periz. *Rep. deinde res P. ab D.* Quart. Leid. *ab Dareo*. ABR. GRONOV.

NEMONE. Hic et sequenti libro scribe *Mnemon*. BONGARS. — Periz. hic et seq. prol. *Nemon* pro *Mnemon*. ABR. GRONOV.

GNIDO. Plerique MSS. *Cuido* pro *Cnido*, quomodo edidit Modius. Supra prol. VI. *praelium navale factum Cnido*. Periz. *Grado*. Interpres Italus hoc urbis nomen omittit. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. X.

ANNEMON. Vide proxime praeced. notam. FREINSHEM. — Lege *Mnemon*. Et sic habent Codices Vaticani. LONGUERUE.

ACE. Strabo XVI. pag. 321. 43. *Πτολεμαῒς μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον, ᾗ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι. Ptolemais magna urbs, prius Ace nominata, hac Persae receptaculo adversus Aegyptum utebantur.* Emendandus Probus Datame: *et nuntium ad exercitum acrem misit*. Leg. *Acen*. BONGARS. — Codices quidam habent *Accon* pro *Ace*. LONGUERUE.

IN CADUSIIS. Meminit Probus Datame. BONGARS.

EFFECTORES. Lege *defectores*, ut Prologo lib. III. Diodorus XV. 91. *τοὺς ἀφεστηκότας. eos qui defecerant*, Probus. cui prae-

ectus seu dynastes Paphlagonum est *Thyus*, in V. C. *Thuys*. *Ariobarzanes* Diodoro XV. et Gemisto, qui ex Diodoro exscripsit, praefectus Phrygiae: Probo, Lydiae et Ioniae, totiusque Phrygiae: cùm Lydiam Autophradati Diodorus tribuat. *Orontes* illis est satrapes Mysiae. BONGARS. — Emenda, *defectores in Asia purpuratos*, seu satrapas. Hanc restitutionem Maximiano Codici debemus. LONGUERUE.

PRIMUM DOPANEM. Vide not. praeced. Ceterum *Datamen* hic legendum patet ex Diodoro XV. 91. Polyaeno lib. VII. Nec obest, quod Paphlagonum praefectus hic dicitur, cum Cappadocum fuerit: nam et illam regionem occupavit. Probus in vita. FREINSHEM. — Lege *primum Datamen praefectum Paphlagonum*, *quorum origo repetita*. Datames erat ille praefectus Paphlagonum, qui contra Artaxerxem rebellavit, de quo lege Diodorum et Aemilium Probum, seu Cornelium Nepotem cum notis eruditissimorum virorum ad vitam huius Datamis. LONGUERUE.

PRAEFECTUM PAPHLAGONAON. Fortasse leg. *praefectum Paphlagonum: origo Paphlagonum repetita*. BONGARS. — Forte etiam legi possit *Paphlagonum: eorum origo repetita*. ut ista vox in posterioribus antecedentis syllabis delituerit. FREINSHEM.

ORIGO REPETITA. Lege, *quorum*, Paphlagonum puta, *origo repetita*. VORST.

IPSE IN CADUSIIS VICTOR: EFFECTORES IN ASIA PURPURATOS SUOS PERSECUTUS, PRIMUM DOPANEM PRAEFECTUM PAPHLAGONAON ORIGO REPETITA. Sec. tert. quart. Leid. *Cadusis*. Sec. et Periz. *defectores in Asia*, idemque in Maximiano Codice reperit Cl. Longueruaeus. Infra prol. XXVII. *Ut defectores Gallos Megaris delevit*. et XXX. *persecutus defectores*. *Datamen* pro *Dopanem*, et *Paphlagonum: eorum origo repetita*, legit Freinshemius; *Paphlagonum*, *quorum origo repetita*, Vorstius. Modius edidit, *praefectum Paphlagonum*. *Paphlagonum origo repet*. Periz. *praefectum*, *Paphlagonum origines repetitae*, ut supra prol. I. *Repetitae Aegypti origines urbium*. et II. *Hinc origines Athenarum repetitae*. ABR. GRONOV.

IN SYRIA PRAEFECTUM. Lege, *dein Syriae praefectum*. Huius Syriae praefecti nomen non omiserat Trogus, neque autor Prologorum. Verum neglexit haec omnia Iustinus. Diodorus vèro, qui narrat Syriam ab Artaxerxe defecisse, nomen Satrapae omisit. LONGUERUE.

ARMENIAE ORONTEM. Lege, *ac Mysiae Orontem*. Nam Orontes, ut habet Diodorus, satrapa erat Mysiae in Asia minore, non Armeniae. LONGUERUE.

IN OMNIBUSQUE. Abundat τὸ *in*, natum ex ultima litera vocis *Orontem*. BONGARS.

ORONTEM, IN OMNIBUSQUE VICTIS DECESSERIT. Sec. Leid. *Orontium*. pr. tert. quart. Coll. C. C. Cantabr. *Oronti*. Periz. *Oronti neminibusque victis*. Pr. Leid. *decessit*. ABR. GRONOV.

SIDON ACCEPIT. Lege, *Sidona cepit*, ex Diodoro XVI. 45. et Gemisto lib. II. qui cum soleat exscriptor esse Diodori, Mentorem

facit Rhodium, ducem auxiliariorum; Tennen autem regem Sidoniorum, contra quam Diodorus, cui Mentor rex est, Tennes Rhodiis dux. Bongars. — Lege, *Sidona cepit.* Longuerue. — Bongarsius legit *Sidona cepit.* Italus interpres: *questo dopoi prese Sidonia.* Abr. Gronov.

Ter. Forte numeris expressa fuit haec vox III. et legi oportuit *tertium*, vel *tertius*, nempe post Cambysen et Artaxerxen. Freinshem.

Arfen. Straboni, extremo lib. XV. est *Νάρσης.* Freinshem. — Italus interpres, *Tarsen.* Lege *Arses.* Abr. Gronov.

Deinde reus. Haec ita emenda: *Dein Dareus, qui cum Alex.* etc. Bongars. — Emenda: *regnavit Arses, dein Dareus*, vel *Darius*, qui cum Alexandro Macedone conflixit. Longuerue. — Periz. *deinde Darius, qui.* Vox *bello* in eodem desideratur. Iustinus XI. 14. 3. *quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere.* Pr. Leid. Coll. C. C. *bellum conflixit.* Italus interpres: *Doppo Reo, ilquale combattette con Alessandro Re di Macedonia.* Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XII.

Molossaque. Scribe, *Molossoque.* De Archidamo, pro Tarentinis contra Lucanos pugnante, interfecto, Diodorus XVI. 64. et Gemistus II. Bongars. — Alexander, rex Epiri, *Molossus* vocatur, quomodo Iustinus Arrybam, quem VIII. 6. 4. *regem Epiri* vocat. VII. 6. 11. *regem Molossorum* appellat. Ad quem locum quod rectius regem Epiri, quam regem Molossorum vocatum diximus, id nunc retractamus. Apparet enim ex XVII. 3. 1. in Epiro Molossorum primum regnum fuisse. Vorst. — Emenda, *Molosso.* Longuerue.

Quorum ibi est uterque. Verissima scriptura; quam tamen temerare ausi edidere: *ubi est cum exercitu deletus.* Nempe de Archidamo non legerant. Freinshem.

Origines Italicae Apulorum, Lucanorum, Samnitum. *Lucanos* ex membranis nostris audacter hic inserui. Neque enim verisimile est hos ab auctore omissos, quorum vel maxime causa in Italiam traiecit Alexander Molossus, a quibusque, postquam gravia cum iis diu bella gessisset, interfectus est. Vide Iustini Epitomam XII. Modius. — Modius *Lucanorum* ex membranis suis inserit. Freinshem. — Editi habent: *Origines Italicae Apulorum.* Sed Maximianus Codex habet, *Italicae populorum:* Vaticani duo, *Italiae populorum.* Addit Maximianus Cod. *Lucanorum.* Codices Colbertini recte habent, *Apulorum, Lucanorum et Samnitum.* Longuerue. — Pr. sec. tert. Leid. Fuldenses, *Apulorum, Lucanorum, Samn. Sab.* Periz. *Add. his or. Italicae populorum Lucanorum, Sanniasicum, Sab.* Mendosus quoque hoc loco fuit Codex, quem usurpavit Interpres Italus. Is enim ita vertit: *A queste cose seg-*

giugne l'origine de Itaglia di Puglia di Lucania di Samo et di Sabini. Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XIII.

Phitone. Lege, *Pithone.* Longuerue. — *A Pithone* legit Freinshemius in Indice Curtii v. *Pithon.* Abr. Gronov.

Lamsacum. Leg. *Lamiacum.* Bongars. — Emenda, *Lamiacum.* licet vox illa corrupta sit in omnibus codicibus Romanis et Colbertinis. Longuerue.

Bellum quo Perdiccas regem Ariarathem occidit, et occisus est. Vereor ut hoc absque libris restitui possit: interim ut sententia constet, legamus, *occidit; is ut deinde occisus est.* De nece Perdiccae lege Diodorum XVIII. 34. et Probum Eumene. Bongars. — Itane Perdiccas occisus est in bello contra Ariarathem? Absurdum plane. Itaque pauculae voces addendae ex Iustino, *occidit*, *et* (*ut ipse Aegyptum cum exercitu petens*) *occisus est.* Longuerue. — Periz. *Perdica* pro *Perdicca*, quomodo hoc nomen in primo casu efferre solet Iustinus, ut VII. 2. 1. et 5. 6. XIII. 2. 3. et 4. 7. Abr. Gronov.

Occidit, et occisus est. MSS. nesciunt coniunctionem. Videntur ex iisdem excidisse particulae, *et ut.* Abr. Gronov.

Et Craterum occidit. Rectius hic de Cratero, quam a Iustino in Epitome huius libri de Polyperchonte tum occiso proditum est. Nec tamen in Iustino aliquid mutandum videtur. Vide Notas in eum. Vorst. — Leidenses, Coll. C. C. *Cratereon.* Periz. *Cratherona.* Thuaneus et Italus interpres: *Crateron.* Vide notam ad Iustinum XIII. 6. 15. Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XIV.

Eumenem. Tres Leidenses, *Eumenen.* Abr. Gronov.

Sic Phrygia maiore Aridaeum, et Cliton. Atqui Phrygiam maiorem obtinebat ipse Antigonus. Et praeterea quid Clito cum Phrygia? qui praesidere classi iussus erat. Quae sequuntur, non sunt veriora. MS. Lugdunensis pro *maiore* legebat *minore.* Sic itaque legendum: *quem ut Cappadocia expulit Antigonus, sic Phrygia minore Aridaeum. Ut Clitus victus in Hellesponto navali bello.* De strategemate autem, quo usus est Antigonus in devincendo Clito, vide Diodorum. Voss. — Legendum sine dubio, ut coniecit Vossius, *ut Clitus victus in Hellesp. n. b.* Clitus enim classi praeesse iussus erat. Neque cum Phrygia, de qua praedictum, quicquam ei negotii. Vorst. — Optime habent Codices duo Colbertini, *Phrygia minore:* nam Satrapa, non rex Aridaeus praeerat Phrygiae minori ad Hellespontum. Consule Diodorum lib. XIX. Hunc Aridaeum bello lacessivit Antigonus. Longuerue. — Pr. sec. quart. Leid.

Cantab. Coll. C. C. *Phrygia minore*, idemque in suo Codice reperit interpres Italus. ABR. GRONOV.

ET CLITO. Adde *Lydia*, cui praeerat Clitus, quem oppugnavit Antigonus. Licet haec vox *Lydia* nullo in codice legatur. Adde insuper, *et ut a Clito*, et post sequitur, *victus* etc. LONGUERUE.

ET CLITON: VICTUS IN HELLESPONTO. Vossius malebat, *et Clitus victus:* verum ad vulgatum propius accedit, *et Clitos victus.* Periz. *et Cliton victos in Hell.* ABR. GRONOV.

POLYPERCHONTERE, CAPTAQUE. Legendum arbitror, *Polyperchonte, receptaque a defectore Munychia, matrem Alexandri Olympiada, Pydnae obsessam interfecit.* BONGARS. — In MSS. valde corrupta haec erant, et sic quidem, *victo Polyperchontere captare adfatorem Mychia.* Scripsi ergo, ut legendum probabiliter coniecit Bongarsius. VORST. — Corruptissimum hunc locum ope duorum Vaticanorum Codicum et Maximiani emendavimus. Habent enim: *victo Polyperchonte receptaque a Nicanore Micina matrem Alexandri Olympiadem interfecit.* Lege, *receptaque a Nicanore Munichia.* Editi ex Codicibus aliis MSS. sic habent: *Olympiadanae obsessam interfecit.* Legendum, *Olympiadem Pydnae obsessam.* His autem subde ex duobus Colbertinis Codicibus, *et captam ad favorem populi*, id est, favente populo, *interfecit*, quod ipse Trogus asseverat. *Cassander*, inquit Iustinus, *Pydnam venit, et urbem obsidione cingit . . . Olympias victori se tradidit . . . ad concionem vocato populo, Macedones sine respectu maiestatis pristinae occidendam decernunt.* lib. XIV. cap. 6. LONGUERUE.

OLYMPIADANAE. Vide not. praecedent. Bongarsii. FREINSHEM.

OLYMPIADA PYDNAE OBSESSAM. *Pydnae* quoque ex probabili coniectura Bongarsii est. In MSS. *Olympiadanae.* VORST.

UT IN MACEDONIA CASSANDER, VICTO POLYPERCHONTERE, CAPTAQUE AD FATOREM MYCHIA MATREM ALEXANDRI OLYMPIADANAE OBSESSAM INTERFECIT. Sec. Leid. *victo Polyperchonte*, *captaque.* Periz. *victo Polyperchonte, receptaque a Nicanore initia.* Coll. C. *Olympiaden obs.* Pro *Mychia et Olympiadanae* Bongarsius legit *Munichia* et *Olympiada Pydnae*, quomodo etiam edidit Modius. Dein Thuaneus et duo Colbertini, *obsessam et captam* (Thuan. *captamque*) *ad favorem populi interfecit.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XV.

QUINDECIMO VOLUMINE. Pr. sec. quart. Leid. *Quinto decimo vol.* Italus interpres: *Nel quintodecimo volume.* ABR. GRONOV.

ANTIOCHI. Scribe, *Antigoni.* BONGARS. — Sic Reg. MS. FREINSHEM. — Manifestum, legendum esse *Antigoni* pro *Antiochi.* VORST. — Lege, *Antigoni.* Nam Demetrius iste est *Poliorcetes*, Antigoni filius: et sic habent Codices Romani et Colbertini. LONGUERUE. — Periz. Coll. C. C. *Dem. Antigoni f.* Interpres Italus:

Come Demetrio figliuolo d'Antigono fu vinto da Ptholomeo à Thara. ABR. GRONOV.

GAZAE VICTUS EST A PTOLOMAEO. Hic Prologus congruit cum Diodoro, et aliis Graecis scriptoribus, quod Demetrium *Gazae* victum scriptum in eo est. Iustinus XV. 1. 6. *apud Gamalam* factum ait, urbem alteri vicinam. VORST.

POLYPERCONUTES. Emenda, *Polyperchontes.* Is Herculem Barsines filium corruptus a Cassandro interfecit. Plutarchus περὶ δυσωπίας II. 7. Diodorus XX. 28. Pausanias Boeot. FREINSHEM. — Quod Polyperchontes is fuerit, qui alterum Alexandri filium, nomine Herculem interfecit, id epitomator Iustinus referre neglexit. Tantum utrumque filium Alexandri a Cassandro interfectum scribit XV. 2. 3. Quod quidem et verum est, si sic intelligatur, unum eorum per Polyperchontem eum interfecisse, quod ut Polyperchontes id faceret, magnis promissis eum induxit. VORST. — Lege *Polysperchontes.* LONGUERUE. — Periz. *Polyperconthes.* Pr. Leid. *Polyperchontes.* ABR. GRONOV.

AB OBSIDIONE RHODI SUMMOTUS EST. Periz. *Rhodiorum.* ABR. GRONOV.

DEIN PATER EIUS ANTIGONUS. Periz. *deinde p. e. A.* ABR. GRONOV.

REPETITAE SELEUCI RES. Tert. quint. Leid. Thuan. *Repetitae quam S. res.* Lege, *Repetitaeque.* Italica interpretatio: *et toccasi è fatti di Seleuco.* ABR. GRONOV.

A FILIO COLLECTAE. Cod. Maximianus habet, *collecta a Demetrio.* Melius Colbertini, *a filio eius sunt collectae Demetrio.* LONGUERUE.

LEONIMIDIAE. Leg. *Leonidae.* BONGARS.

ET LEONIMIDIAE INDE. Emenda: *Cleonymi deinde Spartani res gestae Corcyrae et in Illyrico, et in Italia.* Quas res prosequitur fuse Diodorus: nec omisit Livius. Primus Codex Vaticanus et Maximianus habent: *Et Leonymi deinde Spartani.* LONGUERUE.

UT VICTUS BELLO ANTIGONUS INTERIIT; RELIQUIAEQUE IMPERII SUNT A FILIO COLLECTAE: ET LEONIMIDIAE INDE SPARTANI RES GESTAE CORCYRAE. Vatic. Maxim. Periz. *et Leonymi* (Periz. *Leonimi*) *deinde Spartani. Cleonymi* pro *Leonymi* correxit Cl. Longueruaeus. Colbertini et Thuan. *int. reliquiaeque imperii a filio eius sunt collectae Demetrio.* Italus interpres: *et lo auanzo della sua signoria fu ricolto da Demetrio suo figliuolo. Poi le cose fatte da gli Spartani à Corcira.* ABR. GRONOV.

QUI ABLATA. Lege, *cui ablata.* BONGARS. — Emenda, *utque abactus Corcyra rex Cassander interiit.* Vide Diodorum in Excerptis lib. II. Hic nihil subsidii lucisve adserunt Codices. LONGUERUE. — Pro *qui* Bongarsius legit *cui.* Simili errore in Codice Pandectarum Florentino, in Epistola III. §. 17. Imp. Iustiniani, scriptum est, *qui soli concensum est leges et condere et interpraetare.* atque in eodem et editione Taurellii L. 1. D. de Off. eius, cui mand. *Ut is,*

qui obtigerit exercitio, poscit eam, si proficiscatur, mandare. et L. 4. *vel si qui damni infecti non caveatur.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XVI.

QUO MOX EVICTUS A PYRRHO. Malim legere, *quo mox eiectus a Pyrrho.* Pyrrhus enim, ut auctor Iustinus, citra sanguinem, imo sine certamine corrupto Demetrii exercitu, ipsoque in fugam acto, invasit Macedoniae imperium. MODIUS. — Probo coniecturam Modii rescribentis *eiectus.* Et sic MS. Reg. FREINSHEM. — Editum est, *evictus.* Sed rescripsi, ut Modius legendum coniecit; praesertim cum in uno quoque MS. manifeste ita lectum fuerit. VORST. — Lege, *a quo mox evictus.* Codd. Romani MSS. habent, *quo mox victus.* LONGUERUE. — Periz. *eiectus*, quomodo legendum coniecerat Modius. ABR. GRONOV.

PTOLEMAEUS NUNCUPATO SUCCESSORE. Periz. *Ut Ptol. n. s.* ABR. GRONOV.

MISSUS AB ANDROMACHE. Scribe, *ab Dromichaete.* Iustino XVI. 1. 9. *Doricetes* dicitur. BONGARS. — Ex MSS. editum est, *missus Andromache.* Sed optime coniicit Bongarsius legendum esse, *ab Dromichaete.* Nam et historia congruit, et *Dromichaetem* regem Thraciae fuisse ex aliis constare potest. Suntque veri nominis melioris vestigia hic quam in Iustino. Hic enim XVI. 1. 19. *Doricetem* vocat. VORST. — Lege, *ac dimissus est a Dromichete;* rege scilicet Scythiarum et Getarum. Lege Diodorum in Excerptis Valesianis, seu Peiréscianis. Codices Vaticani legunt, *a Romiche*, Maximianus, *a Romuche.* Hic Thracum rex male apud Iustinum appellatur *Doricetis;* nec de isto eadem narravit Iustinus, atque ipse et Trogus, ut ex hoc prologo liquet. Diodorus et Strabo. Polyaenus lib. VII. Bene hunc Thracum regem nominat *Dromichaetem*, sed ab ipso Lysimachum cum integro exercitu interemptum fuisse falso asserit. LONGUERUE. — Periz. *missus a Dromiche.* Longueruae legendum videbatur *dimissus*, et Bongarsio, *ab Dromichaete.* ABR. GRONOV.

CLEARCHUS. Lege ἐκλογὰς Memnonis, Diodorum XV. 16. 20. hic Satyri non meminit: et Dionysii filii eidem sunt Ζάθρας καὶ Κλέαρχος. Ex Memnone videtur legendum, Ὀξάθρης καὶ Κλέαρχος. BONGARS.

SATYRUS ET DIONYSIUS, QUORUM FILIIS INTERFECTIS LYSIMACHUS OCCUPAVIT URBEM. Lege, *cuius filiis interfectis* etc. Dionysii nempe filios Clearchum et Oxathrem interfecit Lysimachus. Lege Memnonis Excerpta in Bibliotheca Photii. Omnes MSS. Codices habent *quorum*, numero multitudinis, at perperam. LONGUERUE.

PROLOG. LIB. XVII.

UT LYSIMACHUS. Vide Excerpta ex Memnonis historiis. BONGARS.

ULTIMUMQUE CERTAMEN COMMILITONUM ALEXANDRI FUIT. Avus malebat, *quod ultimum c.* ABR. GRONOV.

SELEUCUS AMISSIS etc. MSS. ed. Bongarsii et Modii, aliaeque, *ut Seleucus am.* ABR. GRONOV.

CUM DIODORO COPIIS. Lege *cum Amynta*, ut narrat Diodorus, *Copiis interfectus est.* Nullus enim fuit Diodorus Macedonici exercitus dux. Sed exercitui illi praefuit Amyntas, ut legitur apud Diodorum in Excerptis lib. XXXI. pag. 894. his verbis: *Ἀριαράθης τὸν μὲν τῶν Μακεδόνων στρατηγὸν Ἀμύνταν ἀπέκτεινεν. Ariarathes*, regis Cappadociae filius, *Amyntam Macedonum ducem interfecit.* Imperiti autem librarii omisso *Amyntae* nomine, Diodorum nobilissimum historicum, quem ad testimonium adduxerat Trogus, pro duce Macedonum habuerunt. LONGUERUE.

PTOLEMAEUS COGNOMINE CERAUNUS. Scribe, *Ptolemaeus iste cognomine Ceraunus.* Nam secus quivis arbitraretur fratrem Arsinoes, cuius supra meminit auctor Prologi, alium fuisse a Ptolemaeo Ceraunо, quod falsum. Immo suppleri debet vox *iste;* quamvis in Codd. MSS. vocula illa reperta non fuerit. LONGUERUE. — Legendum forte, *in cuius vicem idem Ptolemaeus.* De Ptolemaeo Ceraunо eadem tradit Memnon cap. 18. *καὶ ἵππου ἐπιβὰς, πρὸς Λυσιμαχίαν φεύγει· ἐν ᾗ διάδημα περιθέμενος, μετὰ λαμπρᾶς δορυφορίας κατέβαινεν εἰς τὸ στράτευμα, δεχομένων αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης καὶ βασιλέα καλούντων, οἳ πρότερον Σελεύκῳ ὑπήκουον.* ABR. GRONOV.

CUM ANTIOCHO ET PYRRHO. Adde *Antigono*, quamvis MSS. hoc nomen taceant, et scribe, *cum Antiocho, Antigono et Pyrrho*, ex Plutarcho in vita Pyrrhi. LONGUERUE.

PROLOG. LIB. XVIII.

SIDONIS. Mallem, *Sidoniorum;* ut habet Codex Maximianus. LONGUERUE.

ET VELIAE CARTHAGINUMQUE. Ex Iustino lege *Uticae.* Veliam enim Strabo lib. VI. initio, auctor est a Phocaeensibus conditam. BONGARS. — Alii ediderunt *Tyri.* FREINSHEM. — Emenda, *Uticae Carthaginensiumque.* Nam *Uticam* a Phoenicibus conditam ex Trogo memorat Iustinus. Codices omnes eam praeferunt lectionem *Veliae*, at *Velia* a Phoenicibus condita nulla prorsus est. LONGUERUE. — Lege, *Carthaginiensiumque.* BONGARS.

ORIGINES PHOENICUM, ET SIDONIS, ET VELIAE CARTHAGINUMQUE RES GESTAE IN EXCESSU DICTAE. Periz. *et Sidoniorum, et Veliae.* Pro *Veliae* Bongarsius et Longueruaeus recte emendarunt *Uticae* ex Iustino, qui XVIII. 4. 2. de Tyriis scribit: *Ante cladem dominorum cum et opibus et multitudine abundarent, missa in Africam iuventute, Uticam condidere.* Porro Periz. *Carthaginenses que res in exc. d.* Bongarsius malebat, *Carthaginiensium.* Versio Italica: *et per digressione si dicono le cose fatte per li Carthaginesi.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XIX.

In Africam. Scribe *in Africa.* et paulo post, *in Sicilia.* Quae sequuntur, ita deformata sunt, ut nulla fere historiae species appareat. Bongars. — Retineri tamen posset ista lectio. Vide not. ad Iustin. III. 1. 1. Freinshem.

Per rubellum annorum. MS. P. Pithoei adscriptum habet, *per Asdrubalem, Amilcarem et Annonem*, quod absque dubio rectum est. Bongars. — Aeque monstrose, nisi quod nonnihil propius accedunt ad Pithoei Codicis scripturam, habent nostrae membranae, *per su bellum annonum gestae.* Porro ex earundem nostrarum membranarum item vitiosa scriptura, *quadsidione Syracusarum*, ubi habebant libri Bongarsii, *quod obsidione*, non timide reposui: *quoad obsidione Syracusarum exercitum et classem amisit.* Modius. — Modii libri, *per subellum annorum.* Alii edidere, *per numerum multorum annorum.* Freinshem. — Emenda, *in Africa per Asdrubalem, Amilcarem et Hannonem gesta.* Simili modo habent Codices Colbertini, et Maximianus. Vaticanus alter *per Amonem.* Longuerue.

Undevicesimo volumine continentur res Carthaginiensium in Africam per rubellum annorum gestae. Pr. Leid. *Nono decimo vol.* Periz. *Nono decimo vol. continentur haec. Res C. in A. per rubellum Hannonem gestae.* Pithoeanus a sec. m. Colbertini et Maximianus, *per Asdrubalem, Amilcarem et Hannonem.* Pith. *Annonem.* Thuan. *per Hasdr. Hamilc. et Hannonem.* Iisdem suffragatur interpretatio Italica: *Nel decimonono libro si contengono è fatti de Carthaginesi in Affrica sotto Asdrubale, Amilcare, Anone.* Abr. Gronov.

In Siciliam. Vide praecedent. not. init. Prol. Freinshem.

Et in Siciliam cum Selinum, Temetegantum, et Gamerinam, et Gelam ceperunt. Haec ita legenda coniicio, *cum Selinuntem, et Agrigentum, et Gam. et Gel. cep.* Est autem *Gamerina* aliter *Camerina.* *G* et *C* invicem permutantur, *κυβερνῶ, guberno; gladius* Varroni a *clade, ἐκκλησία* nobis est *eglise.* Et in MSS. *Cobrias, Gobryas; adici* pro *adigi.* Graecis *Καμαρίνα*, Strabo, Stephanus. Bongars. — Pro *Selinum* legendum videtur *Selinuntem:* et pro *Temetegantum, Agrigentum.* Vorst. — Lege, *et in Sicilia cum Selinuntem et Agrigentum et Camarinam et Gelam ceperunt* etc. Romani Codices non habent vocem *Gelam;* sed ex Codicibus Colbertinis alter *Gelam*, alter vero *Geram* habet. Legendum, *Gelam.* Longuerue. — Coll. C. C. *et Gamerinam.* Periz. *et in Sicilia, cum Selinuntem et Tagantum et Camerinam ceperunt.* Voces *et Gelam* quoque desiderantur in Codicibus Romanis. *Selinuntem et Agrigentum* legit Bongarsius, et *Camarinam* Longueruaeus. Porro in Codice, quem secutus fuit Italus interpres, haud male scriptum fuisse videtur, *et ut in Sicilia Sel.* Ita enim ille: *et come in Sicilia gli pigliorono Silino, Temetegato, Gamorina et Cela.* Abr. Gronov.

PHOENI PER HOMILCONEM. Scribe, *Poeni per Imilconem.* BONGARS. — Lege, *Poeni per Himilconem gesserunt, quo* etc. et ita legitur in Codice Maximiano. LONGUERUE. — Italus interpres: *sotto i Milcone.* Lege, *sotto Imilcone.* ABR. GRONOV.

QUOD. Modii MSS. *quadsidione:* ex quo ipse facit, *quoad obsidione.* FREINSHEM. — Tertius Leid. *qua obs.* secundus et Coll. C. C. *quoad obs.* Avus malebat, *qui obs.* Thuan. *quod insidiis Syrac.* Italus interpres: *et come per sagacità di quelli di Seragosa egli perde l'armata et il campo.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XX.

DICTAE QUAS. Lege, *dictae res* (scilicet) *quas.* LONGUERUE.

QUAS ANNO MAGNUS IN AFRICA GESSIT. Periz. *Hanno Magnus.* Thuan. *q. Hanno Magnus in A. gerebat.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXI.

A PATRE. *Tò a* videtur abundare. BONGARS. — Si *a* expungas, expeditus sensus est. VORST. — Praepositionem *a* deleri iubet Bongarsius, eamque nesciunt Italica interpretatio et Perizonianus, in quo etiam scriptum est, *Dionysii filius.* Hinc forte legendum, *Dionysius, Dionysii f.* eamque scripturam repraesentasse videtur Codex Itali interpretis, qui hunc locum ita transfert: *Come Dionisio figliuolo di Dionisio havendo perduto il padre tratta la signoria in Sicilia.* ABR. GRONOV.

PER DIONYSIUS IECTUS BELLUM CUM SICULIS GESSIT: DONEC AMISSIS LIBERIS ET FRATRIBUS CORINTHUM STATIM OLEONTE CARTHAGINIENSIUM BELLO. Leg. *per Dionem eiectus bellum cum Sic. gessit: don. amiss. lib. et fratre Corinthum secessit. Ut a Timoleonte Carthaginensium bello* etc. Ita quodammodo expressimus mentem auctoris. BONGARS. — Codex Vaticanus alter et Maximianus habent, *perinde eiectus.* Hinc omnino supplenda est vox *Dionem.* Restitue igitur, *per Dionem inde eiectus.* Syracusis scilicet eiectus est Dionysius iunior tyrannus, ex Diodoro, Plutarcho et Probo seu Corn. Nepote in vita Dionis. LONGUERUE. — *Per* nescit Coll. C. C. *per in Dionysius eiectus* Periz. eaque scriptura firmat emendationem Cl. Longueruaei, qui legit, *per Dionem inde eiectus.* Interpretatio Italica: *et come cacciato egli facendo guerra con gli Siciliani.* ABR. GRONOV.

CORINTHUM SECESSIT. UT A TIMOLEONTE etc. Ita edidi quidem secutus coniecturam Bongarsii, cuius miram in hoc genere felicitatem multis locis nostrae membranae arguunt, aut disertim ita habentes, ut ille scribendum fortean censuit, aut ea earum scripturarum vestigia referentes, quibus illae comprobentur: hic tamen diligentius inspectis eisdem libris meis malim ex ductu litterarum scribere: *Corinthum abiit: ut a Timoleonte* etc. MODIUS.

CORINTHUM. A TIMOLEONTE. Hic duae voculae desunt ad co plendum sensum. Et legendum putat Modius, *Corinthum abiit*, *a Timoleonte Carthaginiensium bello sit liberata Sicilia.* VORST. - Emenda, *Corinthum secessit; ut a Timoleonte Carthaginiensiu bello sit liberata Sicilia.* Cum vulgatis Prologorum editionibus co cinit primus Codex Vaticanus; verum alter Vaticanus et Maximian habent, *statim proficiscitur*, *ut ab Agathocle Carthaginiensium.* quidem mendose: nihil enim hic agitur de Agathocle, sed de Tim leonte. LONGUERUE.

DONEC AMISSIS LIBERIS ET FRATRIBUS CORINTHUM STATIM OLIM THE CARTHAGINIENSIUM BELLO SIT LIBERATA. Ed. Oxon. *fratre*, ibi *Corinthum. Ut Timoleonte Carth.* Versio Italica: *insino che perduto li figliuoli et i fratelli fuggi subito à Corinto. Et come Sicilia fu liberata dalla guerra di Carthaginesi da Agatocle.* AB GRONOV.

MORTUO PISISTRATO. Nullum in Sicilia agnosco Pisistratum; repone igitur: *mortuo Sosistrato.* LONGUERUE.

ARCESSITI QUAM AD BELLO. Lege *arcessiti ad bellum Carth.* BONGARS. — Ita quodammodo expressimus mentem auctoris. Scripsi *arcessiti ad bellum*, ex coniectura Bongarsii. Vulgatae lectionis nullus sensus est. VORST. — Locus iste mancus et corruptus est, quem sic restituendum censeo: *Arcessiti tanquam adiutores belli Carthaginienses seditiosi, obsederunt Syracusas. Quo bello Agathocles nanctus imperium est.* Haec plana sunt ex Diodoro et Iustino ipso initio libri XXII. qui nihil de Agathocle prorsus habet lib. XXI. licet Trogus eo loci sub finem saltem eiusdem lib. XXI. multa de celeberrimo isto Tyranno narrasset. Verum Iustino satis fuit quaedam de eodem Agathocle summatim narrare initio libri XXII. quae ex libro XXI. Trogi depromserat. LONGUERUE. — Hunc locum ita correxit AVUS: *mortuoque eo, ab Sosistrato iterum facta seditione, arcessiti cum Hannibale C. o. S.* Cl. Longueruaeus malebat, *mortuoque Sosistrato.* ed. Oxon. *mortuoque Pisarcho*, ex Diodor. lib. XIX. cap. 6. Peris. *arcessitique a bello Carthaginenses.* Thuan. *arcessitus est, quam* (a sec. manu *quod*) *a bello Carthag.* ABR. GRONOV.

NANCTUS. Impressi *naotus*, sed parum interest, ut et sequenti Prologo. FREINSHEM.

PROLOG. LIB. XXII.

DEHINC VICTUS. Peris. *deinde v.* ABR. GRONOV.

POSSESSA PROVINCIA. Idem: *obsessa prov.* ABR. GRONOV.

OPELLAM. Emenda, *Ophellam.* De tyranno isto Cyrenaeorum consule Diodorum lib. XX. LONGUERUE.

UT RURSUS IN SICILIAM REVERSUS, OCCUPATA TOTIUS INSULAE DOMINATIONE. Peris. *At rursus*, et, *occupat totius ins. dominationem.* ABR. GRONOV.

REPETITUS, ET. Recte hoc quidem. Alii perperam, *repetito, ens.* FREINSHEM.

ET DISSIDENTES A SE SICULOS SUBIECIT. Pr. sec. Leid. Coll. C. C. *iecit.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXIII.

UT AGATHOCLES . . BELLUM IN ITALIA BRUTTIIS INTULERIT. Leidenses, Periz. Coll. C. C. *intulit.* ABR. GRONOV.

BELLAQUE PYRRHUS. Placet quod Modius edidit, *bella quae Pyrrhus.* Sic MS. Reg. FREINSHEM.

ET A SICILIA. Malim, *ut a Sic.* FREINSHEM. — Legendum sine dubio, *ut a Sicilia.* Hac ratione enim horum prologorum auctor summaria formare solet. VORST.

REVERTIT IN EPIRUM. Codices duo Colbertini habent, *revertitur in Epirum.* LONGUERUE.

VICTUS PRAELIO A ROMANIS, REVERTIT IN EPIRUM. Periz. *victusque.* eique adstipulari MS. Franequeranum, monuit Cl. Bondam. lib. I. cap. 4. Var. Lect. qui paullo ante cum Vorstio quoque malebat, *ut a Sicilia.* Thuan. Coll. C. C. *revertitur Epirum.* Periz. *revertit Epirum.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXIV.

QUARTO ET VICESIMO VOLUMINE CONTINENTUR. BELLUM. Quartus Leid. *vicensimo*, atque ita in seqq. et prol. XXIX. *Undetricensimo volumine.* ac prol. XXX. *Tricensimo*, atque XXXI. *Uno et tricensimo.* Idem cum tertio, *continetur bellum.* Primus, secundus, Periz. et Coll. N. *continentur haec. Bellum;* iisdemque adstipulatur Italica interpretatio. ABR. GRONOV. — Modii aliaeque edd. *continetur:* sed illud malo, nam ad plura pertinet. FREINSHEM.

PTOLEMAEUS CERAUNUS. Tert. quart. Leid. Thuan. *Pt. Ceraunos.* ABR. GRONOV.

MONIO ILLYRIO. Codex alter Colbertinus habet, *Mytillo*, quam veram esse lectionem nihil ambigo. Nam *Illyrius* ille libro sequenti constanter vocatur *Mytillus.* LONGUERUE. — Thuan. *cum Mitilo.* Colbertinus, *Mytillo*, quomodo etiam hoc nomen scriptum est in Perizoniano, fine sequentis prologi. Interpres Italus *Mitillo*, utroque loco. ABR. GRONOV.

PTOLEMAEO LYSIMACHI FILIO. Vide Bongarsium ad Iustinum XXIV. 2. 10. ABR. GRONOV.

IPSE CUM BELGIO GALLORUM DUCE CONGRESSUS. Thuan. *ipse et cum B.* Italus interpres: *et ello venuto alle mani con Belgio.* ABR. GRONOV.

QUI ILLYRICUM OCCUPARANT. Thuaneus, Leidenses, *occuparunt.* Periz. Coll. C. C. *occupaverunt.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXV.

APOLLODORO. Huius *Apollodori* Cassandriae Tyranni memini Pausanias in Atticis. LONGUERUE.

APOLLODORO CASSANDREAE TYRANNO. Huius tyranni meminerunt varii scriptores laudati a Nob. Heinsio ad Ovidium lib. II. ex Ponto Epist. 9. vs. 43. ABR. GRONOV.

UT GALLI TRANSIERINT IN ASIAM, BELLUMQUE CUM REGE ANTIGONO ET BITHYNIO GESSERUNT. Pro *Antigono*, repone *Antiocho*. Hanc lectionem exhibent duo Codices Vaticani. Praeterea Galli, qui transierant in Asiam, ibidem bellum gerere cum Antigono Gonata non potuerunt, qui in nullo Asiae angulo rerum potiebatur; sed cum Antiocho Sotere Seleuci filio. Bithynii principis nomen neque Trogus omiserat, neque auctor ipse Prologorum. Locus iste sic restituendus: *bellumque cum rege Antiocho et Bithynio Zypoete gesserunt*. Galli socii erant Nicomedis, qui partem Bithyniae obtinebat, et hostis erat huius Zypoetis. Vide Excerpta Memnonis et Livium lib. XXXVIII. LONGUERUE. — Malim *Bithynis*. FREINSHEM. — Pr. Leid. *transierunt*. Leidenses, Thuan. Coll. C. C. *cum rege Antiocho:* quomodo hoc loco etiam legendum coniecerat amplissimus Cuperus lib. IV. Observ. cap. 11. Periz. *Bithynia*. Coll. C. C. pr. tert. quart. Leid. *Bithannio:* secundus, *Bitanio*. Italus interpres: *et come i Gallici passarono in Asia, come gli feciono guerra con Antioco et Betinio*. ABR. GRONOV.

QUAS REGIONES FELINI OCCUPARUNT. Lege tuto, *Galli*, non *Felini:* quas regiones Galli tunc occuparint, eo loci enarrabat Trogus; sed vide Livium lib. XXXVIII. et Strabonem. Codd. MSS. omnes depravati constanter retinent vocem *Felini*, vel *Selini*. LONGUERUE. — Ed. Oxon. *Tileni*. ABR. GRONOV.

LACEDAEMONIAM. Modius edidit, *Lacedaemonem*. FREINSHEM. — Pr. tert. Leid. Coll. C. C. *Lacedaemonam*, pro *Lacedaemona*. ABR. GRONOV.

FILIUSQUE EIUS ALEXANDER ILLYRICUM CUM MYTILO BELLUM HABUERIT. Periz. *Filius eius Alexander cum rege Illyricum cum Mytillo bellum habuerit*. Lege, *cum rege Illyriorum Mytillo bellum habuerit*. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXVI.

ANTIGONUS GONATAS. Tangit haec Polybius Hist. IX. 23. FREINSHEM. — Cognomen nescit Coll. C. C. ABR. GRONOV.

LACEDAEMONIORUM AREA. Modii editio, *Lacedaemonium Area*. FREINSHEM. — Lege, *Aream:* et ita habent Codices Colbertini. LONGUERUE. — Pr. quart. Leid. *Lacedaemonicum*. tert. *Lacedaemonium*. Periz. *Lacedaemonum*. Colbertini, *Arium*. ed. Modii, *Aream*, ut apud Iustinum XXIV. 1. 5. ex sec. quarto Leidensi, Thuaneo, et editione Bongarsii. ABR. GRONOV.

Dehinc cum fratris sui Crateri filio Alexandro bellum ...buerit. Periz. *deinde*, et cum pr. sec. tert. Leid. Coll. C. C. *cum ...atris sui Crateri filio suo Al. b. h.* Abr. Gronov.

Sicuonem. Mod. ed. *Sicionem.* Freinshem. — Pr. sec. Leid. *...uonem.* Periz. *Niconem.* Versio Italica, *Hierone.* Strabo lib. VIII. ...g. 385. Ἄρατος δὲ στρατηγήσας ἀφείλετο Ἀντίγονον τὸν Ἀκρο-...ρινθον, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ἀχαιοῖς προσέθηκε, καθάπερ καὶ τὴν ...ατρίδα· προσελάβετο δὲ καὶ Μεγαρέας. Abr. Gronov.

Megara. Mod. ed. *Megaram.* Freinshem.

Ut frater Antigoni . . . interiit. Periz. *interierit.* Abr. Gron.

Ut mortuo rege Antigone, filius eius Seleucus Gallinicus. ...cribe, *Antiocho*, et *Callinicus.* Nam Antiochus cognomine Deus ...ater fuit Seleuci Callinici. Longuerue. — Periz. *rege Antiocho*, ...uomodo etiam legendum coniecerat Ampl. Cuperus d. l. Abr. Gron.

PROLOG. LIB. XXVII.

In Syria adversus Ptolemaeum. Lege, *Ptolemaeum Trypho-...em*, ut habet Codex Maximianus. Longuerue. — Voces *in Syria* ...esiderantur in Thuaneo et versione Italica. Maximianus et Perizo-...ianus: *adversus Ptolemaeum Tryphonem.* Abr. Gronov.

Hieracem. Mod. ed. *Antiochum Hier.* Freinshem.

Angurae. Straboni lib. IV. et XII. Ἄγκυρα est castellum Te-...tosagum. Memnoni est urbs Trogmorum. Freinshem. — *Angurae* pro *Ancyrae:* quae metropolis Galatiae seu Gallograeciae. *C* et *G* ut ...iterae eiusdem instrumenti facile inter se permutantur. Deinde pro *y* est *u*, ut pro *Sylla* dicunt *Sulla.* Vorst. — Lege *Ancyrae*, vel *Ancurae.* Codex Maximianus habet *Ancyrae.* Longuerue.

Item in Asia adversus fratrem suum Hieracem: quo bello Angurae victus est a Gallis. Pr. Leid. *fr. s. Anthiocum Hiera-...teme.* tertius: *fr. s. Anthiochum Hieraceme.* quartus, Coll. N. ed. Modii: *fr. s. Antiochum Hieracem.* Periz. *fr. s. Anthiocum Ieracem bellum, quo Ancirae victus est a Gallis.* Interpres Italus: *contra Antioco Ietarce suo fratello, nella quale guerra Anduga Re fu vinto da i Gallici*, urbis nomine in nomen regis perperam mutato. Abr. Gronov.

Ab Ataloziae lambitunum. Modius edidit, *ab Attalo Lambitunum.* Lege, *ab Attalo*, *Zybaeam Bithynum* (aut antiquo more, *Bithunum*). Livius XXXVIII. 16. 10. imo *Zielam.* ut legit Vales. in Excerpto Polyb. pag. 36. f. et Phot. 723. Sed et Zypaetes Bithynius legitur. vide Scalig. Euseb. 72. f. Pausan. 310. 10. Tzetz. Hist. Chil. III. 115. sed idem Tzetzes Zielam etiam agnoscit Prusiae fratrem. Freinshem.

Victi ab Attalo Zybaeam Bithunum occiderunt. In MSS. est, *ab Ataloziae Iambitunum occiderunt.* Ex quo viri docti, sicut reposuimus, ex Liv. XXXVIII. 16. legendum coniecerunt; aut pro *Zybaeam*, *Zielam.* *Bithunum* est pro *Bithynum*, ut *Angura* pro

suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Moesiam, Dardaniam subiecit. Antigonus enim cognomine Doson, tutor Philippi, Thessalos, Dardanos et Moesios, seu Triballos subiecit. Consule Iustinum lib. XXVIII. Codices MSS. eo loci sunt depravatissimi. In Codice tamen Maximiano leguntur haec verba: *quo mortuo tutelam filii eius Philipp*, (lege, *Philippi*) *suscepit Antigonus.* Quae lectionem nobis exhibent verae proximam. LONGUERUE.

EX MACEDONIA.. Mod. ed. optime, *Rex Macedoniae.* FREINSH.

QUO MORTUITE KC FILII EIUS PHILIPPI SUSCEPIT ANTIGONUSQUE THESSALIAE IN ASIAM CARIAM SUBIECIT. Legendum arbitror, *quo mortuo tutelam filii eius Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Moesiam, Cariam subiecit.* Sed periculosae, si deficit historia, coniecturae. BONGARS. — Spurcissima lectio. MS. habet, *quo mortuitenem filii eius.* Puto scribendum: *quo mortuo, tuitionem filii eius Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Moesiam, Daciam subiecit.* VOSS. — Ed. Modii, *Asiam, Moesiam, Cariam.* Periz. *ut rex Macedoniae Demetrius sit a Dardanis fusus; quo mortuo, tutelam filii eius Philippi suscepit Antigonus, usque ad Thessaliae in Asiam Cariam subegit.* Cl. Longueruaeus optime restituit, *Antigonus, isque Moesiam et Dardaniam.* Iustinus XXVIII. 3. 14. *ut Dardanos Thessalosque exsultantes morte Demetrii regis compescuerit. Subegit,* ut prol. XXXVI. *Iudaeos subegit.* Ibid. *Caenos Thracas subegit.* ABR. GRONOV.

CLEOMENEM. Tert. quart. Leid. *Cleomenen.* ABR. GRONOV.

CEPIT LACEDAEMONA. MS. *Lacedaemoniam.* Et sic solet Iustinus. Ita Babylonia, Chalcedonia, Sidonia. VOSS. — Pr. sec. tert. Leid. Periz. Coll. C. C. *Lacedaemoniam.* ABR. GRONOV.

AMISSOQUE REGNO CLEOMENES SPARTANOS CONSUFUGIT. Modii edit. *Spartanus.* FREINSHEM. — Emenda, *Cleomenes Spartanus cum coniuge fugit Alexandriam.* Iustinus enim ait Cleomenem cum coniuge in Aegyptum profectum esse. Codex Maximianus habet, *Spartanus,* non *Spartanos.* LONGUERUE. — MSS. *confugit Al.* Versio Ital. *fugg. in Alessandria.* ABR. GRONOV.

DICTUM IN EXCESSU. Periz. *dictumque in exc.* Interpr. Ital. *et per digressione.* Eadem mox omittit *cum Teuta.* ABR. GRONOV.

TEUTA. Florus II. 5. 2. habet *Teuca.* sed in MSS. est *Teutana;* quomodo et in Iornande. Plinio XXXIV. 6. *Teuca.* BONGARS.

PROLOG. LIB. XXIX.

UNDETRICESIMO. Periz. *Uno de trigesimo.* ABR. GRONOV.

ADVERSUS DARDANOS ET AETULOS. Modii editio, *Aetolos.* et sic MS. Reg. FREINSHEM. — Lege ut habent duo Codices Colbertini, *adversus Romanos.* Romani enim, non Dardani, contra Philippum regem Macedonum fuerunt in bello socii Aetolorum. LONGUERUE. — Thuan. *adversus Romanos et Aet.* Interpres Italus: *le cose fatte da Philippo contra i Romani et gli Etholi.* ABR. GRON.

PHILIPPUS CUM ILLYRIIS ET DARDANIS, ET RURSUS AETOLIS BELLO CONGRESSUS EST. Parenti legendum videbatur, *cum Illyriis, et Dardanis rursus et Aetolis.* ABR. GRONOV.

INTULIT AETOLIS BELLUM. Emenda, *Atheniensibus.* Secus enim absurda prorsus esset lectio. Finito bello cum Aetolis, non Aetolis bellum intulit, sed aliis, puta Atheniensibus. Vide Livium, qui bella ista fuse edisserit. LONGUERUE. — Periz. *Aetoliae.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXX.

PTOLEMAEO UTRUSPHONAE. Hic est Ptolemaeus Euergetes: *Utrusphonae* quid sit, viderint doctiores. Sed et quod sequitur, *rapi poeamare gathoclae corr. dec.* quomodo restituendum sit, assequi coniectura non possum: hoc quilibet intelligit, amore Agathocleae corruptum decessisse. BONGARS. — Rutgersius dicto cap. 7. lib. V. ostendit legendum *Tryphone.* Adde Vales. ad Excerpta Polyb. pag. 12. FREINSHEM. — Emenda: *Tryphone* (alias Euergete,) filius eius Philopator Antiochum regem vicit. Codices MSS. Romani habent, *Ptolemaeo Tryphone*, ut nos emendavimus. LONGUERUE.

UT MORTUO PTOLEMAEO UTRUSPHONAE FILIUS EIUS PHILOPATOR ANTIOCHUM REGEM VICIT. Cl. Perizonius ad Aelianum lib. XIV. Var. Hist. cap. 32. malebat *Ptolemaeo Euergete*, vel *Ptolemaeo*, *Trypho filius eius*, *idemque Philopator.* Pro *Utrusphonae* MSS. Romani et Perizonianus dant *Tryphone*, quod cognomen coniectura quoque adsecutus fuit Illustris Scaliger ad Eusebium n. 1771. eoque cognomine Ptolemaeum Euergeten a Chronographo Alexandrino appellari, monuit Cl. Longueruaeus ad prol. XXVII. Sec. Leid. *Ptolemaeo Ruppone.* Reliqui MSS. *Pt. Utruppone*, vel *Utrupphonae.* Interpres Italus: *Come morto Ptholemeo Trifone Filopater suo figliuolo vinse Antioco Re.* ABR. GRONOV.

RAPI EI POEAMARE GATHOCLAE CORRUPTUS DEC. Valesius legit *Raphiae*, *ipse amore* etc. et ego ex Strabone lib. XVI. FREINSHEM. — Puto scribendum: *Antiochum regem vicit: turpique postea amore Agathocleae corruptus decessit.* VOSS. — Locum hunc corruptissimum in omnibus MSS. sic restituo: *Vicit, rapiturque ipsi praemium Agathocleae amore corrupto.* Haec optime et cum Iustino ipso et cum ceteris Historicis conveniunt. LONGUERUE. — Periz. *rapie ipse amore agathoie corruptus dec.* Thuan. *rapie ipse maragathocleae correptus dec.* Quae scriptura firmat emendationem eruditissimi Valesii ad Excerpta Const. Porphyrog. ex Polybio pag. 12. *Raphiae ipse amore Agathocleae correptus. Correptus amore*, ut apud Ovidium lib. III. Fast. vs. 681.

Armifer armiferae correptus amore Minervae
Uror; et hoc longo tempore vulnus alo. ABR. GRON.

PHILIPPI DEINDE GESTA IN ASIA. Diodorus Siculus lib. XXVI. in Excerptis Constantini Porphyr. pag. 294. *Ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς σπανίζων τροφῆς, οὐ διέλειπε τὴν ὑπ' Ἀττα-*

λον χώραν λεηλατῶν μέχρι τῆς τῶν Περγαμηνῶν πόλεως· κατέσκαψε δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ Πέργαμον ἱερά, τό τε Νικηφόριον πολυτελῶς κατεσκευασμένον, καὶ τἆλλα γλυφὰς ἔχοντα θαυμαζομένας εἰς τέλος παρώνισε. δι' ὀργῆς γὰρ ἔχων τὸν Ἄτταλον, ἐπεὶ τοῦτον οὐ κατέλαβε περὶ τούτους τοὺς τόπους, τὸν θυμὸν εἰς ταῦτα κατετίθετο. Abr. Gronov.

Flaminio, quibus victus. Scribe *Flaminino*, *a quibus victus*. Bongars. — Emenda, *a quibus victus*, *pax transigitur*. Verbum *transigitur* librarii omiserunt, delusi affinitate sequentis vocis *transitus*. Longuerue. — Pr. Leid. *Flaminino*, ut prol. seq. *Titus Flamininus*. Periz. *a quibus victus*, *pax*. Interpr. Ital. *dal qual vinto la pace fu fatta*. Tert. Leid. Coll. C. C. *quibus victis*, *pax*. Abr. Gronov.

Maccheum. Leg. *Achaeum* ex Polybio, qui bellum hoc describit lib. VIII. Freinshem. — Est ergo simile hoc illi quod Atheas Scytharum rex supra in Prologo libri IV. *Matheas* vocatur. Vorst. — Notissimus est iste Asiae minoris Tyrannus. Codd. duo Colbertini habent *in Asiam Achaeum*. Legendum *in Asia Achaeum*. Longuerue. — Pr. Leid. *in Asiam Attheum*. secundus, *in Asia Accheum*. tertius, quartus, Coll. C. C. *in Asiam Accheum*. Periz. *in Asia Acheum*. Interpr. Ital. *Acheo in Asia*. Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XXXI.

Uno et tricesimo volumine continentur bellum etc. Sec. quart. Leid. *continentur haec. Bellum*. Abr. Gronov.

Navide. Mod. ed. *Nabide*. utrumque bene. Freinshem. — Lege *Nabide Titus Flaminius*. Longuerue. — Int. Ital. *con Nabis di Lacedemonia*. Abr. Gronov.

Achaicorum. Lege *Achaeorum*. Bongars. — Emenda, *Achaeorum*. Longuerue. — Periz. *dux Acheorum*. Int. Ital. *Duca de gli Achei*. Abr. Gronov.

Per Achilium. Leg. *Acilium*. Bongars. — Lege, *per Acilium*. Longuerue.

Quod cum Antiocho in Achaia per Achilium consulem, et in Asia per Scipionem gestum est. Pr. tert. Leid. *in Achaiam* .. *et in Asiam*. Periz. *per Attilium c. et in Asiam*, et mox *per eundem Attilium*. Interpr. Ital. *per Attilio*, et dein, *per quello medesimo Attilio*. Bongarsius malebat *Acilium*. Abr. Gronov.

Ad regem. Adde *Antiochum:* ut habet Codex Maximianus. Longuerue.

Ab Carthagine. Mod. edit. *a Carth.* Freinshem.

Annibalis ad regem ab Carthagine fuga. Tert. Leid. *Hannibalis*, atque ita in seqq. Periz. *ad regem Carth.* Coll. C. C. aliique male, *ad Carthaginem*. Abr. Gronov.

Bellum cum Acholis gestum per eumdem Achilium. Scribe *Aetolis*. Bongars. — Emenda et lege *Aetolis*, non *Acholis*, et

Acilium, non *Achilium*. In Codice Maximiano legitur *Aetolis*. Hoc bellum fuse narrat Livius, quem consule. LONGUERUE. — Periz. *cum Etholis*. Interpr. Ital. *con gli Etholi*. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXXII.

IN ASIA DUCEM AMBO. Legendum, *duce Manlio*. Liv. XXXVIII. 12. Florus II. 11. Miror in historia miscella Pauli Diaconi IV. 5. Fulvio hoc tribui: cum Fulvius, qui collega erat Manlii, paene iisdem diebus cum Aetolis bellum gesserit, quibus Manlius cum Gallis. Plutarchus de Virtutibus Mulierum, *Γναῖον* vocat, quod Manlii praenomen est: Interpres nostras de Cnaeo Scipione Plutarchum loqui arbitratus est. BONGARS. — Emenda *in Gallia duce Manlio*, et lege Livium, qui huiusce ducis meminit. LONGUERUE. — *Τὰ in Asia* nescit Periz. et pro *ducem ambo*, *εὐστόχως* restituit Bongarsius *duce Manlio*. ABR. GRONOV.

ADVERSUM. Mod. ed. *adversus*. FREINSHEM.

REGIS PHILIPPI, PROPTER ABLATAS SIBI CIVITATES, ALIENATUS IN ROMANOS ANIMUS. Periz. *Regis Philippi alienatis in R. animis propter abl. s. c.* ABR. GRONOV.

REDIERUNT. Mod. ed. *redierint*. FREINSHEM.

ET INCREMENTA DACIORUM PER RUBOBOSTEM REGEM. Periz. *et inc. Dachorum per Rubobusten regem*. Lege, *Dacorum*. Interpr. Ital. *et l'accrescimento di Dachi per Robustene Re*. ABR. GRONOV.

GALLIUM ORTIAGONEM, PARNECEM PONTICUM, ET PRUSIANA. Emenda, *Gallum Ortiagontem, et Pharnacem Ponticum, et Prusiam*. Florus II. 11. illum *Orgiacontem* vocat. ita est in MS. BONGARS. — *Gallium* tamen rectum videtur: sicut Sallustius Hist. IV. *Gallias mulieres* dixit, pro *Gallicas*, quam substantivorum enallagen exemplis bonorum autorum firmant, Aus. Popma de usu antiquae locut. II. 1. et D. Vechnerus Hellenolex. I. 8. FREINSHEM. — Emenda *Gallum* (id est, Gallo-Graecum) *Ortiagontem*. Consule Livium. Lege *Pharnacem*. LONGUERUE. — Pr. Leid. *adv. Galliam Ortiagonen*. sec. *adv. Galliam Ortiagonem*. Periz. *Pamacem* pro *Parnacen*, et *Prusiam:* quomodo legit Bongarsius, cui etiam reponendum videbatur, *Gallum Ortiagontem:* ut apud Livium lib. XXXVIII. cap. 24. *Ortiagontis reguli uxor.* Ibidem: *iugulati praecisum caput ipsa involutum veste ferens ad virum Ortiagontem.* Apud Florum quoque II. 11. 7. in editione Aldina *Ortiagontis* legi pro vulg. *Orgiagontis* observavit Cl. Dukerus. Polybius in Excerptis Constantini Porphyrog. pag. 114. *Ὅτι Ὀρτιάγων ὁ βασιλεὺς τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Γαλατῶν ἐπεβάλετο τὴν ἁπάντων τῶν Γαλατῶν δυναστείαν εἰς αὐτὸν μεταστῆσαι.* ABR. GRONOV.

ANTIOCHUM. ET MOX. Modii editio rectius, *Antiochum, et mors*. FREINSHEM.

MORTUO SELEUCO FILIO MAGNI ANTIOCHI SUCCESSIT REGNO FRATER ANTIOCHUS. Periz. *successit in regno fratri Ant.* ABR. GRON.

PROLOG. LIB. XXXIII.

Deleta est Epiros. De direpta Epiro Plutarchus Aemilio cap. 49. Eutropius IV. 8. Bongars. — Adde Polybii fragment. lib. VII. Freinshem. — *Epiros*, id est, Epiri civitates, quae ad Persea regem defecerunt, uno die direptae, urbiumque direptarum homines abducti fuerunt, ut narrat Livius lib. XLV. cap. 33. Longuerue.

Aetolicae. Scribe, *Achaicae.* Bongars. — Historia docet legendum esse *Achaicae civitates;* uti monuit Bongarsius. Vorst.

Aetolicae civitates ab unitate corporis deductae. Interpres Italus: *le citta d'Etholia partite da l'unione.* Abr. Gronov.

Deductae inter Achaeos et Lacedaemonios. Aetolicae civitates ab unitate corporis deductae, id est, civitatum Aetolicarum foederatarum respublica unicum quasi corpus efficiens, dissipata fuit a Romanis; quae fusius narrat Livius. Longuerue.

Bellum rursum. Interpres Italus in suo Codice legisse videtur, *ut inter A. et L. certamen ortum, et bellum rursus.* Ita enim vertit: *come cominciata discordia tra gli Achei et i Lacedemonii, et da capo la guerra.* Abr. Gronov.

Certamine orto. Certamen istud nihil commune habuit cum clade Aetolorum. Scribe igitur et disiunge, *deductae. Inter Achaeos et Lacedaemonios certamen ortum.* Longuerue.

Cum seu Philippo. Scribe, *Pseudophilippo.* Bongars. — Scribe *cum Pseudophilippo*, qui antea Andriscus dicebatur. In Codice Maximiano legitur *Pseudo-Philippo.* Longuerue. — Periz. *cum Pseudophilippo.* Int. Ital. *con Perseo Philippo.* Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XXXIV.

Macellum. Repone, *Marcellum.* Bongars. — Imo *Metellum.* MS. Reg. *Metillum.* Freinshem. — Periz. *per Metellum*, quomodo legendum conieccrat Freinshemius. Interpres Italus: *per Metello.*

Corinthus. Pr. tert. quart. Leid. Periz. Coll. C. C. Thuan. *Corinthos.* Abr. Gronov.

In Pisidias cum Selegensibus. Scribe *in Pisidia cum Selgensib.* Selga urbs Pisidiae. Strabo lib. XII. Stephanus. Bongars. — Emenda, *in Pisidia cum Selgensibus.* Haec enim Pisidiae urbs, *Selga* ab omnibus veteribus appellatur, Colonia Lacedaemonum, quae contra omnes reges libertatem suam propugnavit, ut ait Strabo. Longuerue. — Periz. *in Pisidia*, ut malebat Bongarsius, qui etiam *Selgensibus* legendum suspicabatur. Interpr. Ital. *et in Puglia con gli Selegiensi.* et fine huius prologi: *con gli Selegiensi.* Abr. Gronov.

Ptolemaeus. Repetitae. Scribe, *Ptolemaeus Epiphanes. Repetitae inde orig. reg. Cappadocum. Ut mortuo Ptol.* Bongars.

Epiphanes ut mortuo Ptolemaeo. Cognomen hoc traiectum sine dubio est, et referendum ad Ptolemaeum, de quo praedictum,

legendumque *rex Aegypti Ptolemaeus Epiphanes.* VORST. — Lege *ut mortuo Epiphane Ptolemaeo.* LONGUERUE.

ET REX AEGYPTI PTOLEMAEUS. REPETITAE INDE ORIGINES REGUM CAPPADOCUM. EPIPHANES UT MORTUO PTOLEMAEO, RELICTI etc. Lege, *et rex Aeg. Ptolemaeus Epiphanes. Ut mortuo Ptolemaeo, relicti* etc. omissis mediis vocibus, quae ex sequentibus huc perperam fuerunt translatae, neque exstant in versione Italica. Verisimile enim est, Trogum in postremam partem huius libri contulisse origines regum Cappadocum, et quidem postquam mentionem fecerat Ariarathis Cappadocum regis; idque persuadent omnes Codices MSS. in quibus circa finem huius prologi legitur: *Ariarathe rege Cappadocum. Repetitae inde origines regum Cappadocum. Ut habita* etc. Adde notam Vorstii. ABR. GRONOV.

FILOMETOR. Scribe, *Philometor*, ut prol. XXXVI. *Philometora*, et *Philometore.* et XXXV. ex MSS. *Ptolemaeo Philometore.* ABR. GRONOV.

QUO MAIOR EST EXPULSUS; RESTITUTOQUE. Periz. *quo maiore expulso, rest.* ABR. GRONOV.

UT MORTUO REGE SYRIAE ANTIOCHO. MSS. *ut m. A. r. Syriae.* ABR. GRONOV.

CUM TIMARCHO MEDORUM REGE HABUIT ARIARATHE. Lege, *cum Timarcho rege Medorum et Ariarathe.* LONGUERUE. — Periz. *T. rege M.* Appianus de Bell. Syr. pag. 188. *καὶ δεξαμένων αὐτὸν (Δημήτριον) ἀσμένως τῶν Σύρων ἦρχε, τόν τε Λυσίαν καὶ τὸ παιδίον ἐπ' αὐτῷ διαφθείρας, καὶ Ἡρακλείδην ἐκβαλὼν, καὶ Τίμαρχον ἐπανιστάμενον ἀνελὼν καὶ τἄλλα πονηρῶς τῆς Βαβυλῶνος ἡγούμενον.* ABR. GRONOV.

ARIARATHE REGE CAPPADOCUM. Adde ex MS. *Repetitae inde res rerum Cappadocum.* Pro *rerum*, *regum* scribendum. VOSS.

ARIARATHE REGE CAPPADOCUM. UT HABITA INTER ARIATEN ET ORPHERNEM. Lege, *et Ariar. rege Cap. Ut habita inter Ariarathem et Orophernem.* BONGARS. — Emenda, *ut habita inter Ariarathen et Orophernen.* LONGUERUE. — Sec. tert. Leid. *Ariathen et Orphernen.* Periz. *Ariaraten.* Interpr. Ital. *tra Ariarate et Ofernes.* ABR. GRONOV.

SELEGENSIBUS. Lege, *Selgensibus*, ut supra. Codd. MSS. constanter retinent *Selegensibus*, sed mendose. LONGUERUE.

CUM REGE PRUSIA. Meminerunt huius belli excerptae e Polybio legationes 133. et 135. Diodor. apud. Vales. 337. Memorabile autem est, quod notat Athenaeus XI. 13. ex eius nomine poculi genus *Prusian* vocatum. FREINSHEM.

PROLOG. LIB. XXXV.

RIPATICUM. Litterarum ordine inverso lege *Piraticum.* BONGARS. — Emenda, *Piraticum.* De hoc bello Piratico inter Cretas et Rhodios lege Polybium in excerptis Legationum num. 138. et 139. Nihil

de hoc bello reperies apud Iustinum. Eo loci depravati sunt omnes Codd. MSS. LONGUERUE. — *Piraticum* correxit Bongarsius. ABR. GRONOV.

SEDITIO CHIDIORUM ADVERSUS CERINENSES. Mod. ed. *Cnidiorum*. FREINSHEM. — Emenda, *seditio Cnidiorum adversus Ceramenses*, non *Cerinenses*, qui tunc nulli erant. Inter se discrepant Codd. MSS. Vaticanus secundus habet, *seditio Eginorum adversus Catanenses*. Sed tunc omnia Siciliae oppida a Romanis subacta pro libitu regebantur a Praetoribus, nec mutuis seditionibus laborasse verisimile est. Recepta itaque lectio, licet paululum depravata, retinenda *Chidiorum*, qui alii a Gnidiis esse non possunt. Veram quidem lectionem deprehendimus: nec multo longius a vero recedit haec lectio Codicis Maximiani, *seditio Egniorum adversus Ceranenses*. Cnidii seu Gnidii tunc liberi erant et Romanorum socii, ad quos Iudaeorum gratia senatus rescripsit Machab. I. cap. 15. at iuxta Cnidum Ceramus erat oppidum, ut testatur Strabo lib. XIV. pag. 656. *μετὰ Κνίδον Κέραμος*. LONGUERUE. — Tert. Leid. *Chodiorum*. Idem cum tert. quarto, *Cermenses*. Periz. *Seditio Ogniorum adversus Ceramenses*. Interpres Italus: *la seconda la discordia di quegli da Chio contra a Cernensi*. Cl. Wesselingius ad Excerpta Constantin. Porphyrog. ex Diodoro pag. 594. probabili admodum coniectura legit, *Seditio Cnossiorum adversus Cretenses*. ABR. GRONOV.

ET ADVERSUS DEMETRIUM. Ed. Oxon. *Ut advers. D.* ABR. GRONOV.

VICTUS DEMETRIUS. E duobus Demetriis unum librarii omiserunt. Primus Demetrius, cognomine *Soter*, hoc bello interemptus ab impostore Alexandro, pater erat alterius Demetrii, qui dictus est *Nicator*. Restitue igitur, *victus Demetrius. Filius eius Demetrius invisum stultitia Alexandrum bello vicit.* Eo loci possime depravati sunt Codices MSS. LONGUERUE. — Cl. Longueruaeus malebat, *quo bello victus Demetrius. Filius eius Demetrius inv.* Ansam certe errori in hoc loco transcribendo librariis dedisse videtur repetitio eiusdem nominis proprii, qualem etiam eosdem commisisse initio Prol. XXI. apparet ex versione Italica. Forte igitur legendum, *q. b. victus Demetrius interiit. Ut Demetrii filius Demetrius invisum etc.* ABR. GRONOV.

ALEXANDROM. Mod. ed. *Alexandrum*. FREINSHEM.

CUM DIOTORO. Leg. *Diodoto*. BONGARS. — Diod. apud Vales. pag. 346. Joseph. XIII. 9. FREINSHEM. — Lege et scribe *cum Diodoto*. LONGUERUE. — Periz. *Diodoro*, pro *Diodoto*, Epitome Livii lib. LII. *Demetrius ab Diodoto quodam unó ex subiectis, qui Alexandri filio bimulo admodum regnum asserebat, bello superatus Seleuciam confugit.* et LV. *Alexandri filius, rex Syriae, decem annos admodum habens, ab Diodoto, qui Tryphon cognominabatur, tutore suo, per fraudem occisus est.* Utroque loco in Codice Norvicensi simili errore scriptum est *Diodoro*. ABR. GRONOV.

FACTOS PER ARETHEUM ET ASACEM PHARTUM. Emenda, *Aris-*

rathem (Cappadociae regem scilicet) *et Arsacem Parthum*, id est, Mithridatem, cognomine Deum, qui tunc florebat. LONGUERUE.

ARETEUM. Mod. ed. *Aretheum*. Forte legend. *Aretam*, qui Arabiae rex est Iosepho XIII. 21. FREINSHEM.

ASACEM FARTUM. Leg. *Arsacen*, *Parthum*. BONGARS. — Periz. *Aratheum et Arsacen*. ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXXVI.

UT CYPRO PULSUS SYRIA DEMETRIO; CAPTAQUE A PARTHIS, BELLUM GESSIT CUM FRATRE EIUS ANTIOCHO COGNOMINE, SED UT ANTIOCHUS INTERFECTO HYRCANO, IUDAEOS SUBEGIT. Lego: *Ut Trypho, pulso Syria Demetrio*, *captoque a Parthis*, *bel. gess. cum fr. eius Ant. cognomine Sedete. Ut Antiochus* etc. BONGARS. — Locum depravatissimum sic restitue: *Ut Trypho*, *pulso Syria Demetrio*, *captoque a Parthis*, *bellum gessit cum fratre eius Antiocho*, *cognomine Sidete. Ut Antiochus*, *interfecto Tryphone*, *Hyrcanum et Iudaeos subegit.* Haec historia certissima est ex Iustino, Appiano et Iosepho. LONGUERUE. — Periz. *ut Thripho p. S. Demetrio capioque.* Eleganter hunc locum restituit Bongarsius hoc modo: *Ut Trypho*, *pulso S. D. captoque a Parthis*, *b. g. c. fr. eius Antiocho cognomine Sidete. Ut.* ABR. GRONOV.

ATTALUS CENOSTRACAS SUBEGIT. Lege, *Thynos Thracas.* VOSS. — Emenda seu disiunge, *Caenos Thracas.* Huius expeditionis Attali regis meminit Strabo lib. XIII. pag. 624. *Ἐχειρώσατο δὲ καὶ Διήγυλιν τὸν ἐκείνων* (emenda, *τῶν Καινῶν*) *βασιλέα στρατεύσας εἰς τὴν Θράκην. Cepit etiam Attalus Diegylin Caenorum regem expeditione suscepta in Thraciam.* De Caenis consule Livium, Plinium, Solinum, Ptolemaeum, Stephanum. LONGUERUE. — Pr. Leid. *Cenostractas.* Valesius ad Excerpta Const. Porphyrog. ex Diodoro pag. 55. legit *Caenos Thracas.* Cl. Perizonius margini ed. Bernecc. adscripserat: „Forte *Oenos Thracas*, vel *vicinos Thracas.*“ ABR. GRONOV.

REGNO ASIAE OCCUPATO, BELLUM CUM ROMANIS GESSIT, QUA PACTUS EST. Fort. *Aristonicus regno Asiae o. b. c. R. g. quo captus est.* BONGARS. — Locus mancus et corruptus sic restituendus est: *Mortuo denique Philometore* (Attalo scilicet) *Aristonicus*, *regno Asiae occupato*, *bellum cum Romanis consulibus gessit*, *quo captus est.* Aristonicus enim, filius nothus regis Eumenis, conatus est sibi vindicare regnum Asiae minoris, quod Attalus Philometor testamento reliquerat populo Romano: quae omnia trita, neminique non nota sunt. Vox *Aristonicus*, quae omnino debet suppleri, in Codd. tamen MSS. non reperitur. In Codice Maximiano legitur, *bellum cum Romanis consulibus gessit*, *quo captus est.* Et recte quidem: nam Aristonicus bellum gessit primum cum Crasso Consule, qui rem male gessit: dein cum Perperna Consule, qui hostem illum pop. Romani victum vivum cepit. LONGUERUE. — Pr. quart. Leid. *quo.* tertius,

quod. sec. *quo victus est.* Periz. *quo captus est:* quomodo ex coniectura legit Bongarsius, qui etiam nomen *Aristonicus* ante voces *regno Asiae* excidisse suspicabatur. Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XXXVII.

Ut ultimum Mithridatem neupatora. Leg. *ut ultimum ad Mithrid. Eupatora.* Bongars. — Modius edidit, *ultimum in Mithr. Eupat.* Ex vestigiis Bongarsianae scripturae non difficile est eruere, *ut ad ultimum Mithrid. in Eupat. Ad ultimum* est tandem, sive, ut Iustinus solet loqui, ad postremum. Freinshem. — Addenda sine dubio praepositio *ad* vel *in*, legendumque *ad Mithridatem* vel *in Mithridatem.* Vorst. — Lege, *ut ad ultimum Mithridatem Eupatora:* licet in omnibus Codd. MSS. legatur *Neupatora*, vel *Neopatora.* Longuerue. — Ed. Oxon. *ut ultimo in M. Eupatora.* Periz. *ut in ultimum Mithr.* Abr. Gronov.

Pontum. Periz. *Ponticum.* Abr. Gronov.

Priusquam in bella Romana descendit. Idem MS. *descenderit.* Abr. Gronov.

Dictaeque in excessu. Pr. tert. quart. Leid. Coll. C. C. *in excursu.* Sed prius horum prologorum auctori usitatius est, ut prol. I. V. XI. et XXXII. Adde Observationes Avi in Script. Eccles. cap. 19. pag. 203. Abr. Gronov.

PROLOG. LIB. XXXVIII.

Ut Mithridate Eupatore, occiso Arathe etc. Leg. *Eupator.* Bongars. — Emenda, *ut Mithridates Eupator, occiso Ariarathe, Cappadociam occupavit.* Quae notissima sunt ex Plutarcho in vita Mithridatis, Appiano in Mithridaticis etc. In Codice Maximiano legitur *Ariarathe.* Longuerue. — Mod. ed. *Ariarathe*, ut supra correxit Bongarsius. Freinshem. — *Eupator* correxit Bongarsius; et *Ariarathe*, atque ita Periz. Abr. Gronov.

Malthino. Duo Leid. *Maltino:* quomodo hoc nomen scribitur apud Iustinum XXXVIII. 3. 4. et 4. 4. Abr. Gronov.

Ut mortuo Ptolemaeo Philometore. Ac frater eius Ascon, accepto regno Aegypti. Leg. *ut mort. Ptol. Philometore, frater eius Physcon accepit regnum Aeg.* Si mavis *accepto regno*, deerunt quaedam. Bongars. — Emenda, *frater eius Physcon accepto* etc. Frater Philometoris se ipsum *Euergetem* appellabat. At ei de ridiculo agnomen inditum Physconis est, ob turpissimam saginam. Duo Codices Vaticani habent *Aston* pro *Ascon* seu potius *Physcon*, sed haec vox non comparet in Maximiano; retinenda tamen est. Longuerue. — Modius etiam edidit, *accepit regnum*, ut supra visum Bongarsio. Locum ita scribo, *accepto regno Aegypti, seditionem populi; deinde bellum* etc. *Habere seditionem*, eadem phrasi, qua dicitur, *habere bellum.* Iustin. XXXVIII. 4. 1. etc. Liv. XXXVI. 39. 7. Freins-

HEM. — Particula *ac* deest in MSS. Periz. *seditionis Aegyptii populi.* ABR. GRONOV.

DEINDE BELLUM . . HABUIT. Periz. *gessit.* ABR. GRONOV.

BELLUMQUE INTULERIT, QUI CUM EXERCITU SUO DELETUS EST. Locus hic ita suppleri potest, *bellumque iis intulerit Antiochus, qui* etc. BONGARS. — Supplendum, credo, sic est, ut monuit Bongarsius, *bellumque iis intulerit Antiochus.* VORST.

QUI CUM EXERCITO SUO DELETUS EST. Demetrius non fuit interemptus a Parthis, sed eius frater Antiochus: restitue igitur, *ut Demetrius captus sit a Parthis; et frater eius, victo in Syria Tryphone, bellum Parthis intulerit, qui cum exercitu suo deletus est.* Ita legitur in Codice Maximiano, quicum concinunt Codices Vaticani. Frater ille Demetrii Antiochus est cognomine Euergetes, seu qui vulgo a Syris *Sidetes* appellabatur. LONGUERUE. — Periz. *Parthis, et frater eius, victo in Syria Triphone, bellum Parthis intulerit.* Adde notam Cl. Longueruaei. Partem lacunae quoque supplet Interpres Italus, qui hunc locum ita transfert: *Poi tocca come Demetrio fu preso di quegli di Parthia, et suo fratello fece guerra à quegli di Parthia.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XXXIX.

SIDETE. Mod. ed. *Sedete.* FREINSHEM.

GRYPPOS. Mod. ed. *Grypos.* FREINSHEM.

ZABINEO. *Zebinam* vocat Iosephus XIII. 17. et Zonaras tom. I. FREINSHEM. — *Zabbineo.* Quart. Leid. Periz. Coll. C. C. et versio Ital. *Zabineo.* Paullo post pr. Leid. *Zabieno.* quart. Periz. Coll. C. C. *Zabineo.* ABR. GRONOV.

FILIUSQUE ANTIOCHUS GRYPPOS. Tert. Leid. Thuan. *filiusque eius Ant. G.* quart. *filiusque eius Antiochos Grypos.* ABR. GRONOV.

YZIGENO. Leg. *Cyziceno.* BONGARS. — Lege et emenda, *Antiocho Cyziceno.* Codex Maximianus habet *Cyzigeno.* LONGUERUE. — Periz. *Ciciceno.* Hoc cognomen nescit Italica interpretatio. ABR. GRONOV.

ALEXANDRIA. Malim, *Alexandriae mortuo* etc. FREINSHEM. — Legendum *Alexandriae.* VORST.

FILIUS EIUS PTOLEMAEUS LATYROS, ACCEPTO REGNO, EXPULSUS EST A MATRE CYPRUM; ET IN SYRIA BELLO PETITUS AB EADEM. Mod. edit. *Lathyros.* FREINSHEM. — Lathyrus non fuit a matre bello petitus in Syria, sed a Cypro in Syriam fugatus: emenda igitur, *expulsus est a matre in Cyprum et in Syriam, bello petitus ab eadem, suffecto in eius locum Alexandro, donec occisa per Alexandrum.* LONGUERUE. — *In Syria bello petitus.* Tert. Leid. *repetitus,* duabus prioribus litteris puncto subnotatis. ABR. GRONOV.

ALEXANDRONE. Fort. *Alexandro, donec occ.* BONGARS.

SUFFECTO IN LOCUM EIUS ALEXANDRONE: OCCISA PER ALEXANDRUM MATRE RECEPIT AEGYPTI REGNUM. Pr. Leid. *suffecto in loco*

eius fratre Al. secundus, quartus, Thuan. et Coll. C. C. *suffecto* (quart. *subfecto*) *in locum eius fratre Al.* Periz. *suff. in l. e. Alexandro fratre, donec occisa* etc. Confer Iustinum XXXIX. 4. 5. et 5. 1. ABR. GRONOV.

LAPHYRUM. Emenda, *Lathyrum.* BONGARS. et LONGUERUE. — Periz. *Lathyrum.* ABR. GRONOV.

PTOLEMAEUS NOTHUS. *Ὁ Κόκκης καὶ παρείσακτος* est Straboni lib. XVII. ubi tamen multo convenientius fuerit reponere *ὁ Κόκκυξ,* ex avis natura, (Plin. X. 9.) dicacitate Alexandrina, cum subdititio, notho, et avaro rege comparata. Vide tamen Eustathium in Dionys. XI. 254. FREINSHEM.

INFESTARINT. MARI. Ita leg. et dist. *infestarint; mari Cilices pir. bel. moverint.* Nimirum terra marique latrocinia eo tempore exercita, vult dicere. FREINSHEM. — Periz. *moverent.* Lege cum Freinshemio, *moverint.* ABR. GRONOV.

ROMANI PER ANTONIUM. Emenda, *cum duce Antonio gesserunt.* Bellum istud Piraticum gestum est anno ante aeram Christi CII. LONGUERUE. — In quibusdam editionibus prave legitur, *per Antigonum.* Periz. *per Marcum Antonium.* Praenomen quoque addit Italus interpres. ABR. GRONOV.

UT IN SYRIA ORACLEO POST MORTEM REGIS OCCUPARINT IMPERIUM. Mod. ed. *Eracleo.* Leg. *Heracleo,* ex Ioseph. Antiq. XIII. 21. FREINSHEM. — Locus mutilus et depravatissimus. In Codicibus, quos prae oculis habuerunt editores, scriptum erat: *ut in Syria Eracleo post mortem regis.* in Vaticano primo: *ut in Syriam Edeo post.* in secundo Vaticano: *ut in Syriam Cheo post* etc. Hic Oedipo opus: verum in tantis tenebris faculam nobis praebet ipse Iustinus. Nam ex iis quae scribit sub finem libri XXXIX. liquet Tregum eo loci narrasse, quomodo Syri assiduis praeliis consumpti, praedae Arabum genti antea imbelli fuerint. Itaque sic locus iste restituendus est: *Ut in Syria Arabes Antiocho (occiso) post mortem regis imperium occuparint.* Antiochus ille, filius Grypi, frater Philippi et Demetrii Eucaeri, cum Arabibus decertans, pene victor, occisus fuit, *καὶ δὲ νικῶν ἀπέθανε.* Mortuo autem Antiocho, Aretas Arabum princeps, regnum Syriae Coeles adeptus est, *πεσόντος δὲ Ἀντιόχου, βασιλεύει μετὰ τοῦτον τῆς Κοίλης Συρίας Ἀρέτας.* Haec Iosephus Antiq. XIII. cap. 23. LONGUERUE. — Sec. quart. Leid. Periz. *Heracleo,* et *occuparet.* Lege *occuparit* cum Bongarsio, cuius coniecturae adstipulatur Interpres Italus: *come in Soria dopo la morte del Re Eracleo occupò la signoria.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XL.

UT MORTUO CYPRO. Leg. *Grypo.* BONGARS. — Emenda, *ut mortuo Grypo.* LONGUERUE. — *Grypo* legendum omnino cum Bongarsio. ABR. GRONOV.

HII. Mod. ed. *Hi.* FREINSHEM.

A filio Cyziceni Esebe, extinctaque regali Antiochorum domo. Lege *a filio Cyziceni Eusebe interfecti: extinctaque regali* (aut *regum*) *Antiochorum* etc. Bongars. — Adde Appian. fin. Syriac. Freinshem. — Adde *interfecti*, aut simile: quod excidisse videtur. Vorst. — Lege, *a filio Cyziceni Eusebe; utque extincta regum Antiochorum domo.* Codd. MSS. Romani habent, *extincta regum Antiochorum.* Longuerue.

Regubi. Mod. ed. *regali.* Freinshem.

Hii deinde a filio Cizyceni Esebe, extinctaque regubi Antiochorum domo. Sec. Leid. *Esebem.* Lege *Eusebe* cum Bongarsio. Periz. *Hi*, et *regum Antiochorum.* ed. Oxon. *Hii d. a filio Cizyceni Eusebe* (*occisi:*) *extinctaque regali A. d.* Abr. Gronov.

Quo. Malim, *Quoi* aut *cui.* Bongars.

Ut Alexandriam post interitum Ptolemaei Latiri substituti sint: eius filia alteri data Cypros. Legendum videtur, *ut Alexandriae post int. Ptol. Latyri subst. sint eius filii, alteri* etc. Bongars. — Emenda, *ut Alexandriae post interitum Ptolemaei Latyri substituti sint eius filii, alteri data Cypros.* Longuerue. — Periz. *Lathiri.* Thuan. pr. Leid. *filii.* Bongarsius integrum locum ita restituit: *Ut Alexandriae p. int. Pt. Lathyri s. sint eius filii, alteri d. C.* Abr. Gronov.

Post Claudii rogationem. Emenda et lege, ut habent Codices sec. Vaticanus et Maximianus, *Publii Claudii rogatione.* Longuerue. — Vide Velleium lib. II. cap. 47. Freinshem. — Coll. C. C. pr. sec. Leid. *Clodii.* quart. Leid. *preclodii rogatione.* tertius et Thuan. *post Clodii rogatione.* Periz. *predodii rogationem.* Versio Italica, *à prieghi di Plocio Clodio.* Vaticanus et Maximianus, *Publii Clodii.* Ita Florus III. 9. 3. *ut victor gentium populus et donare regna consuetus, Publio Clodio tribuno duce, socii vivique regis confiscationem mandaverit.* Abr. Gronov.

Seditione flagitatus Alexandreae Romae. Lege, *seditione exagitatus, Alexandrea Romam.* Bongars. — Modius edidit, *agitatus Alexandria Romam.* Possit etiam legi, *agitatus Alexandrea Romam.* sed parum interest. Freinshem. — Legendum rursus *Alexandriae.* Vorst. — Emenda, *seditione exagitatus Alexandriae, Romam profugit.* Cod. Maximianus habet *Romam.* Longuerue. — Periz. *Alexandriae. Flagitatus* hoc loco idem valere, quod *vexatus*, monuit Avus Observat. in Script. Eccles. cap. 14. pag. 149. qui etiam paullo ante legit, *post Clodii rogatione.* Bongarsius malebat, *Alexandrea Romam profugit.* Periz. quoque dat *Romam.* Abr. Gronov.

Insumpto. Forte, *sumpto.* Freinshem. — Rectius videtur *sumpto.* Vorst.

Et bellum cum Caesare Alexandriae gessit. Quart. Leid. *Alexandreae;* et paullo ante, *Alexandream.* Abr. Gronov.

Ut successit eius soror regno Cleopatra. Periz. tert. quart. Leid. *eius regno soror Cl.* Abr. Gronov.

INLIGATO IN AMOREM SUUM M. ANTONIO. Periz. *in matrimonium suum.* ABR. GRONOV.

REGEM PTOLEMAICORUM. Scribe, *regnum.* BONGARS. — Emenda, *regnum Ptolemaeorum.* Sic habet Codex secundus Vaticanus. LONGUERUE. — Mod. ed. *Ptolemaicorum.* FREINSHEM. — Pr. Leid. *Ptolomeiorum.* sec. Vaticanus, cui suffragatur versio Italica, *regnum Ptolemaeorum.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XLI.

CONTINENTUR RES PARTHICAE. Periz. *continentur haec. Res P.* ABR. GRONOV.

IN PARTILIS, UT EST CONSTITUTUM IMPERIUM, PER ASSACEM REGEM. Leg. *in Parthicis, ut est const. imp. per Arsacem.* BONGARS. — *In Parthis* legendum videtur pro *in Partilis*, quod ex MSS. edidit Bongarsius. *In Parthis* est pro inter Parthos vel in Parthia, ut saepe. VORST. — Lege, *in Parthis per Arsacem regem.* LONGUERUE. — Periz. *in Parthis*, et *per Arsacem.* Interpres Italus: *come in Parthia fu ordinata la signoria per Arsacide Re.* ABR. GRONOV.

ET TIGRANES COGNOMINE DEUS. Emenda, *Mithridates.* Rex enim ille Parthorum, qui subegit Mediam, et Mesopotamiam, non appellatus est a Trogo *Tigranes*, sed *Mithridates*, ut liquet ex Iustino, quicum ceteri historici conveniunt. LONGUERUE. — *Mithridates* hoc loco praeter Cl. Longueruäeum legendum monuit Vaillantius Hist. Reg. Parth. pag. 39. ABR. GRONOV.

DICTUSQUE IN EXCESSU. Periz. addit, *eius.* ABR. GRONOV.

UT A DIUDOTO REGE CONSTITUTUM EST. Lege, *regnum constitutum est.* BONGARS. — Legendum *a Diodoto regnum.* Iustin. XLI. 4. 9. *Theodotum* vocat. VORST. — Emenda, *Diodoto regnum constitutum est.* Diodotus dux fuit Graecarum coloniarum, qui ulterioris Asiae plurimas provincias occupaverunt. Horum gesta ex veterum fragmentis collegi in Annalibus meis Arsacidarum. LONGUERUE. — Periz. *ut a Dyodoto r. constitutum imperium est.* Adde notam ad Iustinum XLI. 4. 5. ABR. GRONOV.

QUO REPUGNANTE. Lege, *quo rege pugnante.* LONGUERUE.

SARANCAE. Plin. VI. 16. *Sarangae.* Herodot. lib. III. *Σαραγγαῖοι.* lib. VII. *Σαράγγαι.* BONGARS. — Lege, *Sacarancae*, et *Asiani Bactros occupavere et Sogdianos.* LONGUERUE.

ASIANI BACTRA OCCUPAVERE ET SOCDIANOS. Leg. fortasse, *Ariani Bactra occupavere et Socdianos.* BONGARS.

DEINDE QUO REPUGNANTE SCYTHICAE GENTES SARANCAE ET ASIANI BACTRA OCCUPAVERE SOCDIANOS. Longueruaeus malebat, *quo rege pugnante*, idemque visum fuit Vaillantio Hist. Reg. Parth. pag. 61. qui etiam *Sacarancae* pro *Sarancae* reponendum existimabat. Sec. quart. Leid. Thuan. *Saranciae.* tert. Coll. C. C. *Saraucae.* Periz. *Sarancie et Asiani Bactra occupaverint Ogdianos.* Mendosus quoque

fuit hoc loco Codex Interpretis Itali. Is enim hanc periodum ita transtulit: *Poi quali contrastando li popoli de Tartaria di Sauricia d'Asia di Bratabia occupato Sochiano. Zarangas* memorat Plinius lib. VI. cap. 15. *Σακαυράκους Σκύθας* Lucianus Macrob. pag. 471. *Σιναρθοκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονώς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά.* ABR. GRONOV.

INDICAE RES ADDITAE GESTAE PER APOLLODORUM ET MENANDRUM REGES EORUM. Locus depravatissimus: nam *Apollodorus* rex Graecorum Bactrianae nullus fuit. Imo Apollodorus fuit celeberrimus et antiquus historicus, quem laudat Strabo; scripseratque Indica et Bactrica, fuseque enarraverat gesta Menandri, et Eucratidae regum Bactrianorum, ut narrat Strabo. Locus sic restituendus: *Indicae quoque res additae ex Apollodoro, gestae per Menandrum et Eucratidam reges eorum*, Bactrianorum scilicet et Sogdianorum. LONGUERUE. — Tert. quart. Leid. ed. Bongars. *Apollodotum.* Periz. *Apostolodorum.* Vaillantius Hist. Reg. Parth. pag. 37. legit, *I. q. res additae ex Apollodoro, gestae per Menandrum et Demetrium r. e.* ABR. GRONOV.

MENANDRUM. De hoc vide Strabonem lib. XI. pag. 355. fin. FREINSHEM.

PROLOG. LIB. XLII.

UT PRAEFECTUS PARTHIS APRAETEUS etc. Lege pro *Apraeteus, a Phraate Imerus Messeniis bellum intulit, utque in Babylonios et Seleucienses saeviit, utque Phraati successit.* De hoc tyranno Imero plura dixi in Annalibus Arsacidarum. LONGUERUE.

MESSENIS. *Messeniani* Plinio VI. 7. sunt circa Maeotin. Est et *Messene* regio apud Stephanum ex Asinio Quadrato, intra duos Tigridis alveos: cuius meminit et Plinius VI. 27. BONGARS.

PHYRATIS. Fortasse *Phrahati.* BONGARS. — Legendum fortasse *Phrahati*, ut rursus coniecit Bongarsius. VORST.

UT PRAEFECTUS PARTHIS APRAETEUS MESSENIS BELLUM INTULIT IN BABYLONIOS ET SELEUCINISSE VICTUSQUE PHYRATIS SUCCESSIT REX MITHRIDATES etc. Periz. *Apretheus.* Valesius ad Constantini Porphyr. Excerpta ex Diodoro pag. 38. pro *Apraeteus* corrigit *a Phrahate Himerus*, et ex MS. legit, *Mesenis bellum intulit, et in Babylonios et Seleucenses saeviit.* Pro *Messenis* Vaillantius Hist. Reg. Parth. pag. 62. malebat *Apamenis*, et pro *victusque Phyratis* Bongarsius *utque Phrahati.* Ed. Oxon. *Ut praefectus Parthis Apraeteus inter Tigridis alveos bellum intulit in Babylonios et Seleucienses.* ubi *τὰ inter Tigridis alveos* vehementer peccant. Videtur autem Cl. editor ad vocem *Messenis* exemplaris, quo utebatur, margini adscripsisse, *inter Euphratis et Tigridis alveos*, quarum vocum prima duaeque postremae incuria typographorum e margine in contextum migrarunt, et locum *τοῦ Messenis* vel *Mesenis* occuparunt; atque

ante oculos habuisse locum Asinii Quadrati apud Stephanum Byzantinum v. *Μεσσήνη*. *Ἔστι καὶ ἄλλη Μεσήνη τῆς Σικελίας, καὶ χώρα Περσίδος Μεσήνη, δι' ἑνὸς σ, ὑπὸ τῶν δύο ποταμῶν Εὐφράτου καὶ Τίγριδος μεσαζομένη, ὡς Ἀσίνιος Κουάδρατός φησι.* Sec. Leid. *Seleucenisse*. quartus, *Seleucaenisse*. Periz. *Mesenis b. i. in Bab. et Selencpones sevit usque*. Hinc legendum videtur *Seleucenos*. Ceterum Italus Interpres, qui et ipse depravato mutiloque Codice usus fuit, hunc locum minime integrum esse ostendit. Vertit enim ille: *Come andato Pharates contra agli Scithi et il suo prefetto molestava quegli di Babilonia et Seleuco, et morto Pharates succede Artabano. Poi Mithridate Re chiamato per sopranome Magno, il quale mosso guerra à quegli de Arminia*. Ex hac igitur versione et MS. quo usus fuit Vir summus, ac verosimili eiusdem coniectura, atque scriptura Codicis Periz. non levis suspicio oritur, hunc locum a prologorum auctore ita olim scriptum fuisse: *ut profecto adversus Scythas Phrahate, praefectus Parthis Himerus Mesenis b. intulit, et in Bab. et Seleucenos saeviit, interfectoque Phrahati successit Artabanus; dein Mithridates* etc. Iustinus XLII. 1. 3. *Igitur Phrahates cum adversus eos* (Scythas) *proficisceretur, ad tutelam regni reliquit Himerum, qui tyrannica crudelitate Babylonios, multasque alias civitates importune vexavit*. deinde de Graecis, quos bello Antiochi captos superbe crudeliterque tractaverat Phrahate. addit: *Itaque cum inclinatam Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transtulere; et diu cupitam captivitatis ultionem exercitus Parthici et ipsius Phrahatis regis cruenta caede exsecuti sunt. In huius locum Artabanus, patruus eius, rex substituitur. Huic Mithridates filius succedit, cui res gestae Magni nomen dedere*. Abr. Gronov.

Armenis. Mod. ed. *Armeniis*. Freinshem.

Ut varia complurium regum in Parthia successione imperium accepit Orodes. Ex his verbis patet error Iustini, qui Mithridatis magni fratrem Orodem fuisse asserit lib. XLII. cap. 4. Vide notas in lib. XLII. Iustini. Longuerue. — Periz. *ut varia compl. r. successione in Parthis imp. acc. Complurium regum*, nempe Arsacis Mnasciris, Arsacis Sinatrocis, Arsacis Phrahatis III. Arsacis Mithridatis III. qui a fratre Orode fuit regno pulsus. Abr. Gronov.

Grassum. Mod. ed. *Crassum*. Freinshem. — Vitiose Periz. *quam Crassus d*. Interpr. Ital. *elquale uccise Crasso*. Abr. Gronov.

Phraates. Mod. ed. *Phrahates*. Freinshem.

Thoclarorum. Nescio an legendum *Tochariorum*, de quibus dixi ad Iustin. XLII. 2. 2. Ita, lector, haec argumenta paullo meliora reddidi. Omnia sanare non est ingenii mei. Sed *nemo umquam reprehensus, qui e segete, ad spicilegium reliquit stipulam*. Bongars. — Emenda, *Tocharorum*, a Tocharis dicta fuit regio, quae etiamnum appellatur *Tocharistan*. Longuerue.

Sarducarum. An *Carducchorum?* Freinshem. — *Sarducarum* nomen est corruptum. Isti enim iidem prorsus sunt ac Scythici Sa-

carancae, quorum meminerat Trogus superiore libro. Hi apud Strabonem scribuntur *Σακάραυλοι*. emendo *Σακαράγκοι*, *Sacaranci* vel *Sacarancae*; alii prorsus a *Sarancis*; nam *Sarancae* vel *Sarangae* iidem sunt ac *Drancae* seu *Drangae*, qui nequaquam Scythae erant; sed ab illis Scythis subacti et devicti. Emenda igitur, *Sacarancarum*. LONGUERUE.

ADDITAE RES Scythicae. Periz. *Additae his res Sc.* — *Reges Thoclarorum Asiani, interitusque Sarducarum.* Tert. Leid. *Toclarorum.* Lege *Tocharorum*, ut apud Iustinum XLII. 2. 2. *bello Tocharis illato.* Ita septem MSS. atque ed. Rom. Tzetzes Chil. XI. vs. 841.

Οἱ Σῆρες καὶ οἱ Τόχαροι ἔθνη ἐγγὺς Ἰνδίας.

Periz. *Scarducarum.* Harum gentium nomina sed diversimode scripta iungit Strabo lib. XI. 511. *Ἄσιοι καὶ Πασιανοὶ καὶ Τάχαροι καὶ Σακάραυλοι.* Pro *Πασιανοὶ* Vaillantius Hist. Reg. Parth. pag. 61. legit *Ἀσιανοὶ*, et pro *Σακάραυλοι* Longueruaeus *Σακαράγκοι.* In Codice Mediceo scriptum est *Σαράκαυλοι.* Interpres Italus hunc locum ita transfert: *li Re di Todari asiano et la morte de li Sordicari.* ABR. GRONOV.

PROLOG. LIB. XLIII.

SITUS URBIS. Periz. *et situs urbis.* Int. Ital. *et sito de la citta.* ABR. GRONOV.

ET RES USQUE AD PRISCUM TARQUINIUM. Emenda et lege, ut habet secundus Codex Vaticanus, *et reges* (Romanorum videlicet) *usque ad Priscum Tarquinium.* LONGUERUE.

ORIGINES DEINDE LIGURIAE. Ita quart. Leid. Periz. In reliquis *deinde* desideratur. Int. Ital. *Poi l'origine di Liguria.* ABR. GRONOV.

LIGURIAE ET MASSILIENSIUM. Lege, ut habet idem Codex secundus Vaticanus, *Ligurum et Massiliensium.* LONGUERUE.

PROLOG. LIB. XLIV.

HISPANIAE. Mod. ed. *Hispanicae.* Sed illud aeque probum est. Vide supr. Prolog. XXXII. not. FREINSHEM. — Periz. *Hispanae.* ABR. GRONOV.

ERRORES					CORRIGE
VOL. I.					
Pag.	13.	vers.	10.	*perte*	*parte*
„	218.	„	34.	*vitoriam*	*victoriam*
„	220.	„	29.	*suos eos*	*suis eos*
VOL. II.					
Pag.	258.	vers.	2.	*ἔνεοι*	*ἔνιοι*
„	276.	„	37.	*ἐπιπίνουσι*	*ἐπιπίνουσι*
„	529.	„	17.	*βεβαιωτάτη*	*βεβαιοτάτη*
„	590.	„	42.	*συγγενημένον*	*συγγεγεννημένον*
VOL. III.					
Pag.	27.	vers.	12.	AEGVPTIOS	AEGYPTIOS
„	100.	„	26.	*iuvisitata*	*invisitata*
„	108.	„	23.	*Dorvelliani*	*Dorvilliani*
„	202.	„	13.	*hacre*	*hac re*
„	281.	„	8.	*tunt*	*sunt*
„	416.	„	ult.	*advocationibus sed, in*	*advocationibus, sed in*
„	443.	„	29.	*ἐν η*	*ἐν ᾗ*

TYPIS EXPRESSIT CAR. PHIL. MELZER

LIPS. TYPOGR.

